diuinũ viaticũ habeãt ſecurũ re-
ditũ ad ſanctorũ conſortiũ. Poſt
miſſam ſit ſumma gratiaꝝ actio.
De tanto pane ſuauiſſimo ange
lorũ creatore creaturarũ a creatu
ra recepto. De tãto cibo ꝑpetuo
oim̃ ſanctoꝝ creatore creaturarũ
a creatura recepto. De tanto via
tico ꝓficuo chriſti electorũ creato
re creaturarũ a creatura recepto.
Item poſt miſſam ſit ad cõſeruã-
dum ſollicitudo Magna: vt tecũ
eſſe gaudeat. Maior vt tecũ ſemꝑ
maneat. Maxima vt ſecum ad ce
los te prouehat ad laudãdũ ipſũ
in ſecula ſeculorum. Amen.

¶ Simplex preparatio a ſacerdo-
te ante miſſam fienda.

Sacerdos celebraturus prius
apud ſe penſet que ſit cele-
brandi intentio vt non propter
vanam gloriam/ lucrum / conſue
tudinem/ aut verecũdiã celebret.
¶ Sed intẽdat precipue latriam
dñi colere: mortem chriſti ſeu paſ-
ſionem recolere: eccleſiam totam
eiuſqꝫ membra: precipue quibus
magis obligatus eſt: et qui plus
indigent iuuare.
¶ Intendat deniqꝫ huius virtute
ſacramẽti et ſacrificii: ſe cõſecutu-
rũ peccatorũ remiſſionẽ: augmẽ-
tũ diuine dilectionis: ſueqꝫ tandẽ
aſſecutionem eterne ſaluationis
ſeu beatificationis.
¶ Deinde iuxta ſcotũ in queſtiõe
penultima quolibetorum mẽta-
liter ſaltẽ recolligat ꝑſonas et ne
ceſſitates ꝓ qb⁹ vult orare ꝛ dicat
Digneris dñe ob meritũ ſacratiſ
ſime paſſiõis mortis/reſurrectio-
nis et glorificationis tue et in me
moriã illi⁹ ſacratiſſime oblatiõis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3

qua teipſum pro nobis deo prī ꝑ
ſacratiſſimā paſſionē ⁊ mortem
tuā in ſacrificiū ꝑfectiſſimū obtu
liſti/ oblationē iſtā ſpecialiter ac-
ceptare pro illis neceſſitatib⁹ et ꝑ
ſonis pro q̄bus magis vis orari/
⁊ pro illis pro q̄bus noſti me ſpe-
cialiter offerre ⁊ orare teneri:⁊ ge
neraliter pro omnibus viuētib⁹
vt ad te perfecte conuertantur:et
voluntatem tuam adimpleāt:et
pro omnibus fidelibus defunctis
¶Et tūc i ſpeciali determinet⁹ ad
aliquē vel ad aliquos. Tuti⁹ etiā
eſt q̄ hoc fiat ſub hac cōditiōe. Si
tibi placeat. Sufficit etiā celebrā-
ti ante miſſā recolligere eos ꝓ q̄b⁹
vult orare:q̄a deus ꝓ illis oblatio
nē accipit pro q̄bus prius ordina
uit ſe velle offerre. ¶At vero vt p̄-
dictū finē ſeu fines cōſeq̄tur:apd̄
ſe cōſiderare debet hui⁹ myſterij
veritatē:videlicet q̄d offeratur et
q̄s recipitur. Quid cōſiderādo rei
dignitatē/magnificētiā/imēſam
maieſtatē/ ac ineffabilē clemētiā
Quis q̄m hic ſumitur ver⁹ de⁹ ſan
ctus ſanctoꝝ:rex regū/⁊ dn̄s domi
nantiū:q̄ ſua bonitate cūcta crea-
uit. Et vt noſtre redēptiōis ꝓciū
deo patri offerret:ieſtimabili pie
tate homo fact⁹ mortē crucis ptu
lit:ſeq̄ ſumēdū hoc ſacramēto/et
in eius paſſiōis memoriā:et here-
ditatis eterne pign⁹ nobꝫ iſtituit
¶Deniq̄ cōſideret q̄s ſit ipſe q̄ ſu
mere debet:q̄a creatura humana
⁊ rationalis ſpūaliū oīm quāto
infimior et infirmior:tanto indi-
gnior. Sic igitur cōſideratio nr̄e
prauitatis:ad timorē ⁊ reuerētiā
reſpectu tāte maieſtatis:animū
inclinabit. Nā ſi ipſius clemētiā
bonitatē et ſanctitatē attēdam⁹
quo maior eſt dignatio ſua q̄ di-
gnitas:eo ipſo reſpectu tāte boni
tatis i amorē et deuotionē ſimul
accēdamur:vt et ibi ſimul ſit cū fi
ducia timor nō ſeruilis ſed cū hūi
litate amor filialis. Sicq̄ in ſpem
mie conſequēde erigemur:vt ab
ipſo auxiliū ſecure poſtulem⁹ qui
dicit Petite et accipietis: querite
et inuenietis. Quod maxime no
bis in hac oblatiōe aſſeq̄ credēdū
eſt:in qua ſacerdos pro ſe et alijs
veniā et gratiā deſurſū poſtulat
¶Sed q̄m orātis nō eſt ſatis diui
nū affectare ſubſidiū niſi proprīū
prius recognoſcat defectū et deli
ctū. Ideo miſſā q̄ eſt orationū ꝓci
pua debet ꝓcedere de omiſſis ⁊ cō
miſſis generalis cōfeſſio/ cōtritio
atq̄ ſaltem in ꝓpoſito ſatiſfactio
¶Unde nouerit ſacerdos q̄ ſi cū
cōſciētia certa vel ꝓbabili peccati
mortalis miſſam celebret:triplex
ad minus mortale pctm̄ incurrit.
Primū q̄a indignus p̄ſumit acce
dere. Secūm q̄a indign⁹ p̄ſumit ſa
cra tractare ſacrāq̄ hoſtiā cōfice-
re. Tertiū q̄a corpus xp̄i ⁊ ſangui
nē idigne et ad iudiciū ſibi nō for
midat accipe. ¶Quapropter cū
ſe ad miſſā celebrādā diſponat a
mūdanis et vanis operatiōibus
⁊ cogitationib⁹ quātū pōt abſti-
neat:⁊ ſe totum id eſt facta ſua re-
colligat:et ſacerdotē adiens cōſci
entiā ſuam facta ſua manifeſtās
ore proprio accuſet. Poſtq̄ iniun-
ctam ſibi penitētiā cōplens dicat.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3

Suſcipe confeſſionē meā pijſ-
ſime ac clementiſſime dn̄e ie
ſu chriſte: unica ſpes ſalutis an̄ie
mee: et da michi obſecro cōtritio
nē cordis ⁊ lachrymas oculis me
is: ut defleā diebus ac noctibꝰ oēs
negligētias meas cū humilitate
⁊ puritate cordis. Appropinquet
depcatio mea in cōſpectu tuo dn̄e
Si iratus fueris cōtra me quē ad-
iutorē querā? Quis miſerebitᷣ ini
q̄tatibus meis. Memento dn̄e qꝫ
cananeā et publicanū uocaſti ad
penitētiā: et petrū lachrimātē ſu
ſcepiſti: et mariā magdalenā mū
daſti. Dn̄e deus meꝰ ſuſcipe p̄ces
meas ſaluator mūdi ieſu bone: q̄
te crucis morti dediſti: ut peccato
res ſaluares: reſpice me miſerū in
uocantē nomē tuū: ⁊ noli ſic attē
dere malū meū: ut obliuiſcarꝫ bo-
nū tuū. Et ſi cōmiſi unde me dā-
nare potes: tu non amiſiſti unde
ſaluare me potes. Parce ergo mi
chi q̄ es ſaluator meus: ⁊ miſerere
peccatrici an̄ie mee/ ſolue uincula
eius/ ſana uulnera eius. Dn̄e ieſu
te deſidero/ te quero/ te uolo/ oſtē-
de michi faciē tuam et ſaluus ero
Mitte igitur pijſſime dn̄e meritꝫ
puriſſime et īmaculate ſp̄ ūginis
marie lucē tuā ⁊ ūitatē tuā ī aīaꝫ
meā: q̄ oēs defectꝰ meos ī ueritate
michi oſtendat/ quos cōfiteri me
oportet atqꝫ iuuet ⁊ doceat ipſos
plene ⁊ cū debita ꝯtritiōe explica
re. Qui ui. ❡ Peracta ꝑfia dicat.

Sit tibi dn̄e ieſu xp̄e dilectiſſi
me obſecro meritis ſctiſſime
matris tue ſemp ūginis marie et
oīm ſctōꝝ grata et accepta iſta cō
feſſio mea: et quicq̄d michi defuit
nūc et alias de ſufficiētia cōtritio
nis/ de puritate et integritate cō-
feſſionis/ ſuppleat pietas et mīa
tua: q̄ dignetur me habere plenꝰ
et pfectꝰ abſolutū ī celis. Qui ui.
❡ Dū uadit ad ſacriſtiā pro miſ-
ſa celebrāda dicere poteſt.

Introibo dn̄e ſāctuariū tuū cū ti
more ⁊ amore ad ſacrificādū tibi
hoſtiā laudis. ❡ Exuēdo ſe dicat.
Exue me dn̄e ueterē hoīem cū acti
bus ſuis: ⁊ indue me nouū q̄ ſcd̄m
te creatus eſt in ſanctitate et iuſti
cia et ueritate.

❡ Dum lauat manus dicat.

Largire clemētiſſime deꝰ ſicut hic
exterius abluūtur inquinamēta
manuū: ſic a te interius mūdētur
pollutiōes mentiū et creſcāt ī no-
bis augmēta ſctāꝝ uirtutū. ❡ Po
ſtea dicat hymnum ſequentem.

Veni creator ſpiritus/ mētes
tuoꝝ uiſita/ īple ſupna grā/
que tu creaſti pectora. Qui para
clitus diceris/ donū dei altiſſimi/
fons uiuus ignis charitas/ ⁊ ſpiri
talis unctio. Tu ſeptiformis mu
nere/ dextre dei tu digitꝰ/ tu rite ꝓ
miſſo p̄ris ſermone ditās guttu-
ra. Accende lumē ſenſibꝰ/ infūde
amorē cordibꝰ/ infirma nr̄i corpo
ris/ ūtute firmās ppetim. Hoſtē
repellas lōgius/ pacēqꝫ dones ꝓti
nus/ ductore ſic te p̄uio/ uitemꝰ oē
noxiū. Per te ſciamꝰ da patrem/
noſcamꝰ atqꝫ filiū/ te utriuſqꝫ ſpi-
ritum/ credamus oī tpe. Sit laus
patri cū filio/ ſancto ſimul para-
clito/ nobiſqꝫ mittat filiꝰ/ cariſma
ſancti ſpiritus. Amen.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3

Benedictio aque.

Aña. Veni ſancte ſpiritus reple tuorũ corda fideliũ et tui amoris in eis ignem accende: qui per diuerſitatẽ linguarum cunctarũ gentes in vnitate fidei cõgregaſti allã allã. V̇. Emitte ſpiritũ tuum ⁊ creabũtur. R̶. Et renouabis faciẽ terre

Deus qui corda fideliũ (Col. ſancti ſpiritus illuſtratiõe docuiſti: da nobis in eodẽ ſpiritu recta ſapere: et de eius ſemper cõſolatione gaudere. Per chriſtũ.

Poſtea dicat.

Pone dñe cuſtodiã ori meo et hoſtiũ circũſtantie labijs meis: ⁊ nõ declines cor meũ ĩ verba malicie ad excuſandas excuſatiões in peccatis. Per chriſtum dñm noſtrũ.

Ad amictũ dicat.

Obũbra dñe caput meũ vmbraculo ſctẽ fidei: et expelle a me nebulã et cecitatẽ totius ignorãtie Per chriſtum dominum noſtrũ.

Ad albam dicat.

Circũda me dñe fidei armis vt alba veſte indut⁹ ab iniq̃tatũ ſagittis erut⁹ valeã eq̃tatẽ atq̃ iuſticiã erudire. Per xp̃m dñm noſtrum.

Ad cingulum.

Cingulo cõtinentie ꝓtege dñe lũbos meos: et carnis voluptatem edoma ĩ me dñe deus: et circũcinge vicia cordis et corporis mei. Per chriſtum dominũ noſtrum.

Ad manipulum.

Da dñe manipulũ in manu mea ad extergendas maculas delictorũ meoꝝ: et appone iuſticiã ꝓ iniquitate. Per chriſtũ dñm noſtrũ.

Ad ſtolam.

Stola iuſticie circũda dñe ceruicẽ meam: et ab om̃i contagione peccati mẽtem meam purifica: iugũ enim tuum ſuaue eſt et onus tuũ leue. Qui viuis ⁊ regnas de⁹. Per omnia ſecula ſeculorum.

Ad caſulam.

Indue me dñe ornamento ſacerdotali et indumẽto iuſticie ⁊ charitatis / ac humilitatis: vt induci merear in tabernacula ſempiterna. Per chriſtũ dominũ noſtrũ.

Aſcendẽdo gradũ altaris dicat lecto confiteor.

Deduc me domĩe in via tua ⁊ ingrediar ĩ veritate tua: letetur cor meum vt timeat nomẽ tuum: voluntarie ſacrificabo tibi: et confitebor nomini tuo domĩe quoniã bonum eſt.

Ad aquam benedicendam: primo ſacerdos accipiat ſtolam ⁊ dicat verſiculum / ⁊ procedat in hũc modum. V̇. Adiutorium noſtrum in nomine dñi. Qui fecit celum et terram.

Exorciſmus ſalis.

Exorcizo te creatura ſalis per deum viuum ✠ per deũ ✠ verum per deum ſanctum ✠ per deum qui te per helizeum prophetam in aquam mitti iuſſit / vt ſanaretur ſterilitas aque: vt efficiaris ſal exorciſatum / in ſalutem credentium. Vt ſis omĩbus te ſumẽtibus ſalus anime et corporis: et effugiat atq̃ diſcedat ab eo loco in quo aſperſũ fueris / omnis fantaſia et nequitia vel verſutia diabolice fraudis: omniſq̃ ſpiritus immundus adiuratus. Per eum qui venturus eſt iudicare viuos et mortuos / et ſeculum ꝑ ignem. Amen. Dominus vobiſcũ. Colla.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag
226 A 3

Benedictio aque.

IMmenſam clementiã tuam
oĩpotens eterne deus humi=
liter imploramus:vt hanc creatu
rã ſalis quã in vſum humani ge=
ner; tribuiſti bene✠dicere ⁊ ſan=
ctificare tua pietate digneris:vt
ſit oĩbus ſumentibus ſalus men=
tis et corporis. Et quicquid ex eo
tactũ vel reſperſum fuerit: careat
oĩ immũditia/oĩq; impugnatiõe
ſpũalis nequitie. Per xp̃m dñm
noſtrũ. Amẽ. ¶ Exorciſmus aque
EXorciſo te creatura aque In
noĩe dei patris✠ oĩpoten=
tis: et in noĩe ieſu xp̃i✠ filij eius
dñi noſtri:et in v̊tute ſpũs✠ſan=
cti/vt fiat aqua exorciſata ad effu
gandã omnẽ poteſtatem inimici
⁊ ipſum inimicum eradicare ⁊ ex=
plãtare valeas cum angelis ſuis
apoſtaticis p v̊tutẽ eiuſdẽ dñi no
ſtri ieſu xp̃i. Qui vẽturus eſt iudi=
care viuos et mortuos/et ſeculũ p
ignẽ. Amẽ. Dñs vobiſcum. Colla
DEus q̃ ad ſalutẽ humani ge
neris maxima queq; ſacra=
mẽta in aquarũ ſubſtantia cõdi=
diſti:adeſto propitius inuocatio=
nibus nr̃is: ⁊ elemẽto huic multi=
modis purificatiõibus p̃parato:
virtutẽ tue bene✠dictiõis infũ=
de:vt creatura miſterij tui tibi ſer
uiens: ad abiciendos demones/
morboſq; pellẽdos diuine gratie
ſumat effectũ: vt q̇cq̇d in domib⁹
vel ĩ locis fideliũ hec vnda reſper=
ſerit: careat oĩ immũdicia/libere=
tur a noxa. Nõ illic reſideat ſpũs
peſtilẽs/nõ aura corrumpẽs. Di=
ſcedant oẽs inſidie latẽtis inimi=
ci: et ſi q̇d eſt qđ aut incolumitati
habitãtiũ inuidet/ aut q̇eti: aſper
ſione huius aque effugiat vt ſalu
britas per inuocationẽ tui noĩs
expetita/ ab oĩbus ĩpugnatiõib⁹
ſit defẽſa. Per dñm nr̃m ieſũ xp̃m
filiũ tuũ. Qui tecũ. Hic mittat ſa=
cerdos partẽ ſalis in aquã in mo
dum crucis dicẽs. Fiat hec cõmi=
xtio ſalis ⁊ aque pariter. In noĩe
patris✠ et filij et ſpũs ſcti. Amen
Dñs vobiſcum. Et cum ſpũ. Coll.
DEus inuicte virtutis auctor
⁊ inſuperabilis imperij rex
ac ſemp magnificus triũphator:
q̃ aduerſe dñationis vires repri=
mis: q̃ inimici rugiẽtis ſeuiciã ſu=
peras: q̃ hoſtiles nequitias potẽ=
ter expugnas. Te dñe tremẽtes ⁊
ſupplices dep̃camur ac petim⁹: vt
hãc creaturã ſalis et aque/dignã=
ter accipias ✠ benignus✠ illu=
ſtres pietatis tue more✠ſanctifi
ces: vt vbicũq; fuerit aſperſa/ per
inuocationẽ ſcti tui noĩs/oĩs infe
ſtatio immũdi ſpũs abiciat᷑: ter=
rorq; venenoſi ſerpentis ꝓcul pel
latur: et p̃ſentia ſcti ſpũs nob; mi
ſericordiã tuã poſcentibus/ vbiq;
adeſſe dignetur. Per dñm. eiuſdẽ
Benedictio dei patris oĩpotẽtis
et filij✠ et ſpũs ſcti: deſcẽdat ſup
hãc creaturã ſalis et aque. Amen.
Poſt aſperſionem aque dicat ſa
cerdos. v̇. Oſtẽde nob; dñe miam tuã.
Et ſalutare tuum da nobis. Collecta
EXaudi q̃s dñe p̃ces noſtras:
⁊ mittere dignare ſctm̃ an=
gelũ tuum de celis: q̃ cuſtodiat/fo
ueat/ ꝓtegat/ viſitet/atq; defẽdat
omnes habitãtes in hoc habita=
culo. Per xp̃m dñm noſtrũ. Amẽ.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3



¶ Dñica prima aduẽtus. Introl.

AD te leuaui animã meã: deus me⁹ in te confido nõ erubeſcã neqꝫ irrideãt me inimici mei: etenim vniuerſi qui te expectant nõ confundentur. ps. Vias tuas dñe demonſtra michi: et ſemitas tuas edoce me. Gloria patri. Sicut erat. Gloria in excelſis. nõ dicit' per totũ aduentũ. Coll.

EXcita dñe potentiã tuã ꝛ veni: vt ab imminẽtibus peccatorũ noſtrorũ periculis: te mereamur protegente eripi/ te liberante ſaluari. Qui viuis. ¶ Nota dñicis diebus dicit' vna collecta tantum: niſi de ſanctis occurrat. Ceteris diebus abſqꝫ dñicis vſqꝫ ad vigiliã natiuitatis dñi/ dicet' de noſtra dña ad miſſam. Coll'a.

DEus qui de beate marie virginis vtero verbũ tuũ angelo annunciãte carnẽ ſuſcipere voluiſti: preſta ſupplicibus tuis/ vt qui vere eam dei genitricẽ credimus: eius apud te interceſſionibus adiuuemur. Per eũdẽ. Lectio ep'le btĩ pauli apli. Ad roma. xiij.

FRatres. Sciẽtes quia hora eſt iã nos de ſomno ſurgere. Nunc enim propior eſt noſtra ſalus/ ꝙ cũ credidimus. Nox preceſſit: dies autẽ appropinquauit. Abijciamus ergo opera tenebrarum: et induamur arma lucis/ ſic vt in die honeſte ambulem⁹. Nõ in commeſſationibus et ebrietatibus: nõ in cubilibus et impudicitijs: nõ in cõtentione et emulatiõe. Sed induimini: dñm ieſum chriſtũ. Gr. Vniuerſi q̃ te expectãt nõ cõfundẽtur dñe. ỽ. Vias tuas dñe notas fac michi: et ſemitas tuas edoce me. Alleluya. ỽ⁹. Oſtende nobis domine miſericordiam tuam: et ſalutare tuum da nobis. Secundum Mattheũ. xxi.

IN illo tpe. Cũ appropinquaſſet ieſus hieroſolimis et veniſſet betphage ad montẽ oliueti: tunc miſit duos diſcipulos dicens eis. Ite in caſtellũ qđ contra vos eſt: et ſtatim inuenietis aſinã alligatã/ et pullũ cũ ea. Soluite: ꝛ adducite michi. Et ſi quis vobis aliquid dixerit: dicite q̇a dñs his opus habet: et cõfeſtim dimittet eos. Hoc autẽ totũ factũ eſt: vt adimpleretur qđ dictũ eſt ꝑ ꝓphetã dicentẽ. Dicite filie ſyon: ecce rex tuus venit tibi manſuetus: ſedẽs ſuper aſinã/ et pullũ filiũ ſubiuga

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3

lis. Euntes aũt diſcipuli:fecerunt
ſicut p̃cepit illis ieſus. Et adduxe-
runt aſinam et pullũ: et impoſue
runt ſuper eos veſtimenta ſua: et
eum deſuper ſedere fecerunt. Plu
rima aũt turba/ ſtrauerunt veſti-
mẽta ſua in via. Alij aũt cedebãt
ramos de arboꝛibus: ⁊ ſternebãt
in via. Turbe autem que precede
bant: et que ſequebantur/clama-
bant dicẽtes. Oſanna filio dauid
benedictus qui venit: in nomine
domini. Credo. Offer. Ad te dñe le-
uaui animam meam deus meus in te cõ
fido nõ erubeſcam. neqꝫ irrideãt me ini-
mici mei:eteni vniuerſi qui te expectant
non confundentur. Secreta.

Hec ſacra nos queſumus do
mine potenti virtute mundatos
ad ſuum faciant puriores venire
principium. Per dominũ. Cõio.
Dñs dabit benignitatem: ⁊ terra noſtra
dabit fructum ſuum. Complenda.

SVſcipiamus dñe miſericoꝛ-
diam tuã in medio templi
tui: et reparationis noſtre ventu
ra ſolennia:cõgruis honoꝛibus p̃
cedamus. Per dñm. ¶ Feria.iiij.
Lectio ep̃le bti Iacobi apoſtoli. v.

Charissimi. Patiẽtes eſtote
vſqꝫ ad aduentum dñi. Ecce
agricola expectat preciosum fru-
ctum terre:paciẽter ferens/donec
accipiat tempoꝛaneũ et ſerotinũ
Patiẽtes igitur eſtote et vos ⁊ cõ
firmate coꝛda veſtra: quoniã ad-
uentus dñi appꝛopinquabit. No
lite ingemiſcere fratres in alteru
trũ vt nõ iudicemini. Ecce iudex
ante ianuã aſſiſtit. Exemplũ acci
pite fratres exitus mali ⁊ lõgani
mitatis et laboꝛis et patiẽtie: p-
phetas qui locuti ſũt/ in noĩe dñi
noſtri ieſu chꝛiſti. Scdm Mat. iij.

IN illo tpe. Venit iohãnes ba
ptiſta p̃dicãs ĩ deſerto iudee
⁊ dicẽs. Penitentiã agite:appꝛo-
pinquabit enĩ regnũ celoꝛũ. Hic
eſt enĩ/ de quo dictũ eſt p̃ iſayam
pphetã dicentẽ. Vox clamãtis in
deſerto:parate viã dñi:rectas faci
te ſemitas eius. Ipſe aũt iohãnes
habebat veſtimẽtũ de pilis came
loꝛũ: et zonã pelliceã circa lũbos
ſuos. Eſca aũt eius erat locuſte: ⁊
mel ſilueſtre. Tũc exibat ad eum
hieroſolima:et oĩs iudea/ ⁊ oĩs re
gio circa ioꝛdanẽ: ⁊ baptizabãtur
ĩ ioꝛdane ab eo:cõfitẽtes pctã ſua
¶ Feria.vi. Secũdum lucam. iij.

IN illo tpe. Dicebat iohãnes
ad turbas/ que exibãt vt ba-
ptizarẽtur ab ipſo. Genimina vi-
perarũ/ q̇s vobis oſtẽdit fugere a
vẽtura ira: Facite ergo fructus di
gnos penitẽtie: et ne ceperitis di-
cere/patrẽ habemus abꝛahã. Di-
co enĩ vobis: q̇a potẽs eſt deus de
lapidibꝰ iſtis ſuſcitare filios abꝛa
he. Iã enĩ ſecuris:ad radicẽ arbo-
ris poſita eſt. Oĩs enĩ arboꝛ non
faciẽs fructũ bonum/excidetur et
in ignem mittetur. Et interroga-
bant eũ turbe dicẽtes. Quid ergo
faciemus: Reſpondens autem di
cebat illis. Qui habet duas tuni-
cas: det non habenti. Et qui ha-
bet eſcas: ſimiliter faciat. Vene-
runt autẽ et publicani/ vt bapti-
zarentur:et dixerunt ad illũ. Ma-
giſter:quid faciemus: At ille dixit
ad eos. Nichil amplius ꝙ quod

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3

conſtitutũ eſt vobis:faciatis. In-
terrogabãt aũt eũ/et milites dicẽ
tes. Quid faciemus et nos: Et ait
illis. Neminẽ cõcutiatis: neq̧ ca-
lumniã faciatis: et cõtenti eſtote
ſtipẽdijs veſtris. Exiſtimãte aũt
populo/ et cogitãtibus oĩbus in
cordibus ſuis de iohãne/ ne forte
ipſe eſſet chriſtus:reſpondit iohã
nes dicẽs oĩbus. Ego quidẽ aqua
baptizo vos: veniet autẽ fortior
me poſt me:cuius nõ ſum dignus
ſoluere corrigiã calciamẽtorũ ei⁹
Ipſe vos baptizabit ĩ ſpũ ſancto/
et igni. Cuius ventilabrũ in ma-
nu eius: et purgabit areã ſuã. Et
cõgregabit triticũ in horreũ ſuũ:
paleas aũt cõburet igni inextin-
guibili. Multa quidem et alia ex
hortans: euangelizabat populo.

¶ Dñica.ij. aduẽtus. Introitus.

Populus ſyõ ecce dñs
veniet ad ſaluandas
gentes/ et auditã faci
et dñs gloriam vocis
ſue: ĩ leticia cordis ve
ſtri. ps. Qui regis iſrael intẽde; qui de-
ducis velut ouem ioſeph. Gloria patri.
Nõ dicit Gloria in excelſis. Coll.

Excita dñe corda noſtra ad p̃
parandas vnigeniti tui vi-
as: vt per eius aduentũ purifica-
tis tibi mentibus/ ſeruire merea-
mur. Qui tecũ. Ad romanos xv.

Fratres. Quecũq̧ ſcripta ſũt
ad noſtram doctrinam ſcri
pta ſunt: vt per pacientiã et cõſo-
lationẽ ſcripturarũ/ſpem habea-
mus. Deus autem patientie et ſo
latij/det vobis idipſum ſapere in
alterutrũ ſcd̃m ieſum chriſtum vt
vnanimes vno ore honorificetis
deũ et patrem dñi noſtri ieſu xp̄i
Propter quod ſuſcipite inuicem:
ſicut et chriſtus ſuſcepit vos in ho
norẽ dei. Dico enim chriſtũ ieſu/
miniſtrum fuiſſe circũciſionis;p-
pter veritatem dei ad cõfirman-
das promiſſiones patrum. Gen-
tes autem ſuper miſericordia ho
norare deum: ſicut ſcriptum eſt.
Propterea confitebor tibi in gen
tibus dñe: et nomini tuo cãtabo.
Et iterum dicit. Letamini gentes
cum plebe eius. Et iterum. Lauda
te omnes gentes dñm: et magni-
ficate eum omnes populi. Et rur
ſum iſayas ait. Erit radix ieſſe:et
qui exurget regere gentes:in eum
gentes ſperabunt. Deus aũt ſpei
repleat vos omni gaudio/ ⁊ pace
in credendo:vt abũdetis in ſpe/⁊
virtute ſpiritus ſancti. Gr. Ex ſyõ
ſpecies decoris eius/ deus manifeſte ve-
niet. V. Cõgregate illi ſanctos eius; qui
ordinauerunt teſtamentũ eius ſup ſacri
ficia. Alla. V. Letatus ſum in his q̃ di-
cta ſunt michi; in domũ dñi ibimus. V⁹.
Stãtes erãt pedes noſtri; in atrijs tuis
hieruſalem. Per ebdomadã. Alla
V. Orietur ſtella ex iacob/ et exurget ho-
mo de iſrael. Secundũ lucam. xxi.

In illo tpe. Dixit ieſus diſci-
pulis ſuis. Erunt ſigna in ſo-
le/et luna/et ſtellis/⁊ in terris preſ
ſura gentiũ: pre cõfuſione ſonit⁹
maris et fluctuũ:areſcentibus ho
minibus/pre timore ⁊ expectatio
ne/que ſupuenient vniuerſo orbi
Nam virtutes celorꝝ mouebũtur
Et tunc videbunt filium homĩs
venientẽ in nube: cum poteſtate

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3

magna et maieſtate. His autē fie
ri incipientibus: reſpicite et leua
te capita veſtra: quoniam appro
pinquat redēptio veſtra. Et dixit
illis ſimilitudinem. Videte ficul
neā: et oēs arbores. Cū producūt
iam ex ſe fructū: ſcitis quoniā ppe
eſt eſtas. Ita ⁊ vos cum videritis
hec fieri: ſcitote quoniā prope eſt
regnū dei. Amē dico vobis: quia
nō pteribit generatio hec: donec
omnia fiāt. Celū ⁊ terra trāſibūt
verba autem mea non tranſibūt
Credo. Offr. Deus tu cōuertens vi
uificabis nos: et plebs tua letabitur ī te.
oſtēde nobis domine miſericordiā tuā:
et ſalutare tuum da nobis. Secreta.

Placare queſumus dñe humi
litatis noſtre precibus ⁊ ho
ſtijs: vt vbi nulla ſuppetūt ſuffra
gia meritorū: tuis nobis indulgē
tie ſuccurre preſidijs. Per. Cōio.
Hieruſalē ſurge et ſta in excelſo: et vide
iocūditatē q̄ veniet tibi a deo tuo. Cōpl.

Repleti cibo potuq; ſpirita
lis alimonie ſupplices te do
mine deprecamur: vt huius parti
cipatiōe myſterij doceas nos ter
rena deſpicere / et amare celeſtia.
Per dominum noſtrū. Fer. iiij.
Lectio Malachie prophete. iij.

Hec dicit dñs deus. Ecce ego
mittā angelū meū: et pp̄a
rabit viam ante faciē meā. Et ſta
tim veniet ad tēplū ſuū domina
tor quē vos queritis: et angelus
teſtamēti quē vos vultis. Ecce ve
nit: dicit dñs exercituū. Et q̄s po
terit cogitare diē aduentus eius:
Et quis ſtabit ad videndū eum:
Ipſe enim quaſi ignis cōflans: et
quaſi herba fullonum Et ſedebit
conflans et emundans argentū:
⁊ purgabit filios leui. Et colabit
eos quaſi aurum et quaſi argen
tum: et erūt dño offerētes ſacrifi
cia in iuſticia. Et placebit dño ſa
crificium iuda et hieruſalē: ſicut
dies ſeculi et ſicut anni antiq̄. Et
accedam ad vos in iudicio . Et
ero teſtis velox maleficis / et adul
teris / ⁊ periuris / ⁊ qui calūniātur
mercedē mercennarij: et humili
ant viduas et pupillos: et oppri
munt peregrinū / nec timuerunt
me dicit dñs. Ecce ego mittā vo
bis heliam pphetā: anteq̄ veni
at dies dñi magnus et horribilis
Et conuertet cor patrū in filios: ⁊
cor filiorum ad patres eorum Di
cit dominus omnipotens. Ini
cium ſancti euāgelij Scdm mar. i

Inicium euāgelij ieſu chriſti
filij dei: ſicut ſcriptum eſt in
iſaya ppheta. Ecce ego mitto an
gelum meū ante faciē tuā: qui p̄
parabit viam tuam ante te. Vox
clamantis in deſerto: parate viā
dñi rectas facite ſemitas ei9. Fuit
iohannes in deſerto baptizans ⁊
predicans baptiſmū penitētie in
remiſſionē peccatorū. Et egredie
batur ad eū omnis iudee regio: ⁊
hieroſolimite vniuerſi: ⁊ baptiza
bātur ab illo in iordanis flumīe /
cōfitentes peccata ſua. Et erat io
hannes veſtitus pilis camelorum: et
zona pellicea circa lumbos eius:
⁊ locuſtas / et mel ſilueſtre edebat:
⁊ p̄dicabat dicens. Veniet fortior
me poſt me: cui9 nō ſum dignus /
procumbens ſoluere corrigiā cal

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3

ciamentorũ ei⁹. Ego baptizo vos
aqua: ille vo baptizabit vos ſpũ
ſctõ. ¶ Feria.vi.Scdm Matthe.xi
IN illo tpe. Dixit ieſus turbis
⁊ diſcipulis ſuis. Amen dico
vobis/nõ ſurrexit iter natos mu-
lieꝝ: maior iohãne baptiſta. Qui
autẽ minor eſt in regno celorum:
maior eſt illo. A diebus autẽ iohã
nis baptiſte vſqꝫ nũc/regnũ celo-
rũ vim patitur: et violẽti rapiũt
illud. Oẽs eni pphete et lex: vſqꝫ
ad iohannẽ prophetauerũt. Et ſi
vult; recipere: ipſe eſt helyas q vẽ
turus eſt. Qui habet aures audiẽ
di audiat. ¶ Dñica.iij. aduẽ. In.
GAudete in dño ſemp
iterum dico gaudete
modeſtia veſtra no-
ta ſit oĩbus hoĩb⁹ do
minus ppe eſt/nichil
ſolliciti ſitis: ſed in omni oratiõe/
petitiões veſtre/innoteſcãt apud
deum. ps. Et pax dei que exuperat om
nem ſenſum: cuſtodiat corda veſtra/ ⁊ in
telligentias veſtras. Gloria patri. Non
dicit' Gloria in excelſis. Collecta.
AUrem tuam queſum⁹ dñe
precibus noſtris accommo
da: et mẽtis noſtre tenebras/gra-
tia tue viſitationis illuſtra. Qui
viuis et regnas. Ad corinthi. i.iiij
FRatres Sic nos exiſtimet ho
mo/ vt miniſtros chriſti: et
diſpenſatores miniſteriorum dei
Hic iam queritur inter diſpenſa-
tores: vt fidelis quis inueniatur.
Michi autem pro minimo eſt: vt
a vobis iudicer/ aut ab humano
die. Sed neqꝫ meipſum iudico. Ni
chil enim michi conſcius ſum: ſed
non in hoc iuſtificatus ſum. Qui
autem iudicat me: dominus eſt.
Itaqꝫ nolite ante tempus iudica
re/ quoaduſqꝫ veniat dominus q
⁊ illuminabit abſcõdita tenebra
rum: et manifeſtabit conſilia cor-
dium. Et tunc laus erit: vnicuiqꝫ
a deo. Gr. Qui ſedes dñe ſuper cheru-
bin: excita potẽtiam tuã et veni. V. Qui
regis iſrael intende q deducis velut ouẽ
ioſeph. Alleluya. V. Rex noſter adue-
niet chriſtus quem iohannes predicauit
agnum eſſe venturum. Per ebdoma
dam. Alleluya. V. Excita domĩe po-
tentiam tuam et veni: vt ſaluos facias
nos. Secundum Mattheum. xi.
IN illo tempore. Cũ audiſſet
iohannes in vinculis opera
chriſti: mittẽs duos de diſcipulis
ſuis: ait illi. Tu es qui vẽturus es
an alium expectamus? Et reſpon
dens ieſus: ait illis. Euntes renũ-
ciate iohanni: que audiſtis et vi-
diſtis. Ceci vident/ claudi ambu-
lant/ leproſi mundantur. Surdi
audiunt/ mortui reſurgunt: pau-
peres euangelizantur. Et beatus
eſt: q nõ fuerit ſcãdalizatus in me
Illis autẽ abeũtibus: cepit ieſus
dicere ad turbas de iohãne Quid
exiſtis in deſertum videre? Arũdi-
nem vento agitatã? Sed quid exi
ſtis videre? Hominẽ mollibus ve
ſtitũ. Ecce qui mollib⁹ veſtiũtur:
in domibus regum ſunt. Sed qd
exiſtis videre? Prophetã? Etiam
dico vobis: et pluſqꝫ prophetam.
Hic eſt enim: de quo ſcriptum eſt.
Ecce mitto angelum meum ante
faciem tuam: qui pparabit viam
tuam ante te. Offr. Benedixiſti dñe

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3

terrā tuā; auertiſti captiuitatē iacob remiſiſti iniq̄tatē plebis tue. Secreta.

DEuotionis noſtre tibi q̄ſumus dñe hoſtia iugiter immoletur: q̄ et ſacri peragat inſtituta myſterij: ⁊ ſalutare tuū nobis miſericorditer operetur. Per dominū. Cōio. Dicite puſillanimes confortamini et nolite timere; ecce deus noſter veniet et ſaluabit vos. Cōplenda.

IMploramus domine clemētiam tuā: vt hec diuina ſubſidia a vicijs expiatos: ad feſta vētura nos preparēt. Per dominū.

¶ Fe. iiij. quattuor tpm. Introit⁹

ROrate celi deſuper: et nubes pluāt iuſtum: aperiat᷑ terra/ et germinet ſaluatorē. Ps. Celi enarrant gloriā dei: ⁊ opera manuū eius annūciat firmamētum. Gloria. Sine dñs vobiſcum. Oremus. Flectamus genua. Col.

PReſta queſumus oipotens deus: vt redemptionis noſtre vētura ſolennitas: et p̄ſentis nobis vite ſubſidia cōferat ⁊ eterne btītudinis p̄mia largiat᷑. Per dñm. lectio Iſaye prophete. ij.

IN diebus illis. Dixit iſayas propheta. Erit ī nouiſſimis diebus preparatus mons dom⁹ dñi in vertice montiū: ⁊ eleuabit᷑ ſuper colles. Et fluēt ad eū oēs gētes: et ibūt populi multi/ et dicēt. Venite aſcēdam⁹ ad montē dñi: et ad domū dei iacob: et docebit nos vias ſuas: et ambulabim⁹ in ſemitis eius: q̄a de ſyon exibit lex ⁊ verbū dñi de hieruſalē. Et iudicabit gentes: et arguet populos multos. Et cōflabunt gladios ſuos in vomeres: et lanceas ſuas in falces. Nō leuabit gens cōtra gentem gladiū: nec exercebunt᷑ vltra ad preliū. Domus iacob: venite ⁊ ambulemus in lumīe dñi dei nr̄i. Gr. Tollite portas principes veſtras: ⁊ eleuamini porte eternales: et introibit rex glorie. V. Quis aſcendet in mōtē dñi aut quis ſtabit in loco ſancto eius: innocens manib⁹ et mundo corde. Dñs vobiſcū. Sine Flectam⁹ genua. Col.

FEſtina q̄s domīe ne tardaueris: et auxilium nobis ſuperne virtutis impēde: vt aduentus tui cōſolationib⁹ ſubleuētur: qui in tua pietate confidūt. Qui tecum. lectio Iſaye prophete. vij.

IN diebus illis. Locut⁹ eſt dñs ad achaz dicens. Pete tibi ſignum a dño deo tuo in ꝓfundū inferni: ſiue in excelſum ſupra. Et dixit achaz. Nō petā: et nō tēptabo dñm. Et dixit. Audite ergo dom⁹ dauid. Nunquid parū vobis eſt moleſtos eſſe hoībus: q̄a moleſti eſtis et deo meo? Propter hoc dabit dominus ipſe vobis ſignū. Ecce virgo cōcipiet et pariet filiū: et vocabitur nomen eius emanuel. Butirū et mel comedet/ vt ſciat reꝓbare malū: et eligere bonū. Gr. Prope eſt dñs oībus inuocātibus eū: oībus q̄ inuocāt eū in veritate. V. Laudem dñi loquetur os meū et benedicat oīs caro nomē ſanctū eius. Secūdū lucā. i.

IN illo tēpore. Miſſus eſt angelus gabriel a deo in ciuitatē galilee cui nomen nazareth ad virginē deſpōſatā viro cui nomē erat ioſeph/ de domo dauid: et no

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3

mē virginis maria. Et ingreſſus
angelꝰ ad eam: dixit. Aue gratia
plena dn̄s tecū: benedicta tu ī mu
lieribus. Que cum audiſſet turba
ta eſt in ſermone eius: et cogita=
bat qualis eſſet iſta ſalutatio. Et
ait angelus ei. Ne timeas maria:
inueniſti eni gratiā apud deū. Ec
ce concipies in vtero/ et paries fi=
lium: ⁊ vocabis nomē eius ieſum
Hic erit magnꝰ: et filius altiſſimi
vocabitur. Et dabit illi dn̄s deus
ſedē dauid patris eius/ et regna=
bit in domo iacob in eternū: et re
gni eius nō erit finis. Dixit autē
maria ad angelū. Quomodo fiet
iſtud: qm̄ virū nō cognoſco? Et re
ſpondēs angelus/ dixit ei. Spiri=
tus ſanctꝰ ſupueniet in te: ⁊ virtꝰ
altiſſimi obūbꝛabit tibi. Ideoqꝫ
⁊ qđ naſcetur ex te ſctm̄: vocabitᷣ
filius dei. Et ecce elizabeth cogna
ta tua: et ipſa cōcepit filiū in ſene=
ctute ſua. Et hic mēſis eſt ſextus il
li que vocatur ſterilis: q̄a nō erit
impoſſibile apud deū om̄e verbū
Dixit aūt maria. Ecce ancilla do
mini. Fiat michi ſcđm verbū tuū.
Offe. Cōfoꝛtamini et iā nolite timere:
ecce enī deus noſter retribuet iudicium/
ipſe veniet: et ſaluos nos faciet. Secre.
Accepta tibi ſint dn̄e q̄s nr̄a
ieiunia: que ⁊ expiādo nos
gratia tua dignos efficiāt ⁊ ad re
media pducāt eterna. Per. Cōio.
Ecce virgo cōcipiet et pariet filiū: ⁊ voca
bitur nomē eius emanuel. Cōplēda.
Salutaris tui dn̄e munere ſa=
ciati/ ſupplices te dep̄camur
vt cuiꝰ letamur guſtu renouemur
effectu. Per dn̄m noſtrum ieſum.

¶ Fe.vi.quattuoꝛ tēpoꝝ. Introi.
Prope eſto dn̄e/ et oēs
vie tue veritas: ini=
tio cognoui de teſti=
monijs tuis: quia in
eternū tu es. Ps. Bea=
ti immaculati in via: qui ambulant in le
ge domini. Gloꝛia pr̄i et filio. Dn̄s vo
biſcū. Sine Flectamus ge. Colla.
Excita q̄s dn̄e potentiā tuā ⁊
veni: vt hi q̄ in tua pietate
cōfidunt: ab oī citius aduerſitate
liberētᷣ. Qui vi. Lec. Iſaye pphe. ĩ
Hec dicit dn̄s deus. Egredie=
tur virga de radice ieſſe: et
flos de radice eius aſcendet. Et re=
quieſcet ſup eū ſpiritus dn̄i: ſpiri=
tus ſapiētie et intellectus/ ſpiritꝰ
cōſilij et foꝛtitudinis/ ſpiritꝰ ſciē=
tie et pietatis: et replebit eū ſpiri=
tus timoꝛis dn̄i. Nō ſcđm viſionē
oculoꝝ iudicabit: neqꝫ ſcđm audi=
tū auriū arguet: ſed iudicabit ī iu
ſticia pauperes: et arguet in eq̄ta
te pꝛo māſuetis terre. Et percuti=
et terrā virga oꝛis ſui: ⁊ ſpiritu la
bioꝛū ſuoꝛū interficiet impiū. Et
erit iuſticia cingulū lumboꝝ eius
⁊ fides cinctoꝛium renū eius. Gr.
Oſtēde nobis domine miſericoꝛdiā tuā
et ſalutare tuum da nobis. V. Benedixi=
ſti domine terram tuam: auertiſti capti=
uitatem iacob. Secundum lucam. ĩ
In illo tempoꝛe. Exurgēs ma
ria: abijt in mōtana cū feſti=
natione in ciuitatem iuda. Et in=
trauit in domū zacharie: ⁊ saluta
uit elizabeth. Et factū eſt vt audi=
uit ſalutationē marie elizabeth:
exultauit infans in vtero eius. Et
repleta eſt elizabeth ſpiritu ſctō/ ⁊

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3

exclamauit voce magna: et dixit. Benedicta tu inter mulieres: ⁊ benedictus fructus ventris tui. Et vnde hoc michi vt veniat mater dñi mei ad me. Ecce enī vt facta eſt vox ſalutationis tue in auribꝰ meis: exultauit in gaudio infans in vtero meo. Et beata que credidiſti: qm̄ perficiētur ea que dicta ſunt tibi a dño. Et ait maria. Magnificat aīa mea dñm. Et exultauit ſpūs meꝰ: in deo ſalutari meo **Offe.** Deus tu conuertens viuificabis nos; et plebs tua letabitur in te; oſtende nobis domine miſericordiam tuam: et ſalutare tuum da nobis. **Secreta.**

Muneribus noſtris q̄s dñe p̄cibuſqꝫ ſuſceptis: et celeſtibꝰ nos munda myſteriȷ̄s: ⁊ clemēter exaudi. Per dñm. **Cōio.** Ecce dominus veniet et omnes ſancti eius cū eo; et erit in die illa lux magna. **Cōplenda.**

Tui nos domine ſacramenti libatio ſancta reſtauret: et a vetuſtate purgatos ī myſteriȷ̄ ſalutaris faciat tranſire conſortiū. Per dñm. ¶ **Sabbato quattuor temporum aduentus. Introitus**

Veni et oſtēde nobis faciē tuā dñe: qui ſedes ſuper cherubin/ et ſalui erimus. **Ps.** Qui regis iſrael intēde: qui deducis velut ouem ioſeph. Gloria patri et filio. **Sine** dominꝰ vobiſcū Flectamꝰ genua. Leuate **Collecta.**

Deus qui cōſpicis q̄ ex nr̄a prauitate affligimur: concede ꝓpiciꝰ: vt ex tua viſitatiōe cōſolemur. Qui viuis et regnas cū. **Lectio Iſaie prophete.** xix.

In diebus illis. Clamabūt ad dñm a facie tribulātis: ⁊ mittet eis ſaluatorē ⁊ propugnatorē qui liberet eos. Et cognoſcetꝛ dñs ab egypto: ⁊ cognoſcent egyptiȷ̄ dñm in die illa: et colēt eum in hoſtiȷ̄s et muneribus: et vota vouebunt dño et ſoluent. Et percutiet dñs egyptū plaga: et ſanabit eā. Et reuertētur ad dñm: et placabitur eis. Et ſanabit eos: dñs deus noſter. **Gr.** A ſummo celo egreſſio eiꝰ: ⁊ occurſus eius vſqꝫ ad ſummum eiꝰ. **V.** Celi enarrant gloriam dei; et opera manuum eius annunciat firmamentum. Oremꝰ. Flectamꝰ ge. Leuate. **Coll.**

Concede queſumus oīps deꝰ/ vt q̄ ſub peccati iugo: ex vetuſta ſeruitute deprimimur: expectata vnigeniti filiȷ̄ tui noua natiuitate liberemur. Qui tecum viuit ⁊ regnat. **Lec. iſa. pphe.** xxxv.

Hec dicit dñs. Letabitur deſerta ⁊ inuia: ⁊ exultabit ſolitudo: et florebit quaſi liliū. Germinans germinabit: et exultabit letabunda et laudans. Gloria libani data eſt ei: decor carmeli ⁊ ſaron. Ipſi videbunt gloriam dñi: ⁊ decorem dei noſtri. Confortate manus diſſolutas: et genua debilia roborate Dicite puſillanimes confortamini: ⁊ nolite timere. Ecce deus noſter vltionem adducet retributionis: deus ipſe veniet/ ⁊ ſaluabit nos. Tūc aperiētur oculi cecorum: et aures ſurdorū patebūt. Tunc ſaltet ſicut ceruus claudus: et aperta erit lingua mutorū: quia ſciſſe ſūt in deſerto aque/ ⁊ torrētes in ſolitudine. Et q̄ erat

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3

arida in ſtagnum: et ſitiēs in fontes aquarū: dicit dñs oþs. Gr. In ſole poſuit tabernaculū ſuū: ⁊ ipſe tanq̄ ſponſus procedens de thalamo ſuo. V. A ſummo celo egreſſio eius: ⁊ occurſus eiꝰ vſqꝫ ad ſummum eius. Oremus. Flectamus genua: Leuate Collecta.

INdignos nos q̄s dñe famulos tuos quos actiōis ꝓprie culpa cōtriſtat: vnigeniti filij tui aduētu letifica. Qui tecum viuit.

Lectio Iſaye prophete. xl.

HEc dicit dñs. Sup montem excelſum aſcēde tu q̇ euangelizas ſyon: exalta in fortitudine vocē tuā / q̇ euāgelizas hieruſalē. Exalta: noli timere. Dic ciuitatibꝰ iude / ecce deus veſter. Ecce dñs deꝰ in fortitudine veniet: et brachiū eiꝰ dominabitur. Ecce merces eiꝰ cum eo: et opus illius coram ipſo Sicut paſtor gregē ſuum paſcet: ī brachio ſuo cōgregabit agnos: ⁊ in ſinu ſuo leuabit eos: dominꝰ deus noſter. Grad. Domīe deus virtutum conuerte nos: ⁊ oſtende faciē tuā ⁊ ſalui erimus. V. Excita dñe potentiam tuam et veni: vt ſaluos facias nos. Oremus. Flecta. ge. Leuate. Collecta.

PReſta queſumus oþs deus / vt filij tui ventura ſolennitas: et preſentis nobis vite remedia cōferat et premia eterna cōcedat. Per eū. Lectio iſaye ꝓphe. xlv

HEc dicit dñs chriſto meo cyro cuiꝰ apprehēdi dexterā: vt ſubijciā ante faciē eius gētes ⁊ dorſa regū vertā. Et aperiā corā eo ianuas: et porte nō claudētur. Ego ante te ibo: et glīoſos terre humiliabo. Portas ereas cōterā: ⁊ vectes ferreos confringā. Et dabo tibi theſauros abſconditos: ⁊ archana ſecretoꝝ: vt ſcias q̇a ego dñs / q̇ voco nomē tuū deus iſrael ꝓpter ſeruū meū iacob: et iſrl̄ electum meū. Et vocaui te noīe tuo aſſimilaui te: et nō cognouiſti me Ego dñs / et nō eſt amplius: extra me nō eſt deus. Accinxi te / et nō cognouiſti me: vt ſciant hij q̇ ab ortu ſolis: ⁊ qui ab occidēte / quoniā abſqꝫ me non eſt deus. Ego dñs ⁊ non eſt alter. Formans lucem / et creans tenebras. Faciens pacem: ⁊ creans malum. Ego dñs / faciēs omīa hec. Rorate celi deſup / et nubes pluant iuſtum: aperiatur terra / et germinet ſaluatorē: et iuſticia oriatur ſimul. Ego dñs creaui eū. Gr. Excita dñe potentiā tuam ⁊ veni: vt ſaluos facias nos. V. Qui regꝫ iſrael intende: qui deducis velut ouē ioſeph qui ſedes ſuper cherubin: appare coram effraim / beniamin / et manaſſe. Oremꝰ. Flectamꝰ genua. Leua. Collecta

PReces populi tui q̄s dñe clemēter exaudi: vt q̇ iuſte pro peccatis noſtris affligimur: pietatis tue viſitatione cōſolemur. Per dñm noſtrū ieſum chriſtum.

Lectio danielis prophete. iij.

IN diebus illis. Angelus dñi deſcēdit cum azaria et ſocijs eius in fornacē ⁊ excuſſit flammā ignis de fornace: et fecit medium fornacis quaſi ventū roris flantē Flamma aūt diffuſa eſt ſup fornacem cubitis quadraginta nouē: ⁊ incendit quos reperit iuxta fornacem de caldeis miniſtros regis qui eam incendebant. Illos autē

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3

non tetigit ignis neqꝫ cõtriſtauit
nec quicꝙ moleſtie intulit. Tunc
hij tres quaſi ex vno oꝛe lauda-
bant/ et gloꝛificabant/ ⁊ benedice
bant deum in foꝛnace/ dicentes.
¶ Hymnus trium puerorum.
BEnedictus es dñe deus pa-
trum noſtroꝛum. Et lauda-
bilis/ et gloꝛioſus/ ⁊ ſuperexaltatus
in ſecula. Et benedictum nomē
gloꝛie tue quod eſt ſanctũ. Et lau
dabile ⁊ gloꝛioſum in ſecula. Be-
nedictus es in templo ſancto glo
rie tue. Et laudabilis et glꝛioſus ⁊
ſuperexaltatus ĩ ſecula. Benedi-
ctus es ſuper thꝛonum ſanctũ re-
gni tui. Et laudabilis ⁊ gloꝛioſus
⁊ ſuperexaltatus in ſecula. Bene
dictus es ſup ſedem ſanctã deita-
tis tue. Et laudabilis ⁊ gloꝛioſus
et ſuperexaltatꝰ in ſecula. Bene-
dictus es ſup ſceptrũ diuinitatis
tue. Et laudabilis ⁊ glꝛioſus ⁊ ſup
exaltatus in ſecula. Benedictus
es qui ſedes ſup cherubin intuēs
abyſſos. Et laudabilis et glꝛioſꝰ et
ſuperexaltatus ĩ ſecula. Benedi-
ctus es qui ambulas ſup pennas
ventoꝛũ. Et laudabilis ⁊ glꝛioſus
⁊ ſuperexaltatus in ſecula Bene
dicant te oẽs angeli et ſancti tui.
Et laudent te et gloꝛificēt in ſecu-
la. Benedicant te celi ⁊ terra: ma
re et oĩa que in eis ſunt. Et lau-
dent te ⁊ gloꝛificēt in ſecula. Glo
ria patri et filio et ſpiritui ſancto
Et laus ⁊ honoꝛ poteſtas ⁊ impe
rium. Sicut erat in pꝛincipio/ et
nunc et ſemp/ et in ſecula ſeculoꝛũ
Amen. Et laus et honoꝛ poteſtas
⁊ imperiũ. Benedictꝰ es dñe deꝰ
patrũ noſtroꝛũ. Et laudabilis et
gloꝛioſus et ſuperexaltatus in ſecu-
la. Dñs vo. Sine Flecta. ge. Colla
DEus qui tribus pueris mi-
tigaſti flammas ignũ cõce
de pꝛopitiꝰ: vt nos famulos tuos
non exurat flamma viciorũ. Per
dñm noſtrũ. Ad teſſalonicē. ij. ij.
FRatres Rogamꝰ vos ꝑ ad-
uentum dñi noſtri ieſu xp̄i:
⁊ noſtre cõgregationis in ipſum:
vt non cito moueamini a veſtro
ſenſu: neqꝫ terreamini: neqꝫ ꝑ ſpiri
tum: neqꝫ per ſermonem: neqꝫ per
epiſtolam/ tanꝙ per nos miſſam
quaſi inſtet dies domini. Ne quis
vos ſeducat vllo modo. Quoniã
niſi venerit diſceſſio pꝛimum: et
reuelatus fuerit homo peccati fi-
lius perditionis/ qui aduerſatur
et extollitur ſupꝛa omne quod di
citur deꝰ/ aut quod colitur: ita vt
in templo dei ſedeat/ oſtendens ſe
tanꝙ ſit deus. Non retinetis ꝙ
cum adhuc eſſem apud vos hec di
cebam vobis? Et nunc quid deti-
neat ſcitis: vt reueletur ĩ ſuo tem-
poꝛe. Nam myſterium iam ope-
ratur iniquitatis: tantum vt qui
tenet: nunc teneat/ donec de me-
dio fiat. Et tunc reuelabitur ille
iniquus: quē dñs ieſus interficiet
ſpiritu oꝛis ſui: et deſtruet illuſtra
tione aduētus ſui. Tractus.
QUi regis iſrael intēde: qui dedu-
cis velut ouē ioſeph. Vꝰ. Qui ſe-
des ſuper cherubin: appare coꝛam effra
ym beniamin et manaſſe. V. Excita dñe
potentiam tuam et veni: vt ſaluos faci-
as nos. Secundũ lucam. iij.
ANno qntodecimo imperij

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3

tiberij ceſaris procurante pōtio pylato iudeā: tetrarcha autē galilee herode: philippo autē fratre eius tetrarcha ituree et tracontidis regiōis: et liſania abiline tetrarcha: ſub principibus ſacerdotū anna et cayppha: factū eſt vbū dñi ſup iohannē zacharie filiū in deſerto. Et venit in omnē regionē iordanis: predicans baptiſmū penitentie/in remiſſionē peccatorū: ſicut ſcriptū eſt in libro ſermonū iſaye ꝓphete. Vox clamātis in deſerto: parate viā dñi rectas facite ſemitas eius. Omnis vallis implebitur: et oīs mons et collis humiliabitur. Et erunt praua indirecta: ⁊ aſpera in vias planas. Et videbit omnis caro: ſalutare dei.

Offr. Exulta ſatis filia ſyon: predica filia hieruſalem: ecce rex tuus venit tibi ſanctus et ſaluator. Secreta.

Sacrificijs pſentibus q̄s dñe placatus intende: vt ⁊ deuotioni noſtre proficiāt et ſaluti. Per do.

Cōio. Exultauit vt gygas ad currēdā viā: a ſummo celo egreſſio eius/ et occurſus eius vſq; ad ſummū eius. Cōplen.

Quesumus dñe deus noſter: vt ſacroſancta myſteria q̄ ꝓ reparatiōis noſtre munimie cōtuliſti: et preſens nobis remediū eſſe facias: et futurum. Per dñm.

¶ Dñica.iiij.aduētus. Introitus

Memēto noſtri dñe in beneplacito populi tui viſita nos in ſalutari tuo: ad videndū in bonitate electorū tuorū/in leticia gentis tue: vt lauderis cū hereditate tua. Ps. Peccauimus cum patrib⁹ noſtris: iniuſte egimus iniquitatē fecimus. Gloria. Colla

Excita dñe potētiā tuā et veni: et magna nobis virtute ſuccurre: vt p auxilium gratie tue qd noſtra pctā ĩpediūt: indulgētia tue ꝓpiciatiōis acceleret. Qui viuis et regnas. Ad philippē. iiij.

Fratres. Gaudete in domino ſemper: iterū dico gaudete Modeſtia veſtra/nota ſit oīb⁹ hominibus: dñs enī prope eſt. Nihil ſolliciti ſitis ſed in omni oratiōe ⁊ obſecratione/ cū gratiarūactiōe: petitiōes veſtre innoteſcāt apud deū. Et pax dei q̄ exuperat omnē ſenſum: cuſtodiat corda veſtra/et intelligētias veſtras In chriſto ieſu dño nr̄o. Gr. Prope eſt dñs oīb⁹ inuocātibus eū: oībus q̄ inuocāt eū in veritate. ỽ. Laudē dñi loquetur os meū: ⁊ benedicat oīs caro nomen ſanctum eius. Alla. ỽ. Veni dñe et noli tardare: relaxa facinora plebis tue. Scdm iohā. i.

In illo tpe. Miſerūt iudei ab hieroſolimis ſacerdotes et leuitas ad iohānē: vt interrogarēt eū. Tu quis es? Et confeſſus eſt: ⁊ nō negauit. Et cōfeſſus eſt: q̄a nō ſum ego chriſtus. Et interrogauerūt eum. Quid ergo? Helias es tu? Et dixit. Non ſum. Propheta es tu? Et reſpondit. Nō. Dixerūt ergo ei. Quis es? vt reſpōſum dem⁹ his/qui miſerunt nos. Quid dicis de teipſo? Ait. Ego vox clamātis in deſerto: parate viam dñi/ſicut dixit iſayas ꝓpheta. Et qui miſſi fuerant/erāt ex phariſeis. Et interrogauerunt eum/ et dixerūt ei Quid ergo baptizas: ſi tu non es

Jn vigilia natiuitatis dñi.

chriſtus/neqꝫ helyas/neqꝫ ꝓpheta
Reſpondit eis iohannes dicens.
Ego baptizo in aqua: mediꝰ aũt
veſtrum ſtetit/ quem vos neſcitis
Ipſe eſt qui poſt me venturus eſt
qui ante me factus eſt: cuius ego
nõ ſum dignus/ vt ſoluã eius cor=
rigiam calciamẽti. Hec in betha=
nia facta ſunt trans iordanẽ: vbi
erat iohãnes baptizans. *Credo.*
Offꝫ. Aue maria gratia plena dñs tecũ
benedicta tu in mulieribus: et benedictꝰ
fructus ventris tui. *Secreta.*
Sacrificijs p̃ſentibus q̃s dñe
placatus intende: vt ⁊ deuotioni
nr̃e proficiãt/et ſaluti. Per. *Cõio.*
Ecce virgo cõcipiet et pariet filiũ: ⁊ voca
bitur nomen eius emanuel. *Cõplẽda.*
Sumptis muneribus q̃s dñe
vt cum frequentatione my=
ſterij: creſcat noſtre ſalutis effectꝰ
Per dñm noſtrũ ieſum chriſtum.
¶ Jn vigi. natiuitatis dñi. Intro.
Hodie ſcietis quia ve
niet dñs/ et ſaluabit
vos: et mane videbi
tis gloriam eius. *P̃s*
Dñi eſt terra et plenitu=
do eius. orbis terrarum: et vniuerſi q̃ ha
bitant in eo. Gloria patri et filio. *Colla*
Deus qui nos redemptiõis
noſtre annua expectatione
letificas: preſta/ vt vnigenitũ tuũ
quẽ redemptorẽ leti ſuſcipimꝰ ve=
nientẽ quoqꝫ iudicẽ ſecuri videa=
mus: dñm nr̃ꝫ ieſũ xp̃m filiũ tuũ.
Qui tecũ. *Lectio iſaye ꝓphete.* lxij
Hec dicit dñs deus. Propter
ſyon nõ tacebo: et propter
hieruſalẽ nõ quieſcã: donec egre=
diatur vt ſplendor iuſtus eius: et
ſaluator eius vt lãpas accẽdatur
Et videbunt gentes iuſtũ tuũ: et
cuncti reges inclitũ tuũ. Et voca=
bitur tibi nomẽ nouũ: qđ os dñi
nominauit. Et eris corona glorie
in manu dñi: ⁊ diadema regni in
manu dei tui. Nõ vocaberꝫ vltra
derelicta: et terra tua nõ vocabi=
tur amplius deſolata: ſed vocabe
ris voluntas mea in ea: et terra
tua inhabitabitur: quia cõplacu=
it domino in te. *Ad romanos.* i.
Fratres. Paulus ſeruus xp̃i
ieſu vocatus apoſtolus: ſe=
gregatus in euangeliũ dei: quod
ante promiſerat ꝑ prophetas ſu=
os: in ſcripturꝫ ſanctis de filio ſuo
qui factus eſt ei ex ſemine dauid
ſcđm carnem. Qui predeſtinatus
eſt filius dei in virtute: ſecũdũ ſpi
ritum ſanctificationis: ex reſurre
ctione mortuorũ ieſu chriſti dñi
noſtri: per quẽ accepimus gratiã
⁊ apoſtolatũ/ad obediendũ fidei
in omnibus gentibus pro nomi=
ne eius. Jn quibus eſtis et vos vo
cati: ieſu xp̃i dñi noſtri. *Gr.* Hodie
ſcietis q̃a veniet dñs: et ſaluabit vos/et
mane videbitis gloriam eius. *V̄.* Qui re=
gis iſrael intende: qui deducis velut ouẽ
ioſeph. qui ſedes ſuꝑ cherubin: appare
corã effraym/beniamin/et manaſſe. *Si
fuerit dominica Alla.* *V̄.* Hodie ſcie
tis quia veniet dñs: et mane videbitis
gloriam eius. *Secundũ Mattheũ.* i
In illo tempore. Cum eſſet de
ſpõſata mater ieſu maria io
ſeph: anteq̃ cõuenirent/ inuenta
eſt in vtero habens de ſpũ ſancto
Joſeph aũt vir eius cum eſſet iu=
ſtus: ⁊ nollet eã traducere/ voluit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3

occulte dimittere eā. Hec autē eo cogitāte: ecce angelus dn̄i in ſomnis apparuit ei dicēs. Joſeph fili dauid: noli timere accipere mariam coniugē tuā. Quod eni in ea natū eſt: de ſpiritu ſancto eſt. Pariet autem filiū: et vocabis nomē eius ieſum. Ipſe enim ſaluū faciet populū ſuū: a pctīs eoꝝ. Offr. Tollite portas principes vr̄as: et eleuamini porte eternales: et itroibit rex glīe.

Da nobis q̄s op̄s de⁹ (Secre. vt ſicut adorāda filij tui natalicia preuenim⁹: ſic eius munera capiamus ſempiterna gaudētes. Per eūdem. Cōio. Reuelabitur gloria domini: et videbit omnis caro ſalutare dei noſtri. Complenda.

Da nobis domine queſum⁹ vnigeniti filij tui recenſita natiuitate reſpirare: cuius celeſti myſterio paſcimur et potamur. Qui tecum viuit. ¶ Nota hac nocte In gallicantu / poſt proſā noni reſpōſorij leget' cātu euāgeliū ſequēs.

D ominus vobiſ cum

Et cum ſpiritu tu o. Initiū ſancti euan ge lij ſecundum mattheum. Glo ria ti bi do mi ne.

¶ Secundum Mattheum. i.

L iber generatio nis ieſu chriſti fi lij dauid: fi lij a bra ham. Abraham ge nu it iſaac. Iſaac autem: ge nu it ia cob. Ja cob autē ge nuit iudā ꝛ fratres e ius Judas autē: ge nuit phares et ſaram de tha mar. Phares autem: ge nu it eſrom. Eſrom

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3

autẽ genu it a ram. A rã
autem:ge nuit ami nadab.
Amina dab autem:ge nu-
it naa ſon. Naaſon au tem-
ge nu it ſalmon.Salmon aũt
genuit booz de ra ab. Bo-
oz autẽ ge nuit obeth ex
ruth.Obeth autem: ge nu-
it ieſ ſe.Ieſſe autem:ge nu-
it dauid regẽ. Dauid aũt rex

genuit ſalomonem.ex e a que
fuit vri e.Salomon autem:
ge nu it roboam.Roboã au-
tẽ:genuit abi am.Abi as
autẽ:ge nuit a ſa.Aſa
autem:ge nuit io ſaphat.
Ioſaphat au tẽ ge nu it iorã
Ioram aũt:genuit ozi am.O
zi as autem ge nuit ioa
than. Ioathan autẽ:ge nuit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3

achas. Achas au tẽ: ge nu it
ezechiã. Ezechias autẽ: genu it
manaſ ſen. Ma naſ ſes autẽ
ge nuit a mon. Amon autẽ
ge nuit io ſiam. Joſias autẽ
ge nu it ieconiã ⁊ fratres eius
in trãſmigratione babi lonis
Et poſt trãſmigrationẽ babilo
nis: ieconias genuit ſalathi el.
Sa lathiel autẽ: ge nuit zo-
ro babel. zorobabel au tẽ: ge-
nu it abiud. Abiud autẽ: ge-
nuit elya chim. E lyachim
autẽ: ge nu it a ſor. Aſor au-
tem: ge nuit ſadoch. Sadoch
autẽ: ge nu it achim. Achim
autẽ: genu it elyu ud. E ly
ud autẽ: ge nuit e le azar.
Eleazar au tẽ ge nu it ma-
than. Mathan autẽ: genu it

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3

ia cob. Ja cob autem:

ge nuit ioſeph virum ma

ri e. De qua na tus eſt ie

ſus: qui vocatur chriſtus.

¶ Finito euangelio cantetur Te deum. Deinde miſſa. Introitus.

Dominus dixit ad me filius me⁹ es tu / ego hodie genui te. pſal. Quare fremuerunt gentes: ⁊ populi meditati ſũt inania. Gloria patri. Sicut erat. Colľa

Deus qui hanc ſacratiſſimã noctẽ veri luminis feciſti illuſtratiõe clareſcere: da queſum⁹ / vt cui⁹ lucis myſteriũ in terra cognouimus: ei⁹ quoq; gaudijs in celo perfruamur. Per dominum noſtrũ. Lectio iſaye prophete. ix.

O Mnipotens ſempiterne de⁹
qui celeſtia ſimul et terre

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3

na moderaris: ſupplicatiões po
puli tui clementer exaudi: et pa-
cem tuam noſtris cõcede tempo
ribus. Per. Ad romanos xij.
Fratres. Habentes dona-
tiones ſecundum gratiaꝫ
que data eſt nobis differentes.
Siue prophetiam ſecundum ra
tionem fidei. Siue miniſterium
in miniſtrando. Siue qui docet
in doctrina. Qui exhortatur in
exhortando. Qui tribuit in ſim-
plicitate. Qui p̄eſt in ſollicitudi-
ne. Qui miſeretur / in hilaritate:
Dilectio ſine ſimulatione. Odi-
entes malum: adherentes bono
Caritatem fraternitatis inuiceꝫ
diligentes. Honore inuicem pre
uenientes. Solicitudine non pi-
gri. Spiritu feruẽtes: dño ſeruiẽ
tes. Spe gaudentes: in tribulati
one patiẽtes: Orationi inſtãtes:
neceſſitatibꝰ ſctõꝝ cõicãtes. Hoſ
pitalitatẽ ſectantes. Benedicite
perſequẽtibꝰ vos: bñdicite / et no
lite maledicere. Gaudere cũ gau-
dentibus: flere cũ flentibus / idip
ſũ inuicẽ ſentiẽtes: Non alta ſa-
pientes: ſed humilibus conſenti
entes. Gr. Miſit dñs verbũ ſuum ⁊
ſanauit eos: et eripuit eos de īteritu eo-
rũ. V. Confiteãtur dño miẽ eius. ⁊ mi
rabilia eiꝰ filijs hominũ. Alla. V.
Dñs regnauit exultet terra lẽtẽtur īſu-
le multe. ¶ Secundũ iohãnẽ. ij.
In illo tẽpore. Nuptie facte
ſunt in chana galilee: ⁊ erat
mater ieſu ibi. Vocatus eſt autẽ
et ieſus: et diſcipuli eius ad nup-
tias. Et deficiente vino: dicit ma
ter ieſu ad eũ. Vinũ non habent
Dicit ei iheſus. Quid michi et ti-
bi eſt mulier? Nondum venit ho
ra mea: Dicit mater eius mini-
ſtris: Quodcũqꝫ dixerit vobis fa
cite: Erant autem ibi lapidee hy
drie ſex poſite / ſecundũ purifica-
tionẽ iudeorũ: capientes ſingu-
le metretas binas vel ternas Di
cit eis ieſus. Implete hydrias a-
qua. Et impleuerũt eas / vſqꝫ ad
ſũmũ. Et dicit eis ieſus. Haurite
nunc / et ferte architriclino Et tu
lerũt. Vt autẽ guſtauit architri-
clinus aquam vinũ factũ / ⁊ non
ſciebat vnde eſſet: miniſtri autẽ
ſciebãt / qui hauſerant aquã vo-
cat ſponſuꝫ archtriclinꝰ / et dicit
ei. Omnis homo primũ bonum
vinũ ponit: et cum inebriati fue
rint: tũc id quod deterius eſt. Tu
autem ſeruaſti bonuꝫ vinuꝫ vſqꝫ
adhuc. Hoc fecit inicium ſignoꝝ
ieſus in chana galilee: ⁊ manife-
ſtauit gloriaꝫ ſuam. Et credide-
runt in eũ: diſcipuli eius. Offer.
Iubilate deo vniũſa terra: iubilate deo
vniuerſa fra: pſalmũ dicite nomini eiꝰ:
venite et audite: ⁊ narrabo vobis õnes
qui timetis deum / quanta fecit dominꝰ
anime mee allelupa. ¶ Secreta.
Oblata dñe munera ſancti
fica: noſqꝫ a peccatorũ no-
ſtrorum maculis emunda. Per.
Cõio. Dicit dñs īplete hydrias aqua:
et ferte architriclino: dũ guſtaſſet archi
triclinꝰ aq̃ꝫ vinũ factũ: dicit ſpõſo: ſerua
ſti vinũ bonũ vſqꝫ adhuc: hoc ſignũ fecit
ieſꝰ p̃mũ corã diſcipulis ſuis. Cõplẽ.
Augeatur in nobis domĩe
queſumus tue virtutis o-
patio: vt diuinis vegetati ſacra-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag
226 A 3

mentis/ ad eorum promiſſa capiēda: tuo munere preparemur Per dñm noſtrū ieſum chriſtū.

¶ Feria.iiij. Ad coloceñſes. i.

FRatres. Audiſtis diſpenſationē gratie dei/que data eſt michi in vobis: vt impleā verbum dei: myſteriū quod abſconditū fuit a ſeculis et generationibus. Nunc autē manifeſtatū eſt ſanctis eius: quibus voluit deus notas facere diuitias glorie ſacramēti huius in gentibꝰ/quod eſt chriſtus in vobis ſpes glorie: quē nos annūciamus Corripiētes omnē hominē/et docentes in oī ſapiētia/vt exhibeamꝰ omnē hoiem perfectū. In chriſto ieſu: dño nr̃o. ¶ Sc̃dm marcum. vi.

IN illo tēpore. Egreſſꝰ ieſus abiīt in patriam ſuam: et ſequebātur eū diſcipuli eiꝰ. Et facto ſabbato: cepit in ſynagoga docere. Et multi audiētes: āmirabātur in doctrina eiꝰ dicentes Vnde huic hec oīa? Et que eſt ſapientia que data eſt illi: et virtutes tales/que per manus eius efficiūtur? Nōne hic eſt faber filius marie: frater iacobi/ et ioſeph/et iude/et ſymonis? Nonne et ſorores eiꝰ hic nobiſcū ſunt? Et ſcandalizabantur in illo Et dicebat illis ieſus. Quia nō eſt ꝓpheta ſine honore: niſi in patria ſua/et in domo ſua/ et in cognatiōe ſua Et nō poterat ibi virtutē vllam facere: niſi paucos infirmos impoſitis manibus curauit. Et mirabatꝰ ꝓpter incredulitatē eorū.

¶ Feria.vi. Sc̃dm matheū. xxi.

IN illo tempore. Cum veniſſet ieſus in templum/acceſſerunt ad euꝫ docentē principes ſacerdotū: et ſeniores populi dicentes. In qua poteſtate hec facis? Et quis dedit tibi hāc poteſtatē Reſpondens ieſus: dixit eis. Interrogabo vos et ego vnū ſermonem/quē ſi dixeritis michi: et ego vobis dicā/in qua poteſtate hec facio. Baptiſmus iohānis vnde erat: e celo/an ex hoībus? At illi cogitabant intra ſe/dicentes. Si dixerimꝰ/e celo: dicet nobis quare ergo nō credidiſtis illi? Si autem dixerimus/ex hoībus: timemus turbā. Omnes enim habebant iohānē: ſicut ꝓphetā. Et reſpōdētes ieſu/dixerūt. Neſcimꝰ. Ait illis/et ipſe: Nec ego vobis dico: in qua poteſtate hec facio.

¶ Dñica iij.poſt oc.epp. Introi.

ADorate deū oēs angeli eius: audiuit et letata eſt ſyon/et exultauerūt filie iude: Ps. Dñs regnauit exultet terra: letentur inſule multe. Gloria patri: et filio et ſpiritui. Collecta.

OMnipotens ſēpiterne deꝰ infirmitatē noſtrā propicius reſpice: atq; ad protegendū nos: dexterā tue maieſtatis extēde: Per dñm. Ad romanos. xij.

FRatres. Nolite eſſe prudētes apud voſmetipſos nulli malum pro malo reddentes. Prouidētes bona: non tantū coram deo: ſed etiā corā oībus hominibus Si fieri poteſt qđ ex vobis eſt: cū oībus hoībus pacē ha

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3

bentes. Non voſmetipſos defen
dentes cariſſimi: ſed date locum
ire. Scriptū eſt enim. Michi vin
dictā/et ego retribuā / dicit dñs.
Sed ſi eſurierit inimicus tuus: ci
ba illū. Si ſitit/potū da illi. Hoc
enī faciēs: carbones ignis cōge-
res ſup caput eius. Noli vinci a
malo: ſed vince in bono malum.
Gr. Timebūt gentes nomen tuū dñe:
et oēs reges terre gloriā tuā. V. Quo-
niā edificauit dñs ſyon: et videbitur in
maieſtate ſua. Alla. V. Laudate deū
omnes angeli ei⁹: laudate eum oēs vir
tutes eius Scdm Matheū. viij.

In illo tpe. Cum deſcendiſſet
ieſus de monte: ſecute ſunt
eū turbe multe. Et ecce leproſus
veniens: adorabat eū dicēs Dñe
ſi vis potes me mūdare. Et extē-
dēs ieſus manū/ tetigit eū dicēs
Volo. Mūdare. Et cōfeſtim mū-
data eſt lepra eius. Et ait illi ie-
ſus. Vide nemini dixeris: ſed va
de oſtēde te ſacerdoti/ ⁊ offer mu
nus quod precepit moyſes: in te
ſtimoniū illis. Cū aūt introiſſet
capharnaū: acceſſit ad eum cētu
rio/ rogans eum: et dicens. Dñe:
puer meus iacet in domo parali
ticus: et male torquetur. Et ait
illi ieſus. Ego veniam: et curabo
eū. Et reſpondens centurio/ ait.
Dñe non ſum dignus: vt intres
ſub tectū meū: ſed tantū dic ver-
bo: et ſanabitur puer meus. Nā
et ego homo ſū / ſub poteſtate cō
ſtitutus: habens ſub me milites
Et dico huic / vade: et vadit. Et
alio veni / et venit. Et ſeruo meo
fac hoc/ et facit. Audiens autē ie-
ſus/ miratus eſt: et ſequentib⁹ ſe
dixit. Amen dico vobis: nō inue-
ni tantā fidē in iſrael. Dico aūt
vobis: ꝙ multi ab oriente et occi
dente veniēt/ ⁊ recūbent cū abra
hā/ et yſaac et iacob in regno ce-
lorū. Filij autē regni eijcientur
in tenebras exteriores: ibi erit fle
tus ⁊ ſtridor dētium. Et dixit ie-
ſus centurioni. Vade/ et ſicut cre
didiſti fiat tibi Et ſanatus eſt pu
er ex illa hora. Offt. Dextera dñi fe
cit ỽtutē dextra dñi exaltauit me, nō mo
riar ſꝫ viuā ⁊ narrabo opa dñi. Secre.

Hec hoſtia dñe q̄s emundet
noſtra delicta: et ad ſacrifi
ciū celebrādū: ſubditorū tibi cor
pora/ mētesꝙ ſanctificet. Per dn̄.
Cōio. Mirabātur ōnes de his que ꝓ-
cedebāt de ore dei. ¶ Complenda.

Quos tātis domie largiris
vti myſterijs: queſum⁹ vt
effectibus eorū nos veraciter ap
tare digneris. Per. ¶ Feria iiij
Lectio epiſtole beati. Pauli apo-
ſtoli. Ad timotheum. prime .f.

Chariſſime. Fidelis ſermo
et omni acceptione dign⁹:
quia chriſtus ieſus venit in hunc
mundū peccatores ſaluos facere
quorū prim⁹ ego ſum. Sed ideo
miſeridcordiā cōſecutus ſū: vt in
me primo oſtēderet chriſt⁹ ieſus
omnē patiēciam / ad īformatio-
nē eoꝝ/ q̄ credituri ſunt illi/ in vi-
tam eternā. Regi autē ſeculorū
immortali inuiſibili/ ſoli deo ho
nor ⁊ gloria: in ſecula ſeculorum
Amen Secundū Matheum. iiij.

In illo tēpore. Circuibat ie-
ſus totam galileā/ docēs in

ſynagogis eorũ: et predicãs euã
geliũ regni: et ſanans omnẽ lan
guorẽ/ et omnẽ infirmitatem in
populo. Et abijt opinio eius in
totam ſyriã: ⁊ obtulerunt ei oẽs
male habentes: varijs languori‑
bus ac tormẽtis cõprehenſos: et
qui demonia habebãt/ et lunati
cos: et paraliticos/ ⁊ curauit eos.
et ſecuti ſunt eum turbe multe.

¶ Feria. vi. Secũdũ marcum. i.

IN illo tempore. Venit ad ie
ſum leproſus/ deprecans eũ
et genuflexo/ dixit. Si vis: potes
me mundare. Iheſus autem mi‑
ſertus eius: extendit manum ſu‑
am: et tangens eum/ ait illi. Vo‑
lo. Mũdare. Et cum dixiſſet: ſta‑
tim diſceſſit ab eo lepra: et mun‑
datus eſt Et cõminatus eſt ei: ſta
timqꝫ eiecit illum/ et dixit ei. Vi‑
de nemini dixeris: ſed vade oſtẽ‑
de te principi ſacerdotũ: et offer
pro emundatione tua/ que prece
pit moyſes ĩ teſtimonium illis.
Et egreſſus cepit predicare ⁊ dif‑
famare ſermonẽ: ita vt iam non
poſſet manifeſte introire in ciui‑
tatem/ ſed foris in deſertis locis
eſſe: et cõueniebãt ad eũ vndiqꝫ.

¶ Dominica vacãs. Introitus.

ADorate deũ oẽs an‑
geli eius: audiuit et
letata eſt ſyon/ et ex‑
ultauerũt filie iude
Ps. Dñs regnauit ex‑
ultet terra/ letentur inſule multe. Gl'ia
patri ⁊ filio et ſpiritui. ¶ Collecta.

DEus qui nos in tantis pe‑
riculis cõſtitutos: pro hu‑
mana ſcis fragilitate non poſſe
ſubſiſtere: da nobis ſalutem mẽ‑
tis et corporis: vt ea que pro pec
catis noſtris patimur/ te adiuuã
te vincamus. Per dñm noſtrum
iheſum. Ad romanos. xiij

FRatres. Nemini quicq̄ de
beatis: niſi vt inuicem di‑
ligatis. Qui eñi diligit, primum
legẽ impleuit. Nam non adulte‑
rabis/ non occides/ nõ furaberis
non falſum teſtimoniũ dices nõ
cõcupiſces: ⁊ ſi qd̄ eſt aliud man‑
datũ/ in hoc verbo inſtauratur.
Diliges proximũ tuũ ſicut teip‑
ſum. Dilectio proximi: malũ nõ
operatur. Plenitudo ergo legis
eſt dilectio. Gr. Timebũt gẽtes no
mẽ tuũ dñe. ⁊ oẽs reges terre gl'iã tuã.
v. Qm̃ edificauit dñs ſyõ: et videbitur
in maieſtate ſua. Alla. v. Laudate
deũ oẽs angeli ei9: laudate eũ oẽs vir‑
tutes ei9: Secũdũ Matheũ. viij

IN illo tempore. Aſcendente
ieſu in nauiculã: ſecuti ſunt
eum diſcipuli eius. Et ecce mot9
magnus factus eſt in mari: ita
vt nauicula operiretur fluctib9.
Ipſe vero dormiebat. Et acceſſe
runt ad eum diſcipuli eius: et ſuſ
citauerunt eum/ dicẽtes: Domi‑
ne ſalua nos: perimus: Et dixit
eis iheſus. Quid timidi eſtis mo‑
dice fidei? Tunc ſurgens impe‑
rauit ventis et mari: et facta eſt
tranquillitas magna Porro ho
mines mirati ſunt dicẽtes Qua‑
lis eſt hic. quia venti ⁊ mare: obe
diunt ei? Offer. Dextra dñi fecit vir‑
tutem: dextera domini exaltauit me/ non
moriar ſed viuam: et narrabo opera
domini. Secreta

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3

Onccede queſumus omnipotens deus: vt huius ſacrificij munus oblatū: fragilitatem noſtram ab omni malo purget ſemper/ et muniat. Per dominū. Cōio. Mirabātur oēs de his que pcedebāt de ore dei. Complēda.

Unera tua nos deus ⁊ a delectationibus terrenis expediant: et celeſtibus inſtruant alimentis. Per dñm noſtrū ieſū

¶ Feria. vi. Euangelium. Venit ad ieſum vtS. colūna precedenti.

¶ Dominica in. lxx. Introitus.

Circūdederūt me gemitus mortis: dolores īferni circūdederunt me: ⁊ in tribulatione mea inuocaui dñm/ et exaudiuit de tēplo ſācto ſuo vocē meam. Ps. Diligam te dñe ṽtus mea: dñs firmamentū meum et refugiū meū. Gloria. ¶ Nota. Gloria in excelſis/ nō dicitur de cetero vſq3 paſcha. ¶ Collecta.

Reces populi tui queſum⁹ dñe clementer exaudi: vt qui iuſte pro peccatis noſtris affligimur pro tui noīs gloria / miſericorditer liberemur. Per domi.

¶ Nota poſt purificationē a. lxx vſq3 ad octauā penthecoſtes/ dominicis diebus ad miſſā dicitur vna collecta tantum: niſi fuerit feſtū alicui⁹ ſancti vl' alia aliqua annexa dici. Ad corinthios. i. ix.

Fratres. Neſcitis ꝙ hi qui in ſtadio currunt: omnes quidē currunt: ſed vnus accipit brauiū. Sic currite/ vt cōprehēdatis. Omnis enī qui in agone contendit: ab oībus ſe abſtinet. Et illi quidē vt corruptibilē coronam accipiāt: nos autē incorruptā. Ego igitur ſic curro: non quaſi in incertum. Sic pugno: non quaſi aerem verberans: ſed caſtigo corpus meū/ ⁊ in ſeruitutē redigo: ne forte cū alijs predicauerim / ipſe reprobus efficiar. Nolo enī vos ignorare fratres: quoniā patres noſtri omēs ſub nube fuerūt/ et omnes mare trāſierūt/ ⁊ oēs in moyſe baptizati ſūt in nube et in mari. Et oēs eādem eſcam ſpiritalē māducauerūt: et oēs eūdem potū ſpiritalē biberūt. Bibebāt autē de ſpiritali conſequente eos petra. Petra autē erat chriſtus. Gr. Adiutor in oportunitatib⁹ in tribulatiōe ſperēt in te q̄ nouerūt te: qm̄ non derelinquis querētes te dñe. ṽ. Quoniā non in finē obliuio erit pauperis: paciētia pauperū nō peribit in etnū: exurge dñe non preualeat homo. Tractus.

E profundis clamaui ad te dñe dñe exaudi vocē meā. ṽ. Fiant aures tue intendētes in orationē ſerui tui. ṽ. Si īiquitates obſeruaueris dñe dñe quis ſuſtinebit. ṽ. Quia apud te ꝓpiciatio eſt: ⁊ ꝓpter legē tuā ſuſtinui te dñe. ¶ Nota ꝙ infra ebdomadam ad miſſam/ Tractus nō dicitur: ſi in dominica dictus fuerit. Secundum Matheum. xx.

In illo tempore. Dixit ieſus diſcipulis ſuis parabolam hāc: Simile eſt regnū celorū hoī prīfamilias: qui exijt primo mane cōducere operarios in vineā ſuam. Cōuentione autem facta

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag
226 A 3

cum operarijs/ ex denario diur-
no: miſit eos in vineā ſuam. Et
egreſſus circa horā tertiā: vidit
alios ſtantes in foro ocioſos: et
illis dixit. Ite et vos in vineam
meā: et qđ iuſtū fuerit/ dabo vo-
bis. Illi autē abierunt. Iterum
autē exijt circa ſextā et nonā ho-
rā: et fecit ſimiliter. Circa vnde
cimā vero exijt: et inuenit alios
ſtantes: ⁊ dicit illis. Quid hic ſta
tis tota die ocioſi? Dicunt ei: q̄a
nemo nos conduxit. Dixit illis.
Ite et vos in vineam meā. Cum
ſero autem factū eſſet: dixit dñs
vinee procuratori ſuo Voca ope
rarios: et redde illis mercedē: in
cipiens a nouiſſimis vſqꝫ ad pri
mos Cum veniſſent ergo qui cir
ca vndecimā horā venerant: ac
ceperunt ſingulos denarios Ve
niētes autem et primi/ arbitrati
ſunt ꝙ plus eſſent accepturi. Ac-
ceperunt autem et ipſi ſingulos
denarios Et accipiētes murmu
rabāt aduerſus patrēfamilias/
dicētes. Hij nouiſſimi vna hora
fecerunt: et pares illos nobis fe-
ciſti/ qui portauimꝰ pondus diei
et eſtus? At ille reſpondens vni
eorū/ dixit. Amice: non facio tibi
iniuriā. Nōne ex denario conue-
niſti mecū? Tolle quod tuum eſt
et vade. Volo autē ⁊ huic nouiſ-
ſimo dare: ſicut et tibi. Aut non
licet michi quod volo facere? An
oculus tuus nequā eſt/ quia ego
bonus ſum? Sic erunt nouiſſimi
primi/ et primi nouiſſimi Multi
eni ſūt vocati: pauci vero electi.
Offr. Bonum eſt cōfiteri dño et pſalle
re nomini tuo altiſſime. ¶ Secreta

Muneribus noſtris q̄s dñe
precibuſqꝫ ſuſceptis: et ce-
leſtibus nos mūda myſterijs: et
clemēter exaudi. Per dñm. Cōio
Illumina faciē tuam ſuper ſeruum tu-
um ⁊ ſaluum me fac in tua miſericordi
a domine: non confundar/ quoniam in
uocaui te. Complenda

Fideles tui deꝰ/ per tua do-
na firmētur: vt eadē ⁊ per
cipiendo requirāt: et querendo ſi-
ne fine percipiant. Per dominū

¶ Feria. iiij. Ad hebreos. iiij

Fratres Feſtinemus ingre
di in illam requiē: vt ne in
idipſum quis incidat increduli-
tatis exemplū. Viuus eſt eni ſer-
mo dei ⁊ efficax/ et penetrabilior
omni gladio ancipiti: et pertin-
gens vſqꝫ ad diuiſionē anime ac
ſpiritus compagū quoqꝫ ac me-
dullarū/ ⁊ diſcretor cogitationū
⁊ intentionū cordis. Et nō eſt vl
la creatura inuiſibilis/ in cōſpec-
tu eius. Oīa autē nuda et aper-
ta ſunt oculis eiꝰ: ad quē nobis
ſermo. Habētes ergo pōtificem
magnū qui penetrauit celos/ ie
ſum filium dei: teneamꝰ ſpei noſ
tre cōfeſſionem. Nō eni habemꝰ
pōtificem: qui nō poſſit cōpati
infirmitatibus noſtris: tempta
tum autē per omnia pro ſimili-
tudine abſqꝫ peccato. Adeamus
ergo cum fiducia ad thronū gra
tie eius: vt miſericordiam conſe-
quamur: et gratiā inueniamus
in auxilio oportuno. Per ieſum
chriſtum: dominum noſtrum.

¶ Secundum Matheū. ix. et x.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3

IN illo tempore. Circuibat ieſus ciuitates omnes ⁊ caſtella: docens in ſinagogis eorū/ et predicans euangeliū regni: et curans omnē languorē ⁊ omnē infirmitatem. Videns autē turbas/ miſertus eſt eis: quia erant vexati ⁊ iacentes ſicut oues non habentes paſtorem. Tunc dicit diſcipulis ſuis. Meſſis quidem multa/ operarij autē pauci. Rogate ergo dñm meſſis/ vt mittat operarios in meſſem ſuā. Et cōuocatis duodecim diſcipulis ſuis. dedit illis poteſtatē ſpirituū immundorum/ vt eijcerent eos: et curarent omnem languorem et omnem infirmitatem.

¶ Feria. vi. Scdm Marcū. ix.

IN illo tempore. Egreſſus ieſus/ ibat per galileam: nec volebat quēꝗ̄ ſcire Docebat autem diſcipulos ſuos/ ⁊ dicebat illis. Quoniā filiꝰ hoīs tradetᷣ in manus hoīm: et occident eū. Et occiſus/ tercia die reſurget. At illi ignorabant verbū: et timebāt eum interrogare. Et venerūt capharnaū. Qui cum domi eſſent: interrogabat eos. Quid in via tractabatis? At illi tacebāt. Siquidē in via inter ſe diſputauerant/ quis eorū eſſet maior. Et reſidens/ vocauit duodecim: et ait illis. Si quis vult ꝑmus eſſe: erit omnium nouiſſimus/ et oīm miniſter. Et accipiens puerum/ ſtatuit eum in medio eorū. Quem cū complexus eſſet: ait illis. Quiſquis vnum ex huiuſmodi pueris receperit in noīe meo: me recipit Et quicūꝗ me ſuſceperit: nō me ſuſcipit: ſed eum qui me miſit.

¶ Dñica in .lx. Introitus.

EXurge quare obdormis dñe: exurge ⁊ ne repellas in finē: quare faciē tuā auertis: obliuiſceris tribulationē noſtrā adheſit in terra venter noſter: exurge domine adiuua nos/ et libera nos. Ps. Deus aurib9 nr̄is audiuim9: pr̄es noſtri annūciauerūt nobis. Gloria. Collecta.

DEus qui conſpicis/ quia ex nulla noſtra actione confidimus: concede propicius/ vt cōtra aduerſa omnia/ doctoris gētiū ꝓtectione muniamur. Per.

¶ Nota hec epiſtola ſequēs legitur ꝑ ebdomadā vſꝗ Damaſci Ad corinthios. ij. xi. et. xij.

FRatres. Libenter ſuffertis inſipientes: cum ſitis ipſi ſapientes. Suſtinetis enī ſi quis vos in ſeruitutē redigit/ ſi quis deuorat/ ſi quis accipit/ ſi quis extollitur/ ſi quis in faciē vos cedit Scdm ignobilitatē dico: quaſi nos infirmi fuerim9 in hac parte. In quo quis audet: in inſipiētia dico/ audeo ⁊ ego. Hebrei ſūt et ego. Iſraelite ſunt: et ego. Semen abrahe ſunt: et ego. Miniſtri chriſti ſunt: et ego. Vt minus ſapiens dico: plus ego. In laboribus plurimis/ in carceribus habundātius/ in plagis ſupra modum: in mortibus frequēter. A iudeis quinquies quadragenas vna min9 accepi. Ter virgis ceſus ſum: ſemel lapidatus ſū: ter

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3

naufragium feci. Nocte ⁊ die in
profundo maris fui. In itineri-
bus ſepe. Periculis fluminū/pe-
riculis latronū/periculis ex ge-
nere/periculis ex gentibus/peri-
culis in ciuitate/periculis in ſo-
litudine/periculis in mari/peri-
culis in falſis fratribus. In labo
re et erumna. in vigilijs multis.
In fame et ſiti/in ieiunijs mul-
tis: in frigore et nuditate: preter
illa que extrinſecus ſunt: inſtan-
tia mea quotidiana/ ſolicitudo
oīm eccleſiarū. Quis infirmatur
et ego nō infirmor? Quis ſcāda-
lizatur/et ego nō vror? Si gloriari
oportet: que īfirmitatis mee ſūt
gloriabor. Deus et pater dn̄i no
ſtri ieſu chriſti ſcit: qui eſt bene-
dictus in ſecula/ q non mentior.
Damaſci prepoſitus gētis are-
the regis cuſtodiebat ciuitatem
damaſcenorum: vt me cōprehende
ret. Et per feneſtrā in ſporta di-
miſſus ſum per murum: ⁊ ſic effu
gi manus eius Si gloriari opor-
tet: non expedit quidē Veniam
autē ad viſiones ⁊ reuelationes
dn̄i. Scio hominē in chriſto an-
te annos quattuordecim: ſiue in
corpore ſiue extra corpus neſcio/
deus ſcit/ raptū huiuſmodi vſq;
ad tertiū celū. Et ſcio huiuſmo-
di hominem ſiue in corpore: ſiue
extra corpus/neſcio deꝰ ſcit: quo-
niā raptus eſt in paradiſū: et au
diuit arcana verba/ que nō licet
hoī loqui. Pro huiuſmodi glo-
riabor: pro me aūt nichil/ niſi in
infirmitatibus meis. Nam et ſi
voluero gloriari: nō ero īſipiēs

Veritatē enī dicam. Parco aūt
ne quis me exiſtimet ſupra id qđ
videt in me: aut audit aliquid ex
me. Et ne magnitudo reuelatio
nū extollat me: datus eſt michi
ſtimulus carnis mee/angelus ſa
thane/ q̊ me colaphizet Propter
quod ter dn̄m rogaui/ vt diſcede
ret a me: et dixit michi. Sufficit
tibi gratia mea. Nam virtus in
infirmitate perficitur Libenter igi
tur gloriabor in infirmitatibus
meis: vt inhabitet in me: virtus
chriſti. Gr. Sciant gētes quoniā no
mē tibi deꝰ/tu ſolus altiſſimꝰ ſuper om
nē trā. ℣. Deꝰ meꝰ pone illos vt rotā:
⁊ ſicut ſtipulā ante faciē vēti. Tractꝰ.

Commouiſti domine terrā/⁊ con
turbaſti eam. ℣. Sana cōtritio
nes eiꝰ: quia mota eſt. ℣. Vt fugiant a
facie arcus: vt liberentur electi tui.

Secundum Lucam. viij.

In illo tempore. Cum turba
plurima conueniret: ⁊ de ci
uitatibus properarēt ad ieſum/
dixit per ſimilitudinē. Exijt qui
ſeminat ſeminare ſemē ſuū. Et
dum ſeminat: aliud cecidit ſecus
viā/et conculcatū eſt: et volucres
celi comederūt illud. Et aliud ce-
cidit ſupra petrā: et natū aruit/
quia nō habebat humorem. Et
aliud cecidit īter ſpinas: et ſimul
exorte ſpine ſuffocauerunt illud
Et aliud cecidit in terrā bonā: et
ortum fecit fructū centuplū. Hec
dicens clamabat. Qui habet au-
res audiēdi audiat. Interroga-
bant autē eum diſcipuli eiꝰ: que
eſſet hec parabola. Quibus ipſe
dixit. Vobis datum eſt noſſe my

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3

ſterium regni dei:ceteris autē in
parabolis:vt videtes nō videāt
et audientes non intelligāt. Eſt
autem hec parabola. Semen eſt
verbū dei. Qui autē ſecus viam:
hij ſunt qui audiunt: deinde ve⸗
nit diabol⁹: et tollit verbū de cor
de eorū: ne credentes ſalui fiant
Nam qui ſupra petram/hij ſunt
qui cum audierint: cum gaudio
ſuſcipiunt verbū. Et hij radices
non habēt/quia ad tempus cre⸗
dunt:et in tempore tēptationis
recedūt. Quod autem in ſpinis
cecidit: hij ſunt qui audierūt: et
a ſolicitudinibus/et diuitijs/et
voluptatibus vite euntes ſuffo⸗
cātur:⁊ nō referūt fructū. Quod
autē in bonā terrā: hij ſunt qui
in corde bono et optimo audien
tes verbū/retinēt. Et fructū affe⸗
rūt in patiētia. Offer. Perfice greſ
ſus meos i ſemit; tuis:vt nō moueātur
veſtigia mea: iclina aurē tuā/et exaudi
v̄ba mea: mirifica mias tuas/ q̄ ſaluos
facis ſperātes in te dn̄e. Secreta

Oblatum tibi dn̄e ſacrifici⸗
um/viuificet nos ſemper
et muniat. Per dn̄m. Cōio. Intro
ibo ad altare dei:ad deū qui letificat iu
uentutem meam. Complenda.

Supplices te rogam⁹ oīpo⸗
tens deus: vt quos tuis re⸗
ficis ſacramentis: tibi etiā placi
tis moribus dignāter deſeruire
concedas. Per dn̄m noſtrū ieſū.
¶ Feria. iiij. Ad hebreos. xij.

Fratres. Recogitate dn̄m
ihesum chriſtū qui talē ſu⸗
ſtinuit a peccatorib⁹ aduerſus ſe
metipſum cōtradictionē: vt nō
fatigemini animis veſtris defici
entes. Nondū eni vſq; ad ſāgui⸗
nem reſtitiſtis: aduerſus pecca⸗
tum repugnantes: et obliti eſtis
conſolatiōis/que vobis tanq̄ fi
lijs loquitur dicens. Fili mi noli
negligere diſciplinā dn̄i: neq; fa⸗
tigeris/ dū ab eo argueris. Quē
enī diligit dn̄s/caſtigat: flagellat
autem omnem filiū/quē recipit.
In diſciplina perſeuerate: tanq̄
filijs vobis offert ſe deus. Quis
enim filius/quē non corripit pa
ter: Qḋ ſi extra diſciplinam eſtis
cui⁹ participes facti ſūt oēs: ergo
adulteri ⁊ non filij eſtis Deinde
p̄res q̄dē carnis nr̄e eruditores
habuimus/et reuerebamur eos.
Non multo magis obtēpabim⁹
p̄ri ſpirituū/et viuem⁹. In criſto
ieſu: dn̄o nr̄o. Sc̄dm mathe. xij.

In illo tēpore. Dixit ihesus
pharizeis Qui non eſt mecū
contra me eſt: et qui non congre
gat mecum/ſpargit. Ideo dico
vobis. Omne peccatū ⁊ blaſphe
mia/remittetur hoībus: ſpirit⁹
autē blaſphemie nō remittetur
Et quicunq; dixerit verbū cōtra
filiū hoīs: remittetur ei. Qui au⸗
tem dixerit cōtra ſpiritū ſanctū/
non remittetur ei: neq; in hoc ſe⸗
culo/ neq; in futuro. Aut facite
arborē bonā/et fructū ei⁹ bonū:
aut facite arborē malā/et fructū
eius malū. Siquidem ex fructu
arbor cognoſcit͛. Progenies vi⸗
perax: quomodo poteſtis bona
loqui: cum ſitis mali: Ex abun⸗
dantia enim cordis/os loquitur
Bon⁹ homo de bono thezauro/

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3

profert bona: et malus homo de malo theſauro / ꝓfert mala. Di- co autē vobis: quoniā omne ver bū ocioſū qđ locuti fuerīt hoīes: reddēt rationem de eo in die iu- dicij Ex vbis enī tuis iuſtificabe ris: et ex vbis tuis condēnaberis

❡ Feria .v. Scđm matheū. xiij.

IN illo tempore. Acceſſerunt ad ieſum diſcipuli eius dicē tes. Ediſſere nobis parabolam zizaniorum agri Qui reſpondēs ait. Qui ſeminat bonum ſemen eſt filius hominis. Ager autem: eſt mundus Bonum vero ſemen: hij ſūt filij regni. zizania autem / filij ſunt neq̄. Inimic⁹ autē qui ſeminauit ea: eſt diabolus. Meſ ſis vero / ꝯſūmatio ſeculi eſt Meſ ſores autē / angeli ſunt. Sicut er- go colligūtur zizania / ⁊ igni con buruntur / ſic erit ī cōſummatio ne ſeculi. Mittet fili⁹ hoīs ange- los ſuos: et colligēt de regno ei⁹ omnia ſcādala: et eos qui faciūt iniquitatē: et mittent eos in ca- minū ignis. Ibi erit fletus: et ſtri dor dentiū. Tūc iuſti fulgebūt ſi cut ſol: in regno patris eorū Qui habet aures audiendi: audiat.

❡ Dominica in .l. Introitus

ESto michi in deum protectorē: ⁊ in locū refugij vt ſaluū me facias: qm̄ firmamē tum meū et refugiū meū es tu: et propter nomē tuū dux mihi eris / ⁊ enutries me. Ps. In te domine ſperaui / non confūdar ineternum: in iuſticia tua libera me. Gloria patri et filio. Collecta.

PReces noſtras q̄s domīe cle menter exaudi: atq̧ a pec- catorū vinculis abſolutos: ab oī nos aduerſitate cuſtodi. Per do. minū Ad corinthios. xiij.

FRatres. Si linguis homi- num loquar et angelorū: caritatē autē non habeā: fact⁹ ſū velut es ſonās / aut cymbalū tin niens. Et ſi habuero ꝓphetiā: et nouerim myſteria oīa: et omnē ſcientiā / ⁊ ſi habuero omnē fidē ita vt mōtes trāſferā: caritatem autem non habuero / nichil ſum Et ſi diſtribuero in cibos paupe rum omnes facultates meas: et ſi tradidero corpus meum ita vt ardeam: caritatem autem non habuero: nichil michi prodeſt. Caritas patiens eſt: benigna eſt Caritas non emulatur: nō agit perperam: non inflatur: non eſt ambicioſa: non querit que ſua ſunt. Non irritatur / non cogitat malum: non gaudet ſuper iniq- tate: congaudet autem veritati. Omnia ſuffert / oīa credit / omni a ſperat: omnia ſuſtinet Caritas nunq̄ excidit. Siue ꝓphetie eua cuabūtur / ſiue lingue ceſſabunt: ſiue ſcientia deſtruetur. Ex par- te enim cognoſcimus: ⁊ ex parte prophetamus. Cū autē venerit quod perfectū eſt: euacuabit² qđ ex parte eſt. Cum eſſem paruul⁹ loquebar vt paruulus: ſapiebā vt paruulus / cogitabā vt paruu lus. Quādo autē factus ſum vir euacuaui que erant paruuli Vi dem⁹ nūc per ſpeculū in enigma te: tunc autē facie ad faciē. Nunc

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3

cognoſco ex parte: tūc autem cognoſcā ſicut ⁊ cognitus ſū. Nūc autē manēt/fides/ ſpes / caritas: tria hec. Maioꝛ autē hoꝛū: eſt caritas. **Gr.** Tu es de⁹ q̄ facis mirabilia ſol⁹ notā feciſti in gētib⁹ ṽtutē tuā **ṽ.** Liberaſti in brachio tuo populū tuū filios iſrael et ioſeph. **Tractus.**

Iubilate deo omnis terra. ſeruite dn̄o in leticia. **ṽ.** Intrate in conſpectu ei⁹ i exultatiōe. **ṽ.** Scitote q̄ dn̄s ipſe eſt de⁹ **ṽ.** Ipſe fecit nos/et nō ipſi nos. nos aūt popul⁹ ei⁹: ⁊ oues paſcue eius. **Secundū Lucam.** xviij

In illo tēpoꝛe. Aſſumpſit ieſus duodecim diſcipulos ſuos. et ait illis. Ecce aſcendimus hieroſolimā: et cōſummabūtur omnia que ſcripta ſūt per ꝓphetas de filio hōis Tradetur enim gentibus: et illudetur. et flagellabitur: et conſpuetur: Et poſtq̄ flagellauerīt/occidēt eū: ⁊ tercia die reſurget. Et ipſi nichil hoꝛuꝫ intellexerunt. Erat autē verbū iſtud abſconditū ab eis. et nō intelligebāt que dicebātur. Factū eſt autē cum appꝛopinquaret ieſus hierico: cecus quidā. ſedebat ſecus viā mendicans Et cū audiret turbā pretereūtē: interrogabat quid hoc eēt. Dixerunt autem ei: q̄ ieſus nazarenus tranſiret. Et clamauit dicens. Ieſu fili dauid: miſerere mei. Et qui preibāt: icrepabāt eū vt taceret. Ipſe vero multomagis clamabat: fili dauid / miſerere mei. Stans autē ieſus: iuſſit illuꝫ adduci ad ſe. Et cū appꝛopinquaſſet interrogauit illū dicēs. Quid tibi vis faciā: At ille dixit: Dn̄e: vt videā Et iheſus dixit illi. Reſpice: fides tua te ſaluū fecit. Et cōfeſtim vidit: et ſequebatur illum magnificans deū. Et oīs plebs vt vidit dedit laudem deo. **Offr.** Benedictus es dn̄e: doce me iuſtificatiōes tuas benedictus es domine: doce me iuſtificationes tuas in labijs meis ꝓnūciaui omnia iudicia oꝛis tui. **Secreta.**

Hec hoſtia dn̄e q̄ſum⁹ emūdet noſtra delicta: et ad ſacrificium celebrandū ſubditoꝛū tibi coꝛpoꝛa/ mēteſq̄ ſanctificet. Per dn̄m no. **Cōio.** Māducauerūt et ſaturati ſunt nimis: ⁊ deſideriū eoꝛū attulit eis dominus: non ſunt fraudati a deſiderio ſuo **Complenda**

Queſumus omnipotens deus: vt qui celeſtia alimenta percepimus: per hec cōtra oīa aduerſa muniamur. Per dn̄m.

¶ **Feria. iiij in capite ieiunij. Benedictio cinerū.** Adiutoꝛiū noſtrum in noīe dn̄i. Qui fecit celuꝫ et terram. Oꝛemus. **Oratio.**

Omnipotens ſempiterne de⁹ parce metuētibus ꝓpiciare ſupplicibus: et mittere digneris ſanctuꝫ angelū tuum de celis qui bene ✠ dicat ⁊ ſancti ✠ ficet cineres iſtos: vt ſint remediuꝫ ſalutare omnibus nomen ſanctuꝫ tuū humiliter imploꝛātib⁹: ac ſemetipſos pro conſciētia delictoꝛum ſuoꝛum accuſantibus: atq̄ ante cōſpectum diuine clemētie tue facinoꝛa ſua deploꝛantibus: vel ſereniſſimaꝫ pietatē tuā ſuppliciter obnixeq̄ flagitantibus: ⁊ pꝛeſta per inuocationē ſanctiſ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3

ſimi noīs tui: vt quicūqꝫ eos ſu-
per ſe aſperſerint pro redēptiōe
peccatorū ſuorū: ⁊ corporis ſani
tatē percipiant/et anime tutelā
Per dn̄m noſtrum ieſum xp̄m fi
lium tuum. Qui tecū. Oratio.

D Eus qui humiliatione fle-
cteris: et ſatiſfactiōe placa
ris/aurē tue pietatis inclina pre
cibus noſtris: et capitibus ſeruo
rum tuoꝝ horū cineruꝫ aſperſio-
ne attactis: effunde propiciꝰ gra
tiā tue bene ✠ dictionis: vt eos
et ſpiritu compūctiōis repleas
et que iuſte poſtulauerint effica-
citer tribuas: ⁊ cōceſſa perpetua
ſtabilitate/manere intactos de-
cernas: Per dominū Oratio

B Ene ✠ dic dn̄e q̄s creatu-
ram iſtam cineris quā fie-
ri voluiſti: vt ſit remediū anima
rum: qui hanc ad humiliādum
ſemetipſos ſuper capita ſua po-
nunt: cōcede vt ſint nomini tuo
dicati: et a moleſtia peccatorū li-
berati. Per. ¶ Ad aſperſionem
aque. An̄. Exaudi nos dn̄e quoniā be
nigna eſt mīa tua ſcd̄m mltitudinē mi
ſerationū tuaꝝ reſpice nos dn̄e. ℣ Sal
uū me fac deꝰ: quoniā intrauerūt aq̄ vſ
qꝫ ad animā meā. Exaudi. Collecta

C Oncede nobis dn̄e queſu-
mus p̄ſidia milicie xp̄iane
ſctis inchoare ieiunijs: vt cōtra
ſpūales neq̄tias pugnaturi con
tinētie ſalutaris muniamur au-
xilijs. Per xp̄m. ¶ Dando homi
nibꝰ cineres/dicat ad quemlibet

M Emēto homo quia cinis es: et i
cinerē reuerteris. An̄. Immu
temur habitu ī cinere ⁊ cilicio. ieiunemꝰ
⁊ ploremꝰ ante dn̄m: quia multū miſe-
ricors eſt dimittere pctā noſtra deꝰ nr̄.
An̄. Iuxta veſtibulum et altare plora
būt ſacerdotes ⁊ leuite miniſtri dn̄i: ⁊ di
cēt: parce dn̄e parce populo tuo: ⁊ ne diſ
ſipes ora clamātiū ad te dn̄e. Reſpō-
ſoriū in proceſſiōe. E mēdemꝰ in
meliꝰ q̄d ignoranter peccauimus: ne ſu
bito preoccupati die mortis: q̄ram ꝰ ſpa
ciū penitētie et inuenire non poſſimus
Attēde dn̄e ⁊ miſerere q̄a peccauimꝰ tibi
℣. Peccauimus cū p̄ribus nr̄is iniuſte
egimus iniquitatē fecimus. Attende.
¶ In capite ieiunij. Introitus.

M Iſereris omniū do-
mine: ⁊ nichil odiſti
eoruꝫ que feciſti diſ
ſimulās peccata ho
minū propter peni
tētiam: et parcens illis/quia tu
es dominꝰ deus nr̄. Ps. Miſerere
mei deus miſerere mei: quoniā in te cō-
fidit anima mea. Gloria patri et filio.
¶ Nota q̄ ad miſſā de feria: ſin-
gulis diebus abſqꝫ dn̄icis: dicit
Oremus. Flectamꝰ genua: ante
primā Collectā p totū ieiunium
Collecta Flectamꝰ genua leuate

P Reſta q̄s dn̄e fidelibus tuis
vt ieiuniorū veneranda ſo
lennia: et congrua pietate ſuſci
piant: et ſecura deuotiōe percur-
rāt. Per. Lcō iohelis pphete. ij.

H Ec dicit dn̄s deus. Cōuer-
timini ad me ī toto corde
veſtro/in ieiunio et fletu et plan-
ctu: et ſcindite corda veſtra et nō
veſtimenta veſtra. Et cōuertimi
ni ad dn̄m deū veſtrū: quia beni-
gnus et miſericors eſt/patiens ⁊
multe miſericordie: et preſtabi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3

lis ſuper malicia. Quis ſcit ſi cō-
uertatur/ et ignoſcat deus: et re-
linquat poſt ſe bn̄dictionē: Sa-
crificium ⁊ libamen dn̄o deo no
ſtro. Canite tuba in ſiō/ ſanctifi-
cate ieiuniū: vocate cetū: congre
gate populū: ſāctificate eccleſiā
coadunate ſenes: cōgregate par
uulos/ et ſugentes vbera. Egre-
diatur ſponſus de cubili ſuo: et
ſpōſa de thalamo ſuo Inter ve-
ſtibulum et altare plorabūt ſa-
cerdotes miniſtri dn̄i / et dicent.
Parce dn̄e/ parce populo tuo: et
ne des hereditatē tuā in oppro-
briū: vt dominētur eis natiōes.
Quare dicunt in populis/ vbi eſt
deus eorū: zelatus eſt dn̄s terraꝫ
ſuā: ⁊ pepercit populo ſuo. Et re
ſpōdit dn̄s: et dixit populo ſuo.
Ecce ego mittam vobis frumen
tum: ⁊ vinū/ et oleū: ⁊ replebimi-
ni in eis. Et non dabo vos vltra
opprobriū in gentibꝰ/ dicit dn̄s:
oīpotēs. Gr. Miſerere mei deꝰ/ mi-
ſerere mei quoniā in te confidit anima
mea. V. Miſit de celo ⁊ liberauit me: de
dit ī opprobriū ꝯculcātes me. Tractꝰ
Domine non ſecūdū peccata nr̄a
facias nobis: neqꝫ ſecūdū iniq̄ta-
tes nr̄as retribuas nobis. V. Dn̄e ne
memineris iniquitatū noſtraꝝ antiqua-
rum cito anticipēt nos miſericordie tue
q̄a pauperes facti ſumꝰ nimis. V. Ad-
iuua nos deꝰ ſalutaris noſter: et ꝓpt
gloriā noīs tui dn̄e libera nos/ et propi
ciꝰ eſto peccātis nr̄is: ꝓpter nomē tuum
¶ Secundum Matheum. vi.
In illo tempore. Dixit ieſus
diſcipulis ſuis. Cum ieiu-
natis: nolite fieri ſicut hipocrite
triſtes. Exterminānt enim facies
ſuas/ vt appareant hominibꝰ ie
iunātes. Amen dico vobis: quia
receperunt mercedē ſuā. Tu au-
tem cū ieiunas: vnge caput tuū
et faciē tuā laua: ne videaris ho-
minibus ieiunās/ ſed patri tuo
qui eſt in abſcōdito. Et pater tu-
us qui videt ī abſcōdito / reddet
tibi. Nolite theſauriſare vobis
theſauros in terra / vbi erugo et
tinea demolitur: et vbi fures ef-
fodiunt/ ⁊ furātur. Theſauriza-
te autem vobis thezauros in ce-
lo: vbi neqꝫ erugo/ neqꝫ tinea de-
molitur: et vbi fures nō effodiūt
nec furantur. Vbi enī eſt theſau-
rus tuus / ibi eſt ⁊ cor tuū. Offr.
Exaltabo te dn̄e q̄m ſuſcepiſti me: nec
delectaſti inimicos meos ſup me. dn̄e
clamaui/ et ſanaſti me. ¶ Secreta.
Fac nos queſumꝰ domine
his muneribus offerēdis
conuenienter aptari: quibus ip
ſius venerabilis ſacramenti ce-
lebramus exordium Per dn̄m.
¶ Nota ꝙ ſingulis diebus feria
libꝰ ad miſſā de feria ab hinc vſqꝫ
dn̄icā paſſionis: Iudica: dicetur
prefatio de ieiunio Qui corpora
li ieiunio. Cōio. Qui meditabitur ī
lege dn̄i die ac nocte: dabit fructū ſuū
in tempore ſuo. Complenda
Percepta nobis dn̄e p̄beāt
ſacramenta ſubſidiū: vt et
tibi grata ſint noſtra ieiunia: et
nobis ꝑficiāt ad medelā Per dn̄.
¶ Nota ꝙ ad miſſā de feria ab ſcꝫ
dn̄icis vſqꝫ ad cenā dn̄i/ poſt vlti-
mū Per dn̄m. Ante Per oīa ſecu
la ſeculorum: dicitur Oremꝰ Incli

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag
226 A 3

nate capita vr̃a deo. Et tūc ſta-
tim addit᷑ collcā Sup populum

Inclinantes ſe domine ma-
ieſtati tue propiciatꝰ inten-
de: vt qui diuino munere ſunt re
fecti: celeſtibus ſemper nutrian-
tur auxilijs. Per dn̄m noſtrum.

¶ Feria. v. Introitus.

Dum clamarē ad do-
minū / exaudiuit vo
cem meā: ab his qui
appropīquāt mihi
et humiliauit eos q̄
eſt ante ſecula / et manet ineter-
num: iacta cogitatū tuū in dn̄o
⁊ ipſe te enutriet. Ps. Exaudi deus
orationē meā: ⁊ ne deſpexeris dep̄catio
nē meā ītende mihi et exaudi me. Gl̄ia

¶ Collecta Flectamus genua.

Deus qui culpa offenderis
penitētia placaris: preces
populi tui ſupplicātis propiciꝰ
reſpice: et flagella tue iracundie /
que pro pc̄tis noſtris meremur
auerte. Per dn̄m noſtrū ieſum.

¶ Lectio Iſaye pphete. xxxviij.

In diebus illis. Egrotauit
ezechias vſq̄ ad mortem: et
introiuit ad eū iſaias filiꝰ amos
propheta: et dixit ei. Hec dicit do-
minꝰ. Diſpone domui tue: quia
morieris tu / et non viues. Et cō-
uertit ezechias faciē ſuam ad pa
rietē: et orauit ad dn̄m / et dixit.
Obſecro dn̄e memento q̄ſo quo-
modo ambulauerī corā te in ve-
ritate / ⁊ ī corde perfecto: ⁊ quod
bonū eſt in oculis tuis fecerim.
Et fleuit ezechias fletu magno.
Factū q̄ eſt verbū dn̄i ad iſayam
dicens. Vade et dic ezechie. Hec
dicit dn̄s deus dauid patris tui.
Audiui orationez tuā: et vidi la-
crimas tuas. Ecce ego adijciam
ſuper dies tuos quīdecī annos:
et de manu regis aſſyriorū eruā
te / et ciuitatē iſtā / ⁊ protegā eam
Dicit dominꝰ: oīpotens. Gr. Ia-
cta cogitatū tuū ī dn̄o: ⁊ ipſe te enutriet
V. Dū clamarē ad dn̄m: exaudiuit vo-
cem meā: ab his qui appropinquāt mihi

¶ Secundum Matheum. viij.

In illo tempore. Cum intro-
iſſet ieſus capharnaum: ac-
ceſſit ad eū centurio: rogās eū et
dicens. Dn̄e: puer meus iacet in
domo paraliticꝰ: ⁊ male torque-
tur. Et ait illi ieſus. Ego veniā:
et curabo eū. Et reſpondens cen
turio ait. Dn̄e / non ſū dignꝰ vt
intres ſub tectū meū: ſed tātum
dic verbo / et ſanabit᷑ puer meus
Nam et ego homo ſum ſub po-
teſtate conſtitutꝰ: habēs ſub me
milites. Et dico huic vade: et va-
dit. Et alio veni: et venit. Et ſer-
uo meo fac hoc / et facit. Audiens
autē ieſus miratus eſt: et ſequen-
tibus ſe dixit. Amen dico vobis:
non inueni tantā fidē in iſrahel.
Dico autē vobis q̄ multi ab ori-
ente ⁊ occidēte veniēt: ⁊ recūbēt
cum abraham / ⁊ iſaac / ⁊ iacob in
regno celorū. Filij autem regni
eijciētur in tenebras exteriores.
Ibi erit fletus / et ſtridor dentiū.
Et dixit ieſus cēturioni. Vade: ⁊
ſicut credidiſti fiat tibi. Et ſana-
tus eſt puer: ex illa hora. Offer.
Ad te domīe leuaui animā meam: deus
meus in te cōfido non erubeſcā, neq̄ ir-
rideāt me īimici mei: etenī vniuerſi qui

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3

te exſpectãt nõ cõfundẽtur. Secreta.

Sacrificijs preſẽtibus domine queſumꝰ intẽde placatꝰ: vt et deuotioni noſtre proficiãt/ et ſaluti. Per dñm. Cõio. Acceptabis ſacrificiũ iuſtitie oblatiões et holocauſta, ſup altare tuũ dñe. Cõplẽda.

Celeſtis doni benedictione percepta ſupplices te deus oĩpotẽs deprecamur: vt hoc idẽ nobis et ſacramẽti cauſa ſit/ ⁊ ſalutis. Per dñm. Super populũ. Oremus. Humiliate capita.

Parce domine parce populo tuo: vt dignis flagellationibus caſtigatus: in tua miſeratiõe reſpiret. Per dñ. ¶ Feria. vi. poſt Cineres. Introitus

Audiuit dñs ⁊ miſertus eſt michi: dñs factus eſt adiutor meꝰ Ps. Exaltabo te domine qm̃ ſuſcepiſti me: nec delectaſti ĩimicos meos ſup me. Gl'ia.

¶ Collecta. Flectamus genua.

Inchoata ieiunia q̃s domine benigno fauore proſequere: vt obſeruãtiã quã corporaliter exhibemus: mẽtibus etiã ſinceris exercere valeamus. Per dñ.

¶ Lectio Iſaye prophete. lviij.

Hec dicit dñs deus. Clama ne ceſſes: quaſi tuba exalta vocẽ tuã: ⁊ annuncia populo meo ſcelera eorũ: ⁊ domui iacob peccata eorũ. Me etenĩ de die in diẽ querũt: ⁊ ſcire vias meas volunt: quaſi gens que iuſticiã fecerit: et que iudiciũ dei ſui nõ dereliquerit. Rogãt me iudicia iuſtitie: et appropinquare deo volũt Quare ieiunamꝰ/ et non aſpexiſti: humiliauimus aĩas noſtras: et neſciſti? Ecce in die ieiunij veſtri inuenitur voluntas veſtra: ⁊ omnes debitores veſtros repetitis. Ecce ad lites et ad contentiones ieiunatis: et percutitis pugno impie. Nolite ieiunare ſicut vſq; ad hãc diẽ: vt audiatur in excelſo clamor veſter. Nunq̇d tale eſt ieiuniũ quod elegi: per diem affligere hominẽ animã ſuã? Nunquid cõtorquere quaſi circulum caput ſuũ: et ſaccũ et cinerẽ ſternere? Nunquid iſtud vocaui ieiuniũ: et diem acceptabilẽ dño? Nonne hoc eſt magis ieiunium quod elegi? Diſſolue colligationes impietatis: ſolue faſciculos deprimẽtes. Dimitte eos qui cõfracti ſunt liberos: et omne onꝰ dirumpe. Frange eſurienti panẽ tuũ: et egenos vagoſq; induc in domũ tuã. Cum videris nudum/ operi eum: et carnem tuã ne deſpexeris. Tũc erũpet/ quaſi mane lumen tuum: et ſanitas tua citius orietur Et anteibit faciem tuam iuſticia tua: et gloria dñi colliget te: Tunc inuocabis et dñs exaudiet: clamabis/ et dicet ecce aſſũ: quia miſericors ſũ: dñs deꝰ tuus. Gr. Vnã petij a dño hãc requirã/ vt inhabitẽ in domo dñi. ỽ. Vt videã voluntatẽ dñi: et protegar a templo ſancto eius. Tractus.

Domine non ſcd̃m pctã nr̃a facias nobis: neq; ſcd̃m iniquitates nr̃as retribuas nobis. ỽ. Dñe ne memineris iniq̃tatum noſtrarũ antiquarũ: cito anticipẽt nos miſericordie tue/ q̃a

pauperes facti ſum⁹ nimis. ℣. Adiuua nos de⁹ ſalutaris nr̃: et ꝑpter gloriam noĩs tui dñe libera nos: et propici⁹ eſto peccatis noſtris/ propter nomen tuum

¶ Secũdũ Matheum. v. et. vi.

IN illo tempore. Dixit ieſus diſcipulis ſuis. Audiſtis q̃a dictum eſt: diliges proximum tuum: ⁊ odio habebis inimicũ tuum Ego autem dico vobis. Diligite inimicos veſtros: benefacite his qui oderunt vos: et orate pro perſequentibus et calumniantib⁹ vos: vt ſitis filij patris veſtri qui in celis eſt: qui ſolem ſuũ oriri facit ſuper bonos ⁊ malos. et pluit ſuper iuſtos et iniuſtos. Si enĩ diligitis eos qui vos diligunt/ quam mercedem habebitis: Nonne et publicani hoc faciunt: Et ſi ſalutaueritis fratres veſtros tantũ/ q̃d ampli⁹ facitis: Nõne ⁊ ethnici hoc faciunt Eſto te ergo vos ꝑfecti: ſicut et pater veſter celeſtis perfectus eſt. Attẽdite ne iuſticiã veſtrã faciatis corã hominibus: vt videamini ab eis. Alioquin mercedem non habebitis apud patrẽ veſtrum qui in celis eſt. Cũ ergo facis elemoſinam: noli tuba canere ante te/ ſicut hipocrite faciũt in ſynagogis/ et in vicis/ vt honorificẽtur ab hoĩbus. Amẽ dico vobis/ receperunt mercedẽ ſuam. Te autẽ faciente elimoſinã: neſciat ſiniſtra tua quid faciat dextera tua: vt ſit elemoſina tua in abſcondito Et pater tuus qui videt in abſcõdito/ reddet tibi Et cũ oratis: nõ eritis ſicut hypocrite: qui amãt in ſynagogis et in angulis platearum ſtantes orare: vt videantur ab hominib⁹. Amen dico vobis: receperũt mercedẽ ſuã. Tu autẽ cũ oraueris/ intra in cubiculũ tuũ/ ⁊ clauſo hoſtio: ora patrẽ tuũ in abſcondito. Et pater tu⁹ qui videt in abſcondito/ reddet tibi. Offẽ. Dñe viuifica me ſcđm eloquiũ tuũ: vt ſciã teſtionia tua. Secre.

SAcrificium domĩe obſeruãtie quadrageſimalis offerimus/ preſta queſumus: vt tibi et mẽtes noſtras reddat acceptas ⁊ continentie prõptioris nobis tribuat facultatem. Per dominum. Prefatio. Qui corporali. Cõio. Seruite dño in timore: ⁊ exultate ei cũ tremore: apꝑhendite diſciplinã ne pereatis de via iuſta. Cõplenda.

SPiritum nobis dñe tue caritatis infũde/ vt quos vno pane celeſti ſaciaſti/ tua facias pietate concordes. Per dñm eiuſ. Sup populũ. Humiliate capita

TUere dñe populũ tuum: et ab omnib⁹ peccatis clemẽter emunda: quia nulla ei nocebit aduerſitas: ſi nulla dominetur iniquitas. Per dominũ no.

¶ Sabbõ poſt Cineres. Introi.

ESto michi ĩ deũ ꝓtectorem: ⁊ in locũ refugij/ vt ſaluũ me facias. quoniã firmamentũ meũ et refugiũ meũ es tu: ⁊ propter nomen tuum dux michi eris. ⁊ enutries me. ps. In te dñe ſperaui nõ confundar in eternũ: in iuſticia tua libera me. Gl'ia. Flectam⁹ genua. Collecta.

Adeſto dn̄e ſupplicationibus noſtris et concede: vt hoc ſolēne ieiuniū / quod animabus corporibuſꝗ curandis ſalubriter inſtitutum eſt: deuoto ſeruitio celebremus. Per dominū.

Lectio Yſaye prophete. lviij.

Hec dicit dominus deus Si abſtuleris de medio tuo cathenam: et deſieris digitū extendere / et loqui qd̄ non ꝓdeſt: cū effuderis eſurienti animam tuā / ⁊ animā afflictam repleueris: orietur ī tenebris lux tua: ⁊ tenebre tue erūt ſicut meridies Et requiem dabit tibi dominus deus tuus ſemper: ⁊ implebit ſplendoribus animā tu ā: ⁊ oſſa tua liberabit Et eris quaſi ortꝰ irriguꝰ et ſicut fons aquarum cuius non deficient aque. Et edificabūtur in te deſerta ſeculorū: fundamenta generationis ⁊ generationis ſuſcitabis. Et vocaberis edificator ſepiū: auertens ſemitas in quietem. Si auerteris a ſabbato pedem tuū / facere volūtatē tuā in die ſancto meo / et vocaueris ſabbatū delicatū / ⁊ ſāctū dn̄i glorioſum / ⁊ glorificaueris eū dū nō facis vias tuas: ⁊ nō inuenit² volūtas tua / vt loquaris ſermonem tūc delectaberis ſup dn̄o / ⁊ ſuſtollā te ſup altitudines terre: ⁊ cibabo te hereditate iacob patris tui Os enim domini / locutum eſt.

Gr. Tu es deus qui facis mirabilia ſolus: notam feciſti in gentibus virtutem tuam. V. Liberaſti in brachio tuo populum tuum filios iſrahel et ioſeph

Secundum Marcum. vi.

In illo tempore. Cū ſero eſſet factū / erat nauis in medio mari: et ieſus ſolus in terra. Et videns eos laborantes in remigando: erat enī vētus contrarius eis. Et circa quartā vigiliā noctis: venit ad eos ambulans ſuper mare: et volebat preterire eos. At illi vt viderunt eū ambulantem ſuper mare: putauerunt fantaſma eſſe: et exclamauerunt Omnes enim eū viderūt: et conturbati ſunt. Et ſtatim locutus eſt cū eis: et dixit illis. Confidite / ego ſum: nolite timere. Et aſcendit ad illos in nauim: et ceſſauit ventus. Et plus magis intra ſe ſtupebāt. Non enī intellexerunt de panibꝰ. Erat enī cor illorū obcecatum. Et cum tranſfretaſſent peruenerūt in terrā genezareth et applicuerunt. Cūꝗ egreſſi eſſent de naui ꝯtinuo cognouerūt eū: et percurrētes vniuerſam regionem illā: ceperunt in grabatis eos qui ſe male habebant circunferre vbi audiebāt eum eſſe. Et quocunꝗ introibat in vicos vel in villas / aut ciuitates / in plateis ponebāt infirmos: et deprecabātur eum / vt vel fimbriā veſtimenti eius tangerent Et quotquot tangebant eū: ſalui fiebāt.

Offer. Benedictꝰ es dn̄e / doce me iuſtificationes tuas: benedictꝰ es dn̄e doce me iuſtificationes tuas: in labijs meis ꝓnūciaui oīa iudicia oris tui.

Secret. Repara nos q̄s domine huius abſtinentie feſtiuis officijs / vt hec ſacrificia veneranda / ſobrijs ſemꝑ mētibꝰ celebremus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3

Per. Pfatio. Qui corpali. Cōio. Mādūcauerūt et ſaturati ſūt nimis: et deſideriū eorū attulit eis dñs. ⁊ nō ſūt fraudati a deſiderio ſuo. Cōplenda.

QEleſtꝫ vite munere vegetati queſumus dñe: vt quod eſt nobis ī pſenti vita myſteriuꝫ fiat eternitatis auxiliū. Super populū. Oremꝰ Humiliate capita

DA populo tuo qſumus omnipotens deus: et eterne ꝓmiſſionis gaudia querere: ⁊ que ſita citius iuenire. Per dominū.

¶ Dñica. i. xl. Introitus.

INuocauit me/ ⁊ ego exaudiā eū: eripiaꝫ eū/ et glorificabo eū longitudine dierū adimplebo eū. Ps. Qui habitat in adiutorio altiſſimi in ꝓtectione dei celi cōmorabitur. Gloria.

Vna collecta tātū dicet'. Collec.

DEus qui eccleſiam tuā annua quadrageſimali obſeruatiōe purificas: preſta familie tue: vt quod a te obtinere abſtinēdo nitit'/ hoc bonis operibꝰ exequat'. Ad chorinthios. ij. vi.

FRatres. Hortamur vos/ ne inuacuū graciā dei recipiatis. Ait enī. Tēpore accepto exaudiui te: et in die ſalutis adiuui te. Ecce nunc tēpus acceptabile: ecce nunc dies ſalutis. Nemini dantes vllā offenſionē. vt nō vituperetur miniſteriū noſtruꝫ. Sed in omnibus exhibeamꝰ noſmetipſos ſicut dei miniſtros: in multa paciētia/ in tribulationibus/ in neceſſitatibus/ in anguſtijs/ in plagis/ in carceribus/ in ſeditionibus/ in laboribus/ in vigilijs/ in ieiunijs/ in caſtitate/ in ſciētia/ in longanimitate/ in ſuauitate/ in ſpiritu ſancto. In caritate non ficta: in verbo veritatis/ in virtute dei. Per arma iuſticie: a dextris et a ſiniſtris. Per gloriā et ignobilitatē. Per infamiā/ et bonā famā. Vt ſeductores/ et veraces. Sicut qui ignoti et cogniti. Quaſi morientes: et ecce viuimus. Vt caſtigati. et nō mortificati. Quaſi triſtes/ ſemp autē gaudentes. Sicut egentes: multos aūt locupletātes. Tāq̄ nichil habentes: et omnia poſſidentes. Gr. Angelis ſuis mādauit de te: vt cuſtodiāt te ī oībꝰ vijs tuis. ℣. In manibꝰ portabūt te: ne vnq̄ offendas ad lapidē pedē tuum. Tractus.

QVi habitat ī adiutorio altiſſimi in ꝓtectiōe dei celi cōmorabitur. ℣. Dicet dño ſusceptor meꝰ es tu: et refugiū meū: deꝰ meꝰ ſperabo in eum. ℣. Qm̄ ipſe liberauit me de laq̄o venātium: et a verbo aſpero. ℣. Scapulis ſuis obumbrabit tibi: ⁊ ſub pēnis eiꝰ ſperabis. ℣. Scuto circūdabit te v̄itas eiꝰ: nō timebis a timore nocturno. ℣. A ſagitta volāte ꝑ diē a negotio perambulāte in tenebris: a ruina ⁊ demoīo meridiano. ℣. Cadēt a latere tuo mille ⁊ decē milia a dextris tuis: tibi aūt nō appropiq̄bit. ℣. Qm̄ angelis ſuis mādauit de te: vt cuſtodiāt te in oībꝰ vijs tuis. ℣. In manibꝰ portabunt te: ne vnq̄ offendas ad lapidē pedem tuū. ℣. Sup aſpidem et baſiliſcū ābulabis: ⁊ cōculcabis leonē ⁊ draconē. ℣. Quoniā in me ſperauit liberabo eū: protegā eū qm̄ cognouit nomē meū. ℣. Inuocauit me et ego exau

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3

diã eũ: cũ ipſo ſũ in tribulatiõe. ℣. Eripiã eũ: et glorificabo eũ. ℣. Lõgitudine dierꝫ adimplebo eũ: et oſtendã illi ſalutare meũ. Scdm Matheum. iiij.

IN illo tẽpore. Ductus eſt ieſus ĩ deſertum a ſpiritu: vt tẽptaretur a diabolo. Et cum ieiunaſſet quadraginta diebus et quadraginta noctibꝰ: poſtea eſuriit. Et accedens temptator: dixit ei. Si filiꝰ dei es: dic vt lapides iſti panes fiant. Qui reſpondẽs dixit. Scriptum eſt. Non in ſolo pane viuit homo: ſed in õni verbo quod procedit de ore dei Tũc aſſumpſit eũ diabolus in ſanctã ciuitatẽ: et ſtatuit eũ ſup pinnaculũ templi: et dixit ei. Si filius dei es/ mitte te deorſum Scriptũ eſt enim: quia angelis ſuis mandauit de te: et in manibus tollẽt te/ ne forte offendas ad lapidem pedem tuũ. Ait illi ieſus rurſum. Scriptum eſt. Nõ tẽptabis dominũ deũ tuũ. Iterũ aſſumpſit eum diabolꝰ in montẽ excelſum valde: et oſtẽdit ei omnia regna mundi: et gloriã eorum/ et dixit illi. Hec õnia tibi dabo: ſi cadẽs adoraueris me. Tunc dixit ei ieſus. Vade ſathana. Scriptum eſt enim. Dñm deũ tuum adorabis: et illi ſoli ſerues. Tunc reliquit eum diabolus: et ecce angeli acceſſerunt: et miniſtrabant ei.

Offꝫ. Scapulis ſuis obumbrabit tibi dñs: ⁊ ſub pennis eiꝰ ſperabis: ſcuto circundabit te veritas eiꝰ. Secreta.

SAcrificium quadrageſimalis inicij ſolenniter immolamus te domine deprecãtes: vt cum epularũ reſtrictione carnaliũ: a noxijs quoq; voluptatibꝰ tẽperemur. Per dñm. Prefatio. quotidiana dñicis diebus dicit'

Cõio. Scapulis ſuis obũbrabit tibi: et ſub pẽnis eius ſperabis: ſcuto circũdabit te veritas eius. Complenda.

TVi nos dñe ſacramenti libatio ſancta reſtauret: et a vetuſtate purgatos: in myſterij ſalutaris faciat tranſire conſortium. Per dominũ noſtrũ ieſũ.

Feri. iij. pꝰ. Inuocauit. Introi.

SIcut oculi ſeruorꝫ in manibꝰ dñorꝫ ſuorꝫ: ita oculi nr̃i ad dominũ deũ noſtrũ donec miſereatᷣ noſtri miſerere noſtri dñe/ miſerere nobis. Ps. Ad te leuaui oculos meos: q̃ habitas in celis. Gloria. Collecta.

Oremus. Flectamus genua.

COnuerte nos deus ſalutaris noſter: et vt nobis ieiuniũ quadrageſimale ꝓficiat: mẽtes noſtras celeſtibus inſtrue diſciplinis. Per dñm noſtrũ ieſum

Lectio ezechielis ꝓphete. xxxiiij.

HEc dicit dñs deꝰ. Ecce ego ipſe requiram oues meas et viſitabo eas Sicut viſitat paſtor gregem ſuũ: in die quãdo fuerit in medio ouiũ ſuarũ diſſipatarũ: ſic viſitabo oues meas: ⁊ liberabo eas de oĩbus locis in quibus diſperſi fuerãt/ in die nubis et caliginis. Et educã eas de populis: et congregabo eas de terris: ⁊ inducã eas in terrã ſuam. Et paſcã eas in mõtibus iſrahel in riuis/ ⁊ in cunctis ſedibus ter-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3

re In paſcuis vberrimis paſcam
eas: et in montibꝰ excelſis iſrael/
erũt paſcue earũ. Ibi requieſcẽt
in herbis virẽtibus: ⁊ in paſcuis
pinguibus paſcentur ſuper mõ=
tes iſrael. Ego paſcã oues meas:
et ego eas accubare faciam/ dicit
dñs deus. Quod perierat requi=
ram: ⁊ quod abiectũ fuerat redu
cam: et quod confractũ fuerat al
ligabo: et qđ infirmũ fuerat con
ſolidabo: ⁊ quod pingue et forte
cuſtodiam. Et paſcã illas in iudi
cio et iuſticia. Dicit dñs oĩpotẽs
Gr. Protector nr̃ aſpice deus: et reſpi=
ce ſup ſeruos tuos. V. Dñe deus virtu
tũ: exaudi p̃ces ſeruoꝝ tuoꝝ. Tractꝰ.

Domine nõ ſcdm peccata noſtra
facias nobis: neqꝫ ſcdm ĩiquita=
tes nr̃as/ retribuas nobis. V. Dñe ne
memineris iniq̃tatũ noſtraꝝ ãtiquarũ
cito anticipẽt nos miſericordie tue: q̃a
pauperes fcti ſumꝰ nimis. V. Adiuua
nos deus ſalutaris noſter: et ꝓpt̃ glo
riã nominis tui dñe libera nos: ⁊ propi
cius eſto peccatis nr̃is: propter nomen
tuum. Secundum Matheũ. xxv.

In illo tẽpore. Dixit ieſus di
ſcipulis ſuis. Cum venerit fi
lius hoĩs in maieſtate ſua: ⁊ oẽs
angeli cum eo tunc ſedebit ſuper
ſedem maieſtatis ſue. Et congre
gabũtur ante eũ oẽs gẽtes. et ſe=
parabit eos ab inuicem: ſicut pa
ſtor ſegregat oues ab hedis. Et
ſtatuet oues quidem a dextris:
hedos aũt a ſiniſtris Tunc dicet
rex his qui a dextris eius erunt.
Venite bñdicti patris mei: poſſi
dete paratum vobis regnum/ a
conſtitutione mundi. Eſuriui
enim: et dediſtis michi mandu=
care. Sitiui: ⁊ dediſtis michi bi=
bere. Hoſpes eram: et collegiſtis
me. Nudus/ et cooperuiſtis me.
Infirmus/ ⁊ viſitaſtis me. In car
cere erã: et veniſtis ad me. Tunc
reſpondebũt ei iuſti/ dicẽtes Do
mine: quando te vidimus eſuriẽ
tẽ et pauimꝰ te: ſicietẽ/ ⁊ dedimꝰ
tibi potũ: Quando autẽ te vidi=
mus hoſpitẽ/ et collegimꝰ te: aut
nudum: et cooperuimus te: Aut
quãdo te vidimꝰ infirmum: aut
in carcere: et venimus ad te. Et
reſpõdens rex: dicet illis. Amen
dico vobis: q̃diu feciſtis vni de
his fratribus meis minimis mi=
chi feciſtis. Tunc dicet ⁊ his qui
a ſiniſtris erunt. Diſcedite a me
maledicti in ignẽ eternũ: qui pa
ratus eſt diabolo/ et angelis eiꝰ.
Eſuriui enim: et non dediſtis mi
chi manducare. Sitiui: ⁊ non de=
diſtis michi potũ. Hoſpes eram
et non collegiſtis me. Nudus: et
non cooperuiſtis me. Infirmus
et in carcere: ⁊ non viſitaſtis me
Tunc reſpondebunt ei: et ipſi di
centes. Dñe: quãdo te vidimus
eſurientẽ/ aut ſicientẽ/ aut hoſpi
tem/ aut nudum/ aut infirmũ/ vl
in carcere: et non miniſtrauimꝰ
tibi: Tunc reſpõdebit illis dicẽs
Amen dico vobis: q̃diu non feci
ſtis vni de minoribꝰ his: nec mi=
chi feciſtis. Et ibunt hi in ſuppli=
cium eternũ. iuſti autem in vitã
eternam. Offr. Reuela oculos me
os/ et cõſiderabo mirabilia tua dñe: vt
doceas me iuſticiã tuã: da michi ĩtellec=
tũ vt diſcam mandata tua. Secreta.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3

MUnera dñe oblata ſanctifica: noſq̃ per hec a peccatorum noſtrorū maculis emunda. Per. Prefatio. Qui corporali ie. Cō. Voce mea ad dñm clamaui: et exaudiuit me de mōte ſctō ſuo nō timebo milia ppli circūdātis me. Cōplenda

SAlutaris tui dñe munere ſaciati ſupplices exoramꝰ, vt cuius letamur guſtu: renouemꝛ effectu. Per. Super populum. Oremꝰ Humiliate capita vr̃a deo.

ABſolue queſumꝰ dñe noſtrorū vincula peccatorum: et quicq̃d pro eis meremur propiciatus auerte. Per dñm nr̃m.

¶ Fe. iiij. pꝰ Inuocauit. Introitꝰ

DOmine refugiū factus es nobis: a generatione et progenie a ſeculo et in ſeculū tu es. Ps. Priuſq̃ mōtes fierēt/aut formaretur terra ⁊ orbis a ſeculo et in ſeculū tu es deus. Gloria. Flectamꝰ genua leua. Collecta.

REſpice dñe familiā tuā/et preſta: vt apud te mens noſtra tuo deſiderio fulgeat: que ſe carnis maceratiōe caſtigat. Per

¶ Lectio Iſaye prophete. lv.

IN diebus illis. Locutus eſt iſayas propheta dicēs Querite dñm/dum inueniri poteſt: inuocate eū dū ppe eſt. Derelinquat impius viam ſuam: et vir iniquus cogitationes ſuas: et reuertatꝛ ad dñm/et miſerebitꝛ eiꝰ: et ad deū noſtrū/quoniā multꝰ eſt ad ignoſcēdū. Nō eñi cogitationes mee/cogitationes veſtre: neq̃ vie veſtre/vie mee/dicit dñs Quia ſicut exaltantꝛ celi a terra: ſic exaltate ſūt vie mee/a vijs veſtris: et cogitationes mee/a cogitationibꝰ veſtris. Et quomodo deſcendit imber et nix de celo: et illuc vltra nō reuertitꝛ: ſed inebriat terrā et infūdit eam/et germinare eā facit/et dat ſemē ſerenti: ⁊ panē comedenti/ſic erit verbū meū qḋ egredietꝛ de ore meo Nō reūtetur ad me vacuū: ſed faciet quecūq̃ volui: et pſperabitur in his/ad q̄ miſi illud. Ait dñs: omnipotēs. Gr. Dirigatur or̃o mea. ſicut incēſū in cōſpectu tuo dñe. V. Eleuatio manuū meaꝝ ſacrificiū veſptinū

¶ Secundum Matheum. xxi.

IN illo tpe. Cum intraſſet ieſus hieroſolimā/commota eſt vniuerſa ciuitas dicēs. Quis eſt hic: Populi autē dicebāt. Hic eſt ieſus ppheta a nazareth galilee. Et intrauit iheſus in tēplū dei: ⁊ eijciebat oēs vendentes et emēts in tēplo: ⁊ menſas nūmulariorꝝ: et cathedras vēdentiū colūbas euertit. Et dicit eis. Scriptum eſt. Domꝰ mea/domus oratiōis vocabitꝛ: vos autē feciſtis illā ſpelūcā latronū. Et acceſſerūt ad eū ceci et claudi in tēplo: ⁊ ſanauit eos. Videntes autē principes ſacerdotū et ſcribe mirabilia que fecit: et pueros clamātes in templo et dicentes: oſanna filio dauid: indignati ſunt ⁊ dixerunt ei. Audis quid iſti dicunt: Jeſus aūt dixit eis. Vtiq̃. Nūq̃ legiſtis: quia in ore infantium ⁊ lactētiū perfeciſti laudē. Et relictis illis abijt foras extra ciuita-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3

tē in bethaniā Ibiqꝫ māſit et do-cebat eos: de regno dei. Offr. In te dn̄e ſperaui/ dixi tu es deus meus: in manibus tuis tēpora mea. Secreta.

Oblatis q̄s dn̄e placare muneribus: et a cūctis nos defende periculis. Per. Prefatio. Qui corporali ieiunio. Cōio. Cū inuocarem te: exaudiſti me deus iuſticie mee: in tribulatione dilataſti me: miſerere michi domine/ et exaudi orationem meam. Complenda.

Queſumus omnipotens deꝰ ut illius ſalutaris capiamꝰ effectum: cuius per hec myſteria pignus accepimus. Per dn̄m. Super populum. Oremus. Humiliate capita veſtra deo.

Ascendāt ad te domīe preces noſtre: et ab eccleſia tua cunctam repelle nequiciā. Per.

¶ Fe. iiij. quattuor tpm Introi.

Reminiſcere miſerationum tuarꝝ dn̄e: et miſericordie tue que a ſeculo ſūt: ne unq̄ dominēt᷑ nobis inimici noſtri: libera nos deus iſrael/ ex omnibus anguſtijs noſtris. Ps. Ad te dn̄e leuaui aīam meā: deus meus in te confido non erubeſcā. Nō dicitur. Dn̄s vobiſcū/ ſed. Oremus. Flectamus genua. Collecta.

Preces noſtras queſumꝰ domine clementer exaudi: et contra cuncta nobis aduerſantia dexteram tue maieſtatis extēde. Per dominū noſtrum ieſum. Lectio libri Exodi. xxiiij.

In diebus illis Dixit dn̄s ad moyſen. Aſcende ad me in montem/ et eſto ibi daboqꝫ tibi duas tabulas lapideas et legem ac mādata que ſcripſi: ut doceas filios iſrahel. Surrexerunt autē moyſes et ioſue miniſter eius: aſcendenſqꝫ moyſes in montem dei/ ſeniorībꝰ ait. Expectate hic: donec reuertamur ad vos. Habetis aaron et hur vobiſcū: ſi quid natū fuerit queſtionis/ referetis ad eos. Cūqꝫ aſcendiſſet moyſes operuit nubes montem: et habitauit gloria dn̄i ſup ſynai: tegēs illū nube ſex diebꝰ. Septimo autem die: vocauit eum dn̄s de medio caliginis. Erat autē ſpecies glorie dn̄i/ quaſi ignis ardens ſuper verticē mōtis: in cōſpectu filiorū iſrael. Ingreſſuſqꝫ moyſes mediū nebule aſcēdit in montē: et fuit ibi quadraginta diebꝰ: et quadraginta noctibꝰ. Gr. Tribulationes cordis mei dilatate ſunt/ de neceſſitatibꝰ meis eripe me dn̄e. V. Vide humilitatē meā et laborē meū: et dimitte oīa pctā mea. Dn̄s vobiſcū. Oremus. Flectamꝰ genua. Oratio.

Deuotionē populi tui queſumus dn̄e benignus intēde: ut qui per abſtinentiā macerantur in corpore: per fructū boni operis reficiant᷑ in mēte. Per. Lectio libri Regum. iij. xix.

In diebus illis. Venit helias in barſabee iuda: et dimiſit ibi puerū ſuū: et perrexit in deſertū/ viā unius diei. Cumqꝫ veniſſet et ſederet ſbter unam iuniperū/ petiuit anime ſue ut moreretur/ et ait. Sufficit michi domine: tolle animā meam. Neqꝫ enim me

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3

lior ſum: ꝙ patres mei. Proiecit qꝫ ſe: et obdormiuit in vmbra iuniperi. Et ecce angelꝰ dñi tetigit eum: dixitqꝫ illi. Surge: comede. Reſpexit: et ecce ad caput ſuū ſub cinericius panis/ et vas aque Comedit ergo et bibit: et rurſū obdormiuit. Reuerſuſqꝫ eſt angelꝰ dñi ſecundo: et tetigit eū: dixitqꝫ illi. Surge/ et comede: grādis em̄ tibi reſtat via. Qui cum ſurrexiſſet: comedit et bibit: Et ambulauit in fortitudine cibi illius quadraginta diebus et quadraginta noctibus: vſqꝫ ad montem dei oreb.

Tractus.

De neceſſitatibus meis eripe me dñe vide humilitatem meā ⁊ laborē meū: et dimitte oīa pctā mea. ℣. Ad te dñe leuaui aīam meā: deꝰ meꝰ in te cōfido nō erubeſcā: neqꝫ irrideāt me inimici mei. ℣. Etenī vniuerſi qui te expectāt nō ꝯfūdētur. confundantur oēs facientes vana Tractꝰ. Dñe non ſcdm nō dicit'

Secundū Matheū. xij.

In illo tēpore. Acceſſerūt ad ieſum ſcribe et phariſei/ dicētes. Magiſter volumꝰ a te ſignū videre. Qui reſpondens ait illis Generatio mala et adultera ſignum querit: et ſignum non dabitur ei/ niſi ſignū ione prophete. Sicut enim fuit ionas in ventre ceti tribus diebus et tribus noctibus: ſic erit filius hoīs ī corde terre/ tribus diebus et tribus noctibus. Viri niniuite ſurgēt ī iudicio cū generatione iſta/ et cōdēnabūt eā: quia penitētiā egerūt in predicatione ione. Et ecce pluſꝙ iona hic Regina auſtri ſurget ī iudicio cū generatiōe iſta ⁊ condēnabit eā: quia venit a finibus terre audire ſapientiā ſalomonis Et ecce pluſꝙ ſalomō hic Cū aūt immundus ſpūs exierit ab hoīe/ ambulat ꝑ loca arida: querēs requiē/ et nō inuenit Tūc dicit reuertar in domū meā/ vnde exiui. Et veniēs inuenit eā vacantē/ ſcopis mundatā et ornatā. Tūc vadit et aſſumit ſeptem alios ſpiritus ſecum/ nequiores ſe: et intrantes habitant ibi. Et fiunt nouiſſima hominis illius/ peiora prioribus. Sic erit ⁊ generatiōi huic peſſime. Adhuc eo loquente ad turbas: ecce mater eiꝰ et fratres ſtabant foris: querentes loqui ei. Dixit autem ei quidā. Ecce mater tua et fratres tui foris ſtant: querentes te. At ipſe reſpondens dicenti ſibi/ ait. Que eſt mater mea: et qui ſūt fratres mei: Et extendens manū in diſcipulos ſuos: dixit. Ecce mr̄ mea: ⁊ fratres mei. Quicunqꝫ enim fecerit volūtatem patris mei qui in celis eſt/ ipſe meus frater/ ⁊ ſoror/ ⁊ mater eſt. Offer. Meditabor ī mādatis tuis que dilexi valde: et leuabo manus meas ad mandata tua que dilexi.

Secreta

Hoſtias tibi dñe placationis offerimus vt et delicta noſtra miſeratus abſoluas: ⁊ nutantia corda tu dirigas. Per dominū nr̄m ieſum xp̄m. Prefatio Qui corporali ieiunio. Cōio. Intellige clamorē meū: intende voci orationis mee: rex meus et deus meꝰ: quoniam ad te orabo dñe. Complenda.

Vi nos domine ꝑceptione
ſacramenti: ⁊ a noſtris mū
demur occultis/ et ab hoſtium li
beremur inſidijs. Per dominū
noſtrū iheſum chriſtū. Oremus
Humiliate capita. Sup populū
Entes noſtras q̄ſumus do
mīe lumine tue claritatis
illuſtra/ vt videre poſſimus que
agenda ſunt: et que recta ſunt/
agere valeamus. Per dn̄m nr̄m.
Feria. v. poſt Inuocauit Introi.
Onfeſſio et pulchri
tudo in cōſpectu ei⁹
ſāctitas et magnifi
cētia in ſāctificatiōe
eius. Ps. Cātate dn̄o
cāticū nouū: cātate dn̄o oīs terra. Glia
Orem⁹ Flectam⁹ genu. Collecta.
Vſcipe queſumus dn̄e pre
ces noſtras: et ad aures mi
ſericordie tue poſtulationes/ ſa
crate tibi plebis admitte Per do.
¶ Lectio ezechielis ꝓphete. xviij.
N diebus illis Factus eſt ſer
mo dn̄i ad me dicens. Quid
eſt quod inter vos parabolā ver
titis in prouerbium iſtud in ter
ra iſrahel dicentes: patres come
derunt vuam acerbā: et dentes
filiorum obſtupeſcūt? Viuo ego
dicit dn̄s deus: ſi erit vobis vltra
parabola hec in ꝓuerbiū in iſra
el. Ecce omnes anime mee ſunt.
Vt anima patris: ita ⁊ anima fi
lij mea eſt. Anima que peccaue
rit/ ipſa morietur. Et vir ſi fuerit
iuſtus/ et fecerit iudiciū et iuſtici
am: in montibus nō comederit:
et oculos ſuos non leuauerit ad
idola dom⁹ iſrael: et vxorē proxi
mi ſui non violauerit: et ad mu
lierem mēſtruatam non acceſſe
rit/ et hoīem non contriſtauerit:
pignus debitori ſuo reddiderit:
per vim nichil rapuerit: panem
ſuum eſurienti dederit: et nudū
operuerit veſtimento: ad vſurā
non commodauerit: ⁊ amplius
nō acceperit: ab iniquitate auer
terit manū ſuā: iudiciū veruꝫ fe
cerit inter virū et virū: et in pre
ceptis meis ambulauerit: et iudi
cia mea cuſtodierit vt faciat ve
ritatē/ hic iuſt⁹ eſt: vita viuet/ et
nō morietur Ait dn̄s oīpotēs. Gr.
Cuſtodi me domīe vt pupillā oculi: ſub
vmbra alaꝝ tuaꝝ ꝓtege me. V. De vul
tu tuo iudiciū meū ꝓdeat: oculi tui vide
ant eq̄tatē. Scdm Iohānem. viij.
N illo tēpore Dicebat ieſus
ad eos qui crediderunt ei ex
iudeis. Si vos manſeritis in ſer
mone meo: vere diſcipuli mei eri
tis. Et cognoſcetis veritatem: et
veritas liberabit vos Reſponde
runt ei iudei. Semen abrahe ſu
mus: et nemini ſeruiuim⁹ vnq̄.
Quomodo tu dicis liberi eritis?
Reſpondit eis ieſus. Amē amen
dico vobis: q̄a ōnis qui facit pec
catum/ ſeruus eſt peccati. Seru⁹
aūt non manet in domo in eter
num/ fili⁹ autē manet in eternū
Si ergo vos filius liberauerit: ve
re liberi eritis. Scio quia filij a
brahe eſtis: ſed queritis me inter
ficere/ quia ſermo me⁹ non capit
ī vobis Ego quod vidi apud pa
trem loquor: et vos que vidiſtis
apud patrē veſtrū facitis Reſpō
derūt et dixerūt ei. Pater noſter

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3

abrahā eſt. Dicit eis ieſus. Si filij abrahe eſtis: opera abrahe facite. Nunc autem queritis me interficere hoīem qui veritatem vobis locutus ſum: quā audiui a deo. Hoc abrahā nō fecit. Vos facitis opera patris veſtri. Dixerūt itaq; ei. Nos ex fornicatione non ſumus nati: vnū patrē habemus deū. Dixit ergo eis ieſus Si deus pater veſter eſſet: diligeretis vtiq; me. Ego enim ex deo proceſſi: et veni. Neq; enī a meipſo veni/ ſed ille me miſit. Quare loqlā meā nō cognoſcitis/ Quia non poteſtis audire ſermonem meū. Vos ex patre diabolo eſtis et deſideria patris veſtri vultis facere. Ille homicida erat ab inicio: et in veritate nō ſtetit: quia non eſt veritas in eo. Cum loquitur mendaciū/ ex ꝓprijs loquitꝛ: quia mēdax eſt/ ⁊ pater eiꝰ. Ego autē ſi veritatem dico: nō creditis michi. Quis ex vobis arguet me de peccato? Si veritatē dico: quare non creditis mihi? Qui ex deo eſt: vba dei audit. Offꝫ. Immittit angelꝰ domini in circuitu timentium eū/ et eripiet eos: guſtate ⁊ videte: quoniam ſuauis eſt dñs. Secreta.

Sacrificia queſumus domine propiciꝰ iſta nos ſaluent que medicinalibꝰ ſunt inſtituta ieiunijs. Per. Prefatio. Qui corporali Cōio. Panis quē ego dedero caro mea eſt ꝓ ſcli vita Complenda.

Bonorum nos domine largitate donorum/ ⁊ temporalibus attolle preſidijs: et renoua ſempiternis. Per. Oremus. Humiliate capita. Super populū.

Da q̄s dñe populis chriſtianis: et que profitētꝛ agnoſcere: ⁊ celeſte munus diligere/ qd̄ frequentant. Per dominum.

¶ Fe. vi. pꝰ. Inuocauit. Introi.

De neceſſitatibꝰ meis eripe me domine: vide humilitatē meā ⁊ laborem meū/ ⁊ dimitte omnia peccata mea Ps. Ad te dñe leuaui aīmam meā deꝰ meꝰ in te cōfido non erubeſcā: Gloria patri. Oremus. Flectamus genua leuate. Collecta.

Eſto domie propiciꝰ plebi tue: et quam tibi facis eſſe deuotam: benigno refoue miſeratus auxilio. Per dñm noſtrū.

¶ Lectio ezechielis ꝓphete. xviij.

Hec dicit dñs deus. Anima que peccauerit: ipſa morietur. Filius nō portabit iniqtatē patris: ⁊ pater non portabit iniquitatē filij. Iuſticia iuſti ſuper eū erit: et impietas impij erit ſuper eū. Si autē impiꝰ egerit penitentiā ab oībꝰ peccatis ſuis que operatꝰ eſt/ et cuſtodierit vniuerſa precepta mea: ⁊ fecerit iudiciū et iuſticiā: vita viuet/ et non morietur. Oīm iniquitatū eiꝰ quas operatus eſt/ non recordabor. in iuſticia ſua quā operatus eſt viuet. Nunquid volūtatis mee eſt mors impij dicit dñs deus: ⁊ nō vt conuertatꝛ a vijs ſuis/ ⁊ viuat Si autem auerterit ſe iuſtus a iuſticia ſua: et fecerit iniquitatem ſcd̄m oēs abhominatiōes quas operari ſolet impiꝰ: nunquid vi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3

uer: Omnes iuſticie eiꝰ quas fecerat/ non recordabuntur. In preuaricatiōe qua preuaricatus eſt et in peccato ſuo quod peccauit: in ipſis moriet': Et dixiſtis. Non eſt equa via dn̄i. Audite ergo domus iſrael. Nūquid via mea nō eſt equa: et non magis vie veſtre praue ſunt: Cū enim auerterit ſe iuſtus a iuſticia ſua/ ⁊ fecerit iniquitatē: moriet' in eis. In iniuſticia quā operatus eſt/ morietur Et cū auerterit ſe impius ab impietate ſua/ quam operatus eſt: et fecerit iudiciū ⁊ iuſticiam: ipſe animam ſuam viuificabit. Conſiderans enī ⁊ auertēs ſe ab oībꝰ īiquitatibꝰ ſuis quas operatus eſt: vita viuet ⁊ nō moriet'. Dicit dn̄s oīpotēs. Gr. Saluū fac ſeruū tuū: deꝰ meꝰ ſperātē in te. ℣. Auribꝰ pcipe domine orationē meā. Tractꝰ.

Domine nō ſcdm peccata noſtra facias nobis: neq ſcdm īiquitates nr̄as/ retribuas nobis. ℣. Dn̄e ne memineris iniq̄tatū noſtrar̄ ātiquarū cito anticipēt nos miſericordie tue: q̄a pauperes fcti ſumꝰ nimis. ℣. Adiuua nos deus ſalutaris noſter: et ppt̄ gloriā nominis tui dn̄e libera nos: ⁊ propiciꝰ eſto peccatis nr̄is: ppter nomē tuū.

Secundum Johannem. v.

In illo tempore. Erat dies feſtus iudeorum: ⁊ aſcendit ieſus hieroſolimā. Eſt autē hieroſolimis pbatica piſcina que cognominatur hebraice bethſayda/ quinq porticus habens. In his iacebat m'titudo magna lāguentium: cecorum/ claudorum/ aridorū: expectātiū aque motū Angelus autē dn̄i ſcdm tempus deſcendebat in piſcinā: et mouebatur aqua. Et qui prior deſcendiſſet in piſcinā poſt motionem aque: ſanꝰ fiebat a quacūq detinebatur infirmitate. Erat autē quidā homo ibi triginta ⁊ octo annos habēs in infirmitate ſua Hunc cū vidiſſet ieſus iacentē: et cognouiſſet quia multū iam tēpus haberet/ dicit ei. Vis ſanus fieri: Reſpondit ei languidꝰ. Domine hominē nō habeo: vt cum turbata fuerit aqua/ mittat me in piſcinā. Dū venio enim ego: alius ante me deſcendit. Dicit ei iheſus. Surge tolle grabatū tuū et ambula. Et ſtatim ſanus factus eſt homo ille: et ſuſtulit grabatum ſuū/ et ambulabat. Erat autem ſabbatum in illa die. Dicebant ergo iudei illi qui ſanus factus fuerat. Sabbatū eſt: non licet tibi tollere grabatū tuum. Reſpondit eis. Qui me fecit ſanum/ ille michi dixit. Tolle grabatum tuū/ et ambula. Interrogauerunt ergo eum. Quis eſt ille homo qui dixit tibi: tolle grabatum tuū/ et ambula: Is autē qui ſanus fuerat effectus: neſciebat quis eſſet. Iheſus enim declinauit a turba conſtituta in loco Poſtea inuenit eū iheſus in templo: et dixit ei. Ecce ſanus factus es: iam noli peccare/ ne deterius tibi aliquid contingat Abijt ille homo/ et nunciauit iudeis: quia iheſus eſſet/ qui fecit eum ſanum

Offr. Benedic anima mea dn̄o/ ⁊ noli obliuiſci oēs retributiōes eiꝰ: ⁊ renoua

bitur ſicut aquile iuuẽtus tua. Secre.
S Uſcipe queſumus dñe mu=
nera noſtris oblata ſeruitijs
⁊ tua propicius dona ſanctifica
Per do. Pꝛefatio. Qui coꝛpoꝛa=
li. Cõio. Erubeſcãt ⁊ cõturbentur om
nes inimici mei: auertãtur retroꝛſum / ⁊
erubeſcãt valde velociter. Cõplẽda.
P Er huius domine operati=
onem myſterij / et vicia no
ſtra purgentur: ⁊ iuſta deſideria
compleantur. Per dominũ no=
ſtrum. Oꝛemus. Humiliate capi
ta veſtra deo. Super popolum.
E Xaudi nos omnipotens ⁊
miſericoꝛs deus: et mẽtib⁹
noſtris gratie tue lumen oſten=
de. Per dñm noſtrũ ieſum xp̃m.
¶ Sabbõ quatuoꝛ tpm Introi.
I Ntret orõ mea i cõ=
ſpectu tuo / iclina au
rem tuã ad precem
meã dñe. Ps. dñe de
us ſalut⁹ mee: in die cla=
maui ⁊ nocte corã te. Gla Sine. Do=
minus vobiſcũ. Oꝛemus Flecta=
mus genua leuate. Oꝛatio.
P Opulum tuũ domĩe que=
ſum⁹ ꝓpicius reſpice: atq̃
ab eo flagella tue iracũdie clemẽ
ter auerte. Per dominum nr̃m.
¶ Lcõ libri deuteronomij. xxvi.
I N diebus illis. Locutus eſt
moyſes ad dñm dicens. Re
ſpice dñe de ſanctuario tuo / ⁊ de
excelſo celoꝛũ habitaculo / ⁊ bene
dic ꝓplo tuo iſrahel / et terre quã
dediſti nobis / ſicut iuraſti patri=
bus noſtris: terraʒ lacte et melle
manantẽ. Audi iſrael Hodie do=
minus deus tuus precepit tibi:
vt facias mandata hec atq̃ iudi
cia: et cuſtodias et impleas ex to
to coꝛde tuo / et ex tota aĩa tua.
Dominũ elegiſti hodie: vt ſit ti=
bi deus: et ambules in vijs eius:
vt cuſtodias cerimonias illius:
et mandata atq̃ iudicia: et obe=
dias eius imperio En dñs elegit
te hodie: vt ſis ei populus pecu=
liaris ſicut locutus eſt tibi: et cuſ=
todias omnia precepta illius: ⁊
faciet te excelſioꝛẽ cunctis genti=
bus / quas creauit in laudẽ / et no
men / et gloꝛiã ſuam: vt ſis popu
lus ſanctus dñi dei tui: ſicut locu
tus eſt tibi. Gr. Propici⁹ eſto dñe
peccatis noſtris: nequãdo dicãt gẽtes
vbi eſt de⁹ eoꝛũ. V. Adiuua nos de⁹ ſa=
lutaris noſter: et propter honoꝛẽ noĩs
tui dñe libera nos. Oꝛemus. Flecta
mus genua leuate. Oꝛatio.
D Eus qui nos in tantis pe=
riculis conſtitutos / pro hu
mana ſcis fragilitate non poſſe
ſubſiſtere: da nobis ſalutem mẽ=
tis et coꝛpoꝛis: vt ea que pro pec=
catis noſtris patimur te adiuuã
te vincamus. Per dñm noſtrũ.
¶ Lectio libri deutronomij. xi.
I N diebus illis. Dixit moy=
ſes filijs iſrael Si cuſtodieri
tis mandata que ego p̃cipio vo=
bis / et feceritis ea: vt diligatis do
minũ deũ veſtrũ: ⁊ ambuletis in
õnibus vijs eius / adherentes ei:
diſperdet dñs oẽs gẽtes iſtas an
te faciẽ veſtrã: ⁊ poſſidebitis eas
que maioꝛes et foꝛtioꝛes vobis
ſunt. Omnis locus quẽ calcaue=
rit pes veſter: veſter erit. A deſer=
to et libano: et flumine magno

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3

eufrate:uſq; ad mare occidenta-
le/erunt termini veſtri. Nullus
ſtabit contra vos:Terrorem ve-
ſtrū ⁊ formidinē dabit dn̄s deus
veſter: ſuper omnē terrā/quam
calcaturi eſtis:ſicut locutꝰ eſt vo
bis: dominus deus noſter.
Gr. Protector nr̄ aſpice deus: et reſpi-
ce ſuper ſeruos tuos. V. Dn̄e deꝰ virtu
tum/exaudi preces ſeruorū tuorū. Ore
mus. Flectamꝰ genua. Oratio.

P Rotector noſter aſpice de-
us: vt qui malorū noſtrorum
pōdere premimur: percepta mi-
ſericordia/libera tibi mēte famu
lemur. Per dominum noſtrum

Lectio libri machabeorū. ij. i.

I N diebus illis. Orationem
faciebant ſacerdotes dū of-
ferrent ſacrificium pro populo
iſrael:ionatha inchoāte/ceteris
autē reſpondentibus/⁊ dicētibꝰ
Benefaciat vobis deus/ ⁊ memi-
nerit teſtamenti ſui: quod locu-
tus eſt ad abraham/et iſaac/et ia
cob/ſeruorū ſuorū fideliū. Et det
vobis cor oībꝰ vt colatis eū:et fa
ciatis eius voluntatē/corde ma-
gno et animo volēti. Adaperiat
cor veſtrū in lege ſua/et in prece-
ptis ſuis:et faciat pacem. Exau-
diat orationes veſtras:et recōci-
lietur vobis/nec vos deſerat in
tempore malo: dn̄s deus noſter.
Gr. Ad dn̄m cū tribularer clamaui:et
exaudiuit me. V. Dn̄e libera aīam me
am a labijs iniquis: ⁊ a lingua doloſa.
Oremꝰ. Flectamꝰ genu. Oratio

A Deſto q̄ſumus dn̄e ſuppli
catiōibꝰ noſtris: vt eſſe te
largiēte mereamur:et inter pro-
ſpera humiles: et inter aduerſa
ſecuri. Per dn̄m noſtrū iheſum.

Lectio libri ſapientie. xxxvi

M Iſerere noſtri deus omniū
et reſpice nos: et oſtēde no
bis lucē miſerationū tuarum:et
immitte timorē tuū ſuper gētes
que nō exquiſierūt te:vt cognoſ-
cant/quia non eſt deus niſi tu:
vt enarrent magnalia tua. Alle-
ua manū tuā ſup gētes alienas
vt videant potentiā tuā. Sicut
enī in conſpectu eorū ſanctifica-
tus es in nobis: ſic in conſpectu
noſtro magnificaberis in illis.
vt cognoſcant te: ſicut ⁊ nos co-
gnouimus/quia nō eſt deus p̄ter
te dn̄e. Innoua ſigna/et immu-
ta mirabilia. Glorifica manū: ⁊
brachiū dextrū. Excita furorem
et effunde iram. Extolle aduer-
ſariū: ⁊ afflige inimicū. Feſtina
tempꝰ:et memēto finis: vt enar-
rēt mirabilia tua dn̄e deꝰ noſter
Gr. Dirigatur orō mea ſicut incēſum
in cōſpectu tuo dn̄e. V. Eleuatio manu
um mearum ſacrificiū veſptinū. Oremꝰ
Flectamus genua. Oratio.

A Ctiones noſtras q̄ſumus
dn̄e et aſpirando preueni
et adiuuando proſequere: vt cū
ta noſtra operatio/et a te ſemp
incipiat/et per te incepta finiat.
Per. Lectio danielis pphete. iij.

I N diebus illis. Angelus dn̄i
deſcendit cū azaria et ſocijs
eius in fornacē: et excuſſit flāmā
ignis de fornace/ ⁊ fecit medium
fornacis quaſi ventū roris flātē.
Flāma aūt diffuſa eſt ſup forna-
cem cubitis quadragintanouē.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3

et incēdit quos reperit iuxta fornacem de caldeis miniſtros regis: qui eam incendebāt. Illos autē non tetigit ignis neqꝫ cōtriſtauit / nec quicq̄ moleſtie intulit. Tūc hij tres quaſi ex vno ore laudabāt et glorificabāt ⁊ benedicebāt deū in fornace dicentes

¶ Hymnus trium puerorum.

Benedictus es dn̄e deus patrū noſtrorū. Et laudabilis / et glorioſus / et ſuperexaltatꝰ in ſecula. Et benedictū nomen glorie tue quod eſt ſanctum. Et laudabile / ⁊ glorioſum in ſecula. Benedictus es in templo ſācto glorie tue. Et lauda. Benedictꝰ es ſuper thronū ſanctum regni tui Et lauda. Benedictus es ſuper ſedē ſanctā deitatis tue. Et lauda. Benedictus es ſuper ſceptrū diuinitatis tue. Et lauda. Benedictus es qui ſedes ſuper cherubin intuēs abyſſos. Et lauda. Benedictꝰ es qui ambulas ſuper pēnas ventorū. Et lauda. Benedicant te omnes angeli ſancti tui. Et laudent te et glorificent in ſecula: Benedicāt te celi et terra / mare et oīa que in eis ſunt. Et laudent te: et glorificēt in ſecula Gloria patri et filio ⁊ ſpiritui ſancto. Et laus / ⁊ honor poteſtas ⁊ imperiū Sicut erat in principio / et nunc ⁊ ſemꝑ: ⁊ in ſecula ſeculorum amen. Et laus et honor: poteſtas et imperium. Benedictus es domine deꝰ patrum noſtrorum. Et laudabilis et glorioſus. ℣. Dn̄s vobiſcum Sine Flectamꝰ genua Collecta

Deus qui tribus pueris mitigaſti flāmas igniū: concede propicius: vt nos famulos tuos non exurat flāma viciorū. Per. Ad theſſalonicenſes. i. v.

Fratres. Rogamꝰ vos corripite inquietos, conſolamini puſillanimes: ſuſcipite infirmos: pacientes eſtote ad oēs. Videte ne quis malum pro malo alicui reddat: ſed ſemꝑ quod bonū eſt ſectamini in inuicē ⁊ in omnes. Semper gaudete: ſine intermiſſiōe orate / in oībus gratias agite. Hec eſt enim volūtas dei in chriſto ieſu: in oībꝰ vobis. Spiritum nolite extīguere / prophetias nolite ſpernere Oīa autem ꝓbate: quod bonū eſt tenete: ab omī ſpecie mala abſtinete vos. Ipſe autē deus pacis ſanctificet vos per omnia: vt integer ſpiritꝰ veſter / ⁊ anima / et corpus ſine querela: in die aduētus dn̄i noſtri ieſu chriſti ſuet. Tractꝰ.

Laudate dn̄m ōnes gentes: ⁊ collaudate eum omnes populi. Quoniā cōfirmata eſt ſuper nos miſericordia eius: ⁊ veritas dn̄i manet ī etnū

¶ Secundum Matheum. xvij

In illo tēpore. Aſſumpſit ieſus petrū / et iacobum / et iohannem fratrem eius: et duxit illos in montem excelſum ſeorſuꝫ et tranſfiguratꝰ eſt ante eos. Et reſplenduit facies eius ſicut ſol: veſtimēta autē eiꝰ facta ſunt alba ſicut nix. Et ecce apparuerūt illis moyſes et helias cum eo loquentes. Reſpōdens aūt petrus dixit ad iheſum. Dn̄e bonū eſt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3

nos hic eſſe. Si vis faciamus hic
tria tabernacula: tibi vnū/ moy
ſi vnū/ ⁊ helye vnū. Adhuc eo lo-
quente: ecce nubes lucida obum-
brauit eos Et ecce vox de nube di
cens. Hic eſt filius meus dilectus
in quo michi bene cōplacui: ipſū
audite. Et audientes diſcipuli:
ceciderunt in faciem ſuam: et ti-
muerunt valde. Et acceſſit ieſus
et tetigit eos: dixitqꝫ eis. Surgi-
te nolite timere: Leuantes autē
oculos ſuos: neminē viderunt
niſi ſolum ieſum Et deſcenden-
tibus illis de monte/ precepit il-
lis ihesus dicens. Nemini dixeri-
tis viſionem: donec filius homi
nis a mortuis reſurgat. Offer.
Dñe deus ſalutis mee in die clamaui
et nocte coram te: intret oratio mea in
conſpectu tuo domine. Secreta.

Preſentibus ſacrificijs q̄ſu-
mus dñe ieiunia noſtra ſā-
ctifica: vt quod obſeruantia no-
ſtra profitetur extrinſecus: inte-
rius operet᷑. P. Prefatio. Qui
corporali ieiunio. Cōio. Dñe de⁹
me⁹ in te ſperaui: libera me ab oībus ꝑ
ſequētib⁹ me: et eripe me. Cōplēda.

Sanctificationibus tuis om
nipotens deus: et vicia no-
ſtra curentur: et remedia nobis
eterna proueniāt. Per. Oremus
Humiliate capita vr̄a deo. Su-
per populum. Collecta.

Fideles tuos dñe benedic-
tio deſiderata confirmet:
que eos et a tua voluntate nūqꝫ
faciat diſcrepare: et tuis ſemper
indulgeat beneficijs gratulari.
Per. ¶ Dñica. ij. xl. Introitus.

Reminiſcere miſera-
tionum tuarꝫ dñe: ⁊
miſe icordie tue que
a ſeculo ſūt: ne vnqꝫ
dominēt᷑ nobis ini
mici noſtri: libera nos deus iſra-
el/ ex oīb⁹ anguſtijs noſtris. Ps.
Ad te dñe leuaui aīam meā: de⁹ me⁹ in
te cōfido nō erubeſcā. Gl'ia. Collecta.

Deus qui cōſpicis ōni nos
virtute deſtitui: interi⁹ ex-
teriuſqꝫ cuſtodi: vt et ab omnib⁹
aduerſitatib⁹ muniamur in cor-
pore: ⁊ a prauis cogitationibus
mundemur in mente. Per dñm
¶ Ad theſſalonicenſes. iiij.

Fratres. Rogamus vos et
obſecramus in domino ie
ſu/ vt quēadmodū accepiſtis a no
bis quomodo vos oporteat am
bulare et placere deo/ ſic ⁊ ambu-
letis: vt abundetis magis. Sci-
tis enī que precepta dederim vo
bis: ꝑ dñm ieſū. Hec eſt enim vo-
lūtas dei ſanctificatio veſtra: vt
abſtineatis vos a fornicatiōe vt
ſciat vnuſquiſqꝫ veſtrū ſuū vas
poſſidere in ſanctificatione ⁊ ho
nore. Non in paſſione deſiderij:
ſicut et gentes que ignorāt deū.
Et ne quis ſupgrediat᷑: neqꝫ cir-
cūueniat in negocio fratrē ſuū:
qm̄ vindex eſt dñs de his ōnib⁹ ſi
cut prediximꝰ vobis: ⁊ teſtificati
ſumꝰ. Nō enī vocauit nos de⁹ in
immūdiciā: ſed in ſāctificatione
In chriſto ieſu: domino noſtro.
¶ Loco. Grad. dicitur Tractus.

De neceſſitatibus meis eripe me
dñe vide hūilitatē meā ⁊ laborē
meū: et dimitte omnia peccata mea. G.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3

Ad te domine leuaui animam meã: de⁹
meus in te confido nõ erubeſcam: neq3
irrideant me inimici mei. ṽ. Eteni vni
uerſi q̃ te expectant non confundentur
cõfundãt² oẽs faciẽtes vana Tract⁹.

D Ixi dñs mulieri chananee: non
eſt bonũ ſumere panẽ filiorũ/ et
mittere canib⁹ ad mãducandũ. ṽ. At il-
la dixit/ etiã dñe: nam et catelli edũt de
micis q̃ cadũt de mẽſa dñorũ ſuorũ. ṽ.
Ait illi ieſ⁹: mulier magna eſt fides tua
fiat tibi ſicut petiſti. Scdm Ma. xv.

I N illo tempore. Egreſſus ie-
ſus/ ſeceſſit in ptes tyri et ſy
donis Et ecce mulier chananea a
finib⁹ illis egreſſa clamauit dicẽs
ei Miſerere mei dñe fili dauid: fi-
lia mea male a demonio vexat².
Qui nõ reſpondit ei verbũ Et ac
cedẽtes diſcipuli ei⁹: rogabãt eũ
dicentes Dimitte eam/ quia cla-
mat poſt nos Ipſe aũt reſpõdẽs
ait. Nõ ſum miſſus: niſi ad oues
que pierũt domus iſrael. At illa
venit et adorauit eũ dicens Dñe
adiuua me. Qui reſpõdens/ ait.
Nõ eſt bonũ ſumere panẽ filiorꝝ
et mittere canibus. At illa dixit.
Etiam dñe Nam et catelli edunt
de micis/ que cadunt de mẽſa do
minorũ ſuorũ. Tũc reſpondens
ieſus/ ait illi O mulier/ magna eſt
fides tua: fiat tibi ſicut vis: et ſa-
nata eſt filia ei⁹ ex illa hora Offã.
Meditabor in mãdatis tuis que dilexi
valde: et leuabo manus meas ad man-
data tua que dilexi. Secreta.

S Acrificijs preſentibus dñe q̃
ſumus intẽde placatus: vt et
deuotioni noſtre pficiãt et ſaluti
Per. Cõ. Intende clamorẽ meũ/ intẽ-
de voci oratiõis mee: rex meus et deus
meus: quoniã ad te orabo dñe. Com.

S Upplices te rogamus om-
nipotẽs deus: vt quos tuis
reficis ſacramentis: tibi etiã pla-
citis moribus dignãter deſerui-
re concedas. Per dñm noſtrum.

¶ Feria.iij.poſt Reminiſcere.

R Edime me dñe et mi
ſerere mei: pes enim
meus ſtetit in via re
cta: in eccleſijs bene-
dicã dñm. ps. Iudica
me dñe quoniã ego in innocentia mea
ingreſſus ſum: et in dño ſperãs non in-
firmabor. Glria patri. Oremus. Fle-
ctamus genua leuate. Collecta.

P Reſta queſumus omnipo-
tens deus: vt familia tua
q̃ ſe affligendo carne ab alimen-
tis abſtinet: ſectãdo iuſticiam a
culpa ieiunet. Per dominũ nr̃m.

¶ Lectio Danielis prophete. ix.

I N diebus illis. Orauit da-
niel ad dñm dicẽs. Dñe de⁹
noſter/ qui eduxiſti populũ tuũ
de terra egypti in manu forti: et
feciſti tibi nomẽ ſcdm diem hãc:
peccauimus/ iniquitatẽ fecimus
dñe in oẽm iuſticiã tuã. Auerta-
tur obſecro ira tua/ et furor tuus
a ciuitate tua hieruſalẽ: et a mõ-
te ſctõ tuo. Propter peccata enĩ
noſtra/ et iniquitates patrũ no-
ſtrorũ: hieruſalẽ et populus tu⁹
in opprobriũ ſunt omĩbus per
circuitũ noſtrũ. Nunc ergo exau
di deus noſter orationẽ ſerui tui
et preces eius: et oſtẽde faciẽ tuã
ſuper ſanctuariũ tuum quod de
ſertũ eſt. Propter temetipſm in-

clina deus meus aurem tuam et
audi: aperi oculos tuos/ et vide
deſolationem noſtram/ et ciuita
tem ſuper quam inuocatum eſt
nomen tuum. Neqꝫ enim in iuſti
ficationibus noſtris ꝓſternim⁹
preces ante faciē tuam/ ſed in mi
ſerationibus tuis multis. Exau
di domine: placare dñe: attende
et fac. Ne moreris ꝓpter temet-
ipſum deus meus: quia nomen
tuum inuocatū eſt ſuper ciuita-
tem hanc/ et ſuper populū tuum
dñe deus noſter. Gr. Adiutor me⁹
et liberator meus eſto dñe ne tardaue-
ris. V. Cōfundātur et reuereātur īimi-
ci mei: qui querūt aīam meā. Tract⁹.

Domine nō ſcđm peccata noſtra
facias nobis: neqꝫ ſcđm iniq̄ta-
tes nr̄as retribuas nobis. V. Domine
ne memineris īiquitatum noſtrarum
antiquarum: cito anticipent nos miſe
ricordie tue/ quia pauperes facti ſumus
nimis. V. Adiuua nos deus ſalutaris
noſter: et propter gloriam nominis tui
domine libera nos/ ⁊ propicius eſto pec
catis noſtris/ propter nomen tuum.

¶ Secundum Johannem. viij.

In illo tempore. Dixit ieſus
turbis iudeorum/ ego vado
et q̄retis me/ et in peccato veſtro
moriemini. Quo ego vado/ vos
nō poteſtis venire. Dicebant er-
go iudei Nūquid īterficiet ſemet
ipſū: q̄a dicit quo ego vado/ vos
non poteſtis venire? Et dicebat
eis ieſus Vos de deorſū eſtis: ego
de ſupnis ſum Vos de mūdo hoc
eſtis: ego nō ſū de hoc mūdo. Di-
xi ergo vobis: q̄a moriemini in
peccatis veſtris Si enī non credi
deritis q̄a ego ſum: moriemini ī
peccato veſtro. Dicebāt ergo ei
Tu quis es: Dixit eis ihūs Prin
cipiū: qui et loquor vobis. Mul-
ta habeo de vobis loqui/ et iudi-
care. Sed qui miſit me verax eſt:
et ego que audiui ab eo/ hec lo-
quor in mundo. Et nō cognoue
runt q̄a patrē eius dicebat deū.
Dixit ergo eis ihūs. Cū exalta-
ueritis filiū hoīs/ tūc cognoſcetꝭ
quia ego ſū. et a meipſo facio ni
chil/ ſed ſicut docuit me pať hec lo
quor Et qui me miſit/ mecū eſt et
non reliquit me ſolū. Quia que
placita ſūt ei: facio ſemp. Of. Bn
dicā dñm q̄ tribuit michi intellectū: p-
uidebā deū in cōſpectu meo ſemp: q̄m a
dextris eſt michi ne cōmouear. Secre.

Hec hoſtia dñe placationis
et laudis: tua nos propici-
atione dignos efficiat. Per dñm
Prefatio. Qui corporali. Cōio.
Dñe dñs noſter: q̄ admirabile eſt no-
men tuū in vniuerſa terra. Complē.

Hec nos cōmunio domine
queſumus purget a crimi
ne: et celeſtis remediȷ̄ faciat eſſe
conſortes. Orem⁹. Humiliate ca
pita veſtra deo. Super populū.

Adeſto ſupplicationibus
noſtris oīpotens deus: et
quibus fiduciā ſperāde pietatis
indulges/ conſuete miſericordie
tribue benignus effectum. Per.

¶ Feria. iiij. poſt. Reminiſcere.

Tibi dixit cor meū:
queſiui vultū tuū:
vultū tuū dñe req̄-
ram: ne auertas fa-
ciem tuā a me. Ps.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3

Dñs illūinatio mea et ſalus mea: quē timebo. Gloria patri et fi. Oremus. Flectamus genua. Collecta.

Perfice q̄ſumus dñe benignus in nobis obſeruantie ſācte ſubſidiū: vt que te auctore facienda cognouimus: te operāte impleamus. Per dominum.

Lectio libri Regum. iij. xvij.

In diebus illis Factus eſt ſermo dñi ad helyam theſbitē dicens Surge/et vade in ſareptā ſydoniorum/ꝛ manebis ibi Precepi enī ibi mulieri vidue: vt paſcat te. Surrexit: et abijt in ſareptam. Cūq̄ veniſſet ad portam ciuitatis: apparuit ei mulier vidua colligēs ligna/ et vocauit eam dixitq̄ ei. Da michi paululum aque in vaſe/ vt bibam. Cūq̄ illa pgeret vt afferret clamauit poſt tergum eius dicens. Affer michi obſecro: et buccellā panis in manu tua. Que reſpondit. Viuit dominus deus tuus/ qꝛ non habeo panem: niſi quantū pugillus capere poteſt farine in hydria. et paululum olei in lechito En colligo duo ligna vt ingrediar et faciam illud michi et filio meo. vt comedam? et moriamur Ad quā helyas ait. Noli timere: ſed vade et fac ſicut dixiſti. Verūtamē michi primum fac de ipſa farinula ſubcinericiū panem paruulū et affer ad me: tibi autē et filio tuo facies poſtea. Hec autē dicit dñs deus iſrael. Hydria farine nō deficiet: nec lechitus olei minuetur vſq̄ ad diem in qua daturus eſt dñs pluuiam ſuper faciem terre Que abijt: et fecit iuxta verbū helie. Et comedit ipſe et illa et dom⁹ eius tota. Et ex illa die hydria farine non defecit: et lechitus olei non eſt imminut⁹: iuxta verbū dñi: qd̄ locutus eſt in manu helie

Gr. Jacta cogitatū tuū in dño: et ipſe te enutriet. V. Dū clamarē ad dñm exaudiuit vocē meā: ab his qui appropinquāt mihi.

Scd̄m Matheū. xxiij.

In illo tempore. Locutus eſt ieſus ad turbas/ et ad diſcipulos ſuos dicens. Super cathedram moyſi: ſederunt ſcribe et phariſei. Omnia ergo quecunq̄ dixerint vobis/ ſeruate et facite: ſecundū vero opera eorū/ nolite facere. Dicūt enim: et non faciūt Alligant enī onera grauia et importabilia: et imponūt in humeros hominum/ digito autē ſuo nolunt ea mouere. Omnia vero opera ſua faciunt: vt videantur ab hominibus. Dilatant enim phylateria ſua: et magnificant fimbrias. Amāt autem primos recubitus in cenis: et primas cathedras in ſynagogis/ et ſalutationes in foro: ꝛ vocari ab hominibus rabbi Vos autē nolite vocari rabbi Vnus eſt enī magiſter veſter: omnes autē vos fratres eſtis. Et patrē nolite vocare vobis ſup terrā. Vnus eſt enim pater veſter/ qui in celis eſt. Nec vocemini magiſtri: quia magiſter veſter vnus eſt chriſtus. Qui maior eſt veſtrū: erit miniſter veſter Qui aūt ſe exaltauerit/ humiliabitur. Et qui ſe humiliauerit/ exaltabitur. Offr. Miſerere mihi do-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3

mine ſcđm magnā miſericordiā tuam: dele dñe iniquitatē meam. Secreta.

SAnctificationem tuā domine nobis his miſterijs placatus operare: que nos et a terrenis purget vicijs/ et ad celeſtia dona perducat. Per. Prefatio. Qui corporali. Cōio. Narrabo oīa mirabilia tua/ letabor et exultabo in te: pſallā nōi tuo altiſſime. Complēda.

VT ſacris dñe reddamur digni muneribus: fac nos q̄ſumus tuis obedire mandatis. Per dominum noſtrum ieſum. Oremus. Humiliate capita vr̄a deo. Super populum.

PRopiciare domine ſupplicationibus noſtris. et animarum noſtrarum medere languoribus: vt remiſſione percepta/ in tua ſemper benedictiōe letemur. Per dominum noſtrum

¶ Feria. iiij. poſt. Remi. Intro.

NE derelinquas me dñe deus meus ne diſcedas a me. intēde in adiutoriū meum: dñe virtus ſalutis mee. Ps. Dñe ne in furore tuo arguas me: neq3 in ira tua corripias me. Gloria patri et filio. Oremus. Flectamus genua leuate. Collecta.

POpulum tuum q̄s dñe ꝓpicius reſpice: ⁊ quos ab eſcis carnalibus p̄cipis abſtinere: a noxijs quoq3 vicijs ceſſare cōcede. Per. Lectio libri heſter. xiij.

IN diebus illis. Orauit heſter ad dñm dicens. Dñe deus rex omnipotēs: in ditiōe eni tua cūcta ſunt poſita. et nō eſt q̄ poſſit tue reſiſtere voluntati. Si decreueris ſaluare nos: cōtinuo liberabimur Tu enim dñe feciſti celū et terrā: et quicquid celi ambitu cōtinet᷑. Tu es deus oīm: et non eſt qui reſiſtat maieſtati tue Et nūc dñe rex deus abrahā/ miſerere ppl'i tui: quia volunt nos inimici noſtri pdere: et hereditatem tuā delere: Ne deſpicias partem tuam quā redemiſti tibi de egipto: ſed exaudi deprecationē noſtrā: et propicius eſto ſorti et funiculo tuo. Et cōuerte luctum noſtrum in gaudiū/ vt viuentes laudemus nomē tuū dñe. Et ne claudas ora canētiū te: dñe deus noſter. Gr. Saluū fac populū tuum dñe: et benedic hereditati tue. V̄. Ad te dñe clamaui deus meus ne ſileas a me et ero ſimilis deſcēdentib9 in lacū. Tra.

DOmine nō ſecundū pctā noſtra facias nobis: neq3 ſcđm iniq̄tates noſtras retribuas nobis. V̄. Dñe ne memineris iniquitatū nr̄arū antiquarū: cito anticipēt nos miſericordie tue/ q̄a pauperes facti ſumus nimis. V̄. Adiuua nos deus ſalutaris nr̄: et propter gloriā nominis tui dñe libera nos et ꝓpitius eſto pctīs nr̄is/ ꝓpter nomē tuū

¶ Secundum Matheum. xx.

IN illo tpe Aſcendens ihesus hieroſolimā Aſſumpſit duodecim diſcipulos ſuos ſecreto/ et ait illis Ecce aſcendim9 hieroſolimam: et filius hominis tradetur principibus ſacerdotū et ſcribis et condēnabūt eū morte. Et tradent eum gentibus ad illudendum/ et flagellādum/ et crucifigēdum: et tercia die reſurget Tunc

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3

acceſſit ad eū mater filioꝝ zebe=
dei cum filijs ſuis: adorans et pe
tens aliquid ab eo. Qui dixit ei.
Quid vis: Ait illi. Dic vt ſedeant
hij duo filij mei: vnus ad dexte=
ram tuā/⁊ alius ad ſiniſtrā in re=
gno tuo. Reſpondēs autē ieſus/
dixit. Neſcitis quid petatis. Po=
teſtis bibere calicem quē ego bi=
biturus ſum? Dicunt ei/ poſſu=
mus. Ait illis. Calicem quidem
meum bibetis: ſedere autem ad
dexteram meā vl' ſiniſtram/non
eſt meum dare vobis: ſed quibꝰ
paratum eſt a patre meo. Et au=
diētes decem/ indignati ſunt de
duobus fratribus. Jeſus autem
vocauit eos ad ſe: ⁊ ait. Scitis ꝙa
principes gentium dominātur
eoꝝ et qui maiores ſunt/ poteſta
tem exercent in eos. Non ita erit
inter vos. Sed quicūqꝫ voluerit
īter vos maior fieri: ſit veſter mi=
niſter. Et qui voluerit inter vos
primus eſſe/ erit veſter ſeruus Si
cut filius hoīs nō venit miniſtra
ri/ ſed miniſtrare: et dare animā
ſuā/ redēptionē pro multis. Of.
Ad te dn̄e leuaui animā meā/ deus meꝰ
in te cōfido non erubeſcā: neqꝫ irrideāt
me inimici mei/ etenī vniuerſi qui te ex=
pectant non cōfundentur. Secreta.

Hoſtias dn̄e q̄s quas tibi of
ferimus propicius reſpice
et per hec ſancta cōmercia vincu
la peccatoꝝ noſtroꝝ abſolue Per
dn̄m. Prefatio. Qui corporali.
Cōio. Juſtus dn̄s/ et iuſticias dilexit:
equitatē vidit vultus eius. Complē.

Sumptis dn̄e celeſtibꝰ ſacra
mētis ad redēptionis eter=
ne queſumus proficiamus aug=
mentum. Per dn̄m noſtrum ic.
Oremus. Humiliate capita veſ=
tra deo. Super populum.

Deus innocentie reſtitutor
et amator: dirige ad te tuo
rum corda ſeruorum: vt ſpiritꝰ
tui feruore concepto/ et in fide in
ueniantur ſtabiles: et in opere ef
ficaces. Per. In vnitate eiuſdem

¶ Feria. v. poſt. Remini. Intro.

Deus in adiutorium
meum intende: dn̄e
ad adiuuandū me
feſtina: cōfundātur
et reuereātur inimi
ci mei/ qui querūt animā meam
Ps. Auertātur retrorſū et erubeſcant:
qui cogitāt mihi mala. Gl'ia. Oremꝰ.
Flectamꝰ genua leua. Collecta.

Preſta nobis dn̄e queſumꝰ
auxiliū gratie tue. vt ieiu=
nijs et orationibus cōueniēter
intenti: liberemur ab hoſtibus
mentis et corporis. Per dn̄m.

¶ Lectio hieremie pphete. xvij.

Hec dicit dn̄s deus. Maledi
ctus homo qui confidit in
homine: et ponit carnem brachi
um ſuum/ et a dn̄o recedit cor eiꝰ.
Erit enim quaſi mirice in deſer=
to et nō videbit cū venerit bonū
ſed habitabit in ſiccitate ī deſer=
to: in terra ſalſuginis/ et inhabi=
tabili. Benedictus vir qui confi=
dit in dn̄o: et erit dominꝰ fiducia
eius. Et erit quaſi lignū qd̄ trāſ=
plātatur ſuper aquas: quod ad
humorem mittit radices ſuas: ⁊
non timebit cū venerit eſtus. Et
erit folium eius viride: et in tem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3

poꝛe ſiccitatis nõ erit ſollicitum
nec aliquando deſinet facere fru
ctum. Prauum eſt coꝛ hominis
et inſcrutabile: quis cognoſcet il
lud? Ego dominus ſcrutãs coꝛda
et pꝛobans renes: qui do vnicui=
qꝫ iuxta viam ſuam: et iuxta fru=
ctum adinuẽtionũ ſuarum. Di=
cit dominus omnipotens. Gr.
Pꝛopitius eſto dñe peccatis noſtris / ne
quando dicant gentes vbi eſt deus eo=
rũ. V. Adiuua nos deus ſalutaris no=
ſter: et ꝓpter honoꝛem nominis tui dñe
libera nos. Secundum lucã. xvi.

IN illo tempoꝛe. Dixit ieſus
turbis iudeoꝝ et phariſeoꝝ
parabolã hanc. Homo quidam
erat diues: qui induebatur pur=
pura et biſſo: et epulabatur quo
tidie ſplendide. Et erat quidam
mendicus noĩe lazarus: qui iace=
bat ad ianuã eius / vlceribus ple=
nus: cupiens ſaturari de micis q̃
cadebant de menſa diuitis: et ne
mo illi dabat Sed et canes veni e
bãt et ligebãt vlcera eius. Factũ
eſt aũt vt moꝛeretur mẽdicus: et
poꝛtaretur ab angelis in ſinum
abꝛahe. Moꝛtuꝰ eſt aũt et diues:
et ſepultus eſt in inferno Eleuãs
aũt oculos ſuos cum eſſet in toꝛ=
mẽtis: vidit abꝛaham a longe / ⁊
lazarum in ſinu eius. Et ipſe cla=
mans dixit. Pater abꝛahã miſe=
rere mei: et mitte lazarũ vt intin
gat extremũ digiti ſui in aquã:
vt refrigeret linguam meã: quia
cruciuoꝛ in hac flamma Et dixit il
li abꝛaham. Fili / recoꝛdare quia
recepiſti bona in vita tua: et laza
rus ſimiliter mala. Nunc autem
hic conſolatur: tu vero cruciaris
Et in his oĩbus inter nos et vos
chaos magnum firmatũ eſt: vt
hi q̃ volunt hinc tranſire ad vos
non poſſint: neqꝫ inde huc tranſ=
meare. Et ait. Rogo ergo te pa=
ter vt mittas eũ in domũ patris
mei. Habeo enĩ quinqꝫ fratres:
vt teſtetur illis / ne et ipſi veniãt
in hũc locum toꝛmentoꝛum. Et
ait illi abꝛaham. Habent moy=
ſen et pꝛophetas: audiant illos.
At ille dixit. Non pater abꝛahã:
ſꝫ ſi quis ex moꝛtuis ierit ad eos /
penitentiam agent. Ait autẽ illi
Si moyſen et pꝛophetas nõ au=
diunt: neqꝫ ſi quis ex moꝛtuis re
ſurrexerit / credent. Offꝛ. Pꝛecatꝰ
eſt moyſes in ꝯſpectu dñi dei ſui / ⁊ dixit
pꝛecatus eſt moyſes in conſpectu domi
ni dei ſui et dixit: quare domine iraſce=
ris in populo tuo / parce ire anime tue:
memento abꝛaham / iſaac / et iacob: qui=
bus iuraſti dare terrã fluẽtẽ lac et mel:
et placatus factus eſt dñs de maligni
te / quã dixit facere pp̃lo ſuo. Secreta.

PReſenti ſacrificio nomini
tuo nos dñe ieiunia dica=
ta ſanctificẽt: vt quod obſeruan
tia noſtra ꝓfitetur exterius / inte
rius operetur effectu. Per dñm.
Pꝛefatio. Qui coꝛpoꝛali ieiunio
Cõio. Qui manducat carnẽ meã / et bi
bit ſãguinẽ meum in me manet / et ego
in eo dicit dominus. Complenda.

GRatia tua nos queſumus
dñe nõ derelinquat: que ⁊
ſacre nos deditos faciat ſeruitu=
ti: et tuã nobis opem ſemper ac=
quirat Per. Oremus. Humilia=
te capita vr̃a deo. Sup populũ.

Adeſto queſumus domine famulis tuis / et perpetuã benignitatem largire poſcẽtib9 vt his qui te autore et gubernatore gloriantur: et cõgregata reſtaures / et reſtaurata conſerues Per dominũ noſtrum iheſum.

¶ Fe. vi. poſt Reminiſ. Introit9.

Ego autem cum iuſticia apparebo in conſpectu tuo: ſatiabor dũ manifeſtabitur. gloria tua. Ps. Exaudi dñe iuſticiã meã: intende deprecationẽ meã Gloria pa. Oremus. Flectamus genua leuate. Collecta.

Da queſumus oĩpotẽs deus vt ſacro nos purificante ieiunio: ſinceris mentibus / ad ſancta ventura facias peruenire. Per dominum noſtrum iheſum

¶ Lectio libri Geneſis. xxxvij.

In diebus illis. Dixit ioſeph fratribus ſuis. Audite ſomnium meum / quod vidi. Putabam nos ligare manipulos in agro / et quaſi cõſurgere manipulum meum et ſtare / veſtroſq; manipulos circunſtantes / adorare manipulũ meũ. Reſponderunt fratres eius. Nũquid rex noſter eris: aut ſubijciemur ditiõi tue? Hec ergo cauſa ſomniorum atq; ſermonum: inuidie et odij fomitem miniſtrauit. Aliud quoq; vidit ſomnium / quod narrans fratribus / ait. Vidi per ſoniũ quaſi ſolem / et lunam / et ſtellas vndecĩ adorare me. Quod cũ patri ſuo et fratribus retuliſſet: increpauit eum pater ſuus / et dixit. Quid ſibi vult hoc ſomnium quod vidiſti: Num ego et mater tua / et fratres tui / adorabimus te ſup terram: Inuidebãt igitur ei fratres ſui: pater vero rem tacitus conſiderabat Cũq; fratres illius in paſcendis gregibus patris morarẽtur in ſichẽ dixit ad eũ iſrael Fratres tui paſcũt oues in ſichimis: veni / mittam te ad eos. Quo reſpondente preſto ſum / ait. Vade / et vide ſi cũcta pſpera ſint erga fratres tuos / et pecora: et renuncia mihi quid agatur. Miſſus de valle hebron / venit in ſichem. Inuenitq; eũ vir errantẽ in agro: et interrogauit quid quereret. At ille reſpõdit. Fratres meos quero: indica michi vbi paſcant greges. Dixitq; ei vir. Receſſerunt de loco iſto Audiui autem eos dicentes: eamus in dothaim. Perrexit itaq; ioſeph poſt fratres ſuos, et inuenit eos in dothaim: Qui cum vidiſſent eum procul: anteq̃ accederet ad eos / cogitauerunt illum occidere: et mutuo loquebãtur. Ecce ſomniator venit. Venite occidamus eũ et mittamus in ciſternam veterem: dicemuſq; / fera peſſima deuorauit eum. Et tunc apparebit quid illi proſint ſomnia ſua. Audiens autem hec ruben: nitebatur liberare eum de manibus eorum: et dicebat. Non interficiamus animam eius / nec effundamus ſanguinẽ: ſed proijcite eum in ciſternam veterẽ que eſt in ſolitudine manuſq; veſtras ſeruate innoxias. Hoc autem dicebat: volens

eripere eum de manibus eorum
et reddere patri ſuo. Gr. Ad dñm
cū tribularer clamaui: et exaudiuit me.
V. Dñe libera animam meam a labijs
iniquis: et a lingua doloſa. Tractus.

D Omine nō ſcdm peccata noſtra
facias nobis: neq; ſcdm iniq̄ta=
tes nr̄as retribuas nobis. V. Domine
ne memineris iīquitatum noſtrarum
antiquarꝫ: cito anticipent nos mīe tue/
q̄a pauperes facti ſum⁹ nimis V. Adiu=
ua nos deus ſalutaris nr̄: et ꝓpter glo=
riam noīs tui dñe libera nos: et propici
us eſto peccatis noſtris: propter nomē
tuū. Secundum Matheum. xxi.

I N illo tempore. Dixit ieſus
diſcipulis ſuis ⁊ turbis iude
orū/ parabolam hāc. Homo erat
paterfamilias: qui plantauit vi=
neam: et ſepem circundedit ei/ et
fodit in ea torcular: et edificauit
turrim/ ⁊ locauit eam agricolis:
et peregre profectus eſt. Cum au
tem temp⁹ fructuum appropin=
quaſſet: miſit ſeruos ſuos ad agri=
colas: vt acciperent fructus eius
Et agricole apprehēſis ſeruis ei⁹
alium ceciderunt / alium occide=
runt / alium vero lapidauerunt
Iterū miſit alios ſeruos plures
prioribus: et fecerunt illis ſimili
ter. Nouiſſime autē miſit ad eos
filium ſuum dicens: verebuntur
forte filium meum. Agricole au=
tem videntes filium/ dixerunt in
tra ſe. Hic eſt heres/ venite occida
mus eum: et habebimus heredi=
tatem eius Et apprehenſum eū/
eiecerūt extra vineam: et occide=
runt. Cum ergo venerit domin⁹
vinee. quid faciet agricolis illis?
Aiunt illi. Malos / male perdet:
et vineā ſuam locabit alijs agri=
colis: qui reddant ei fructum tē=
poribus ſuis. Dicit illis iheſus
Nunq̄ legiſtis in ſcripturis. La=
pidem quem reprobauerūt edi=
ficantes: hic factus eſt in caput
anguli. A domino factum eſt
iſtud et eſt mirabile in oculis no
ſtris. Ideo dico vobis: quia au=
feretur a vobis regnū dei/ et da=
bitur genti facienti fructus eius
Et qui ceciderit ſup lapidē iſtū/
confringetur. Super quem vero
ceciderit/ conteret eum. Et cū au
diſſent principes ſacerdotum et
pharisei parabolas eius/ cogno=
uerūt q̄ de ipſis diceret. Et que=
rentes eum tenere/ timuerūt tur
bas: quoniam ſicut prophetam
eum habebant. Offr. Dñe in auxi
lium meum reſpice: cōfundantur et re=
uereantur/ qui querunt animam meā:
vt auferant eam. Secreta.

H Ec in nobis ſacrificia de⁹
et actione permaneant/ et
operatione firmētur. Per dñm.
Prefatio. Qui corporali. Cōio.
Tu dñe ſeruabis nos: et cuſtodies nos
a generatiōe hac ineternū. Cōplēda.

F Ac nos dñe queſumus ac=
cepto pignore ſalutis eter
ne/ ad vitam ſic tendere congruē
ter eternam: vt ad eā peruenire
poſſimus. Per dominū noſtrū.
Oremus. Humiliate capita ve=
ſtra deo. Super populum.

D A queſumus dñe pplo tuo
ſalutē mentis et corporis:
vt bonis operibus inherēdo/ tue
ſemper virtutis mereat᷑ prot=

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3

ctione defendi. Per dominū noſtrum ieſum chriſtum filiū tuū.

¶ Sabbato poſt. Remi. Introi.

LEx domini irreprehenſibilis cōuertēs aīas: teſtimoniū dei fidele / ſapientiā preſtans paruulis. Ps. Celi enarrāt gloriā dei: et opa manuū eiꝰ annūciat firmamētū. Glo. Oreꝰ. Flectamus genua leua. Collecta.

DA queſumus domine noſtris effectum ieiunijs ſalutarē: vt caſtigatio carnis aſſumpta: ad noſtrarū vegetationem tranſeat animarū. Per dominū.

Lectio libri geneſis. xxvij.

IN diebus illis. Dixit rebecca / filio ſuo iacob Audiui patrem tuum loquētem cum eſau fratre tuo: et dicentē ei. Affer michi de venatione tua: et fac cibos vt comedam / et benedicā tibi corā domino anteq̄ moriar. Nūc ergo fili mi / acquieſce conſilijs meis: et pergens ad gregem: affer michi duos hedos optimos: vt faciam ex eis eſcas patri tuo: quibus libenter veſcitur. Quas cum intuleris / et comederit: benedicat tibi priuſq̄ moriatur. Cui ille reſpondit. Noſti q̄ eſau frater meus homo piloſus ſit: et ego lenis. Si attrectauerit me pater meus / et ſenſerit: timeo ne putet me ſibi voluiſſe illudere: et inducat ſuper me maledictionē pro benedictione. Ad quem mater. In me ſit ait / iſta maledictio fili mi: tantum audi vocem meā et pergens affer que dixi. Abijt et attulit: deditqꝫ matri. Parauit illa cibos / ſicut nouerat velle patrē illius: et veſtibus eſau valde bonis quas apud ſe habebat domi / induit eū. Pelliculaſqꝫ hedorum circundedit manibus: et colli nuda protexit. Deditqꝫ pulmentum: et panes quos coxerat tradidit. Quibus illatis dixit. Pater mi. At ille reſpondit. Audio. Quis es tu fili mi? Dixitqꝫ iacob. Ego ſum eſau primogenitꝰ tuus: feci tibi ſicut precepiſti michi. Surge ſede et comede de venatione mea: vt benedicat mihi anima tua. Rurſumqꝫ iſaac ad filium ſuum. Quomodo inquit tā cito īuenire potuiſti fili mi? Qui reſpondit: voluntas dei fuit / vt cito michi occurreret quod volebam. Dixitqꝫ iſaac. Accede huc / vt tangam te fili mi: et probem vtrum tu ſis filius meus eſau / an non? Acceſſit ille ad patrē: et palpato illo / dixit iſaac. Vox quidē vox iacob eſt: ſed manus / manus ſunt eſau. Et non cognouit eum quia piloſe manus / ſimilitudinem maioris expreſſerant. Benedicens ergo illi / ait. Tu es filius meus eſau? Reſpondit. Ego ſum At ille. Affer michi inquit cibos de venatione tua fili mi: vt benedicat tibi anima mea. Quos cū oblatos comediſſet: obtulit ei etiam vinum. Quo hauſto: dixit ad eum. Accede ad me: et da michi oſculū fili mi. Acceſſit / et oſculatus eſt eum Statimqꝫ vt ſenſit veſtimentorum eius fragrantiā benedicens illi ait. Ecce odor filij

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag
226 A 3

mei/ſicut odor agri pleni: cui be-
nedixit dominus. Det tibi deus
de rore celi/et de pinguedine ter-
re abundantiam frumenti vini
et olei/et ſeruiant tibi populi: et
adorent te tribus. Eſto domi-
nus fratrum tuorum et incuruē-
tur ante te filij matris tue. Qui
maledixerit tibi ſit ille maledic-
tus: et qui benedixerit tibi/bene-
dictionibus repleatur. Vix iſaac
ſermonem impleuerat ⁊ egreſſo
iacob foras/venit eſau: coctoſq̄
de venatione cibos/intulit pa-
tri dicens. Surge pater mi/et co-
mede de venatione filij tui: vt be-
nedicat michi anima tua. Dixit
q̄ illi iſaac. Quis enim es tu? Qui
reſpondit. Ego ſum filius tuus
primogenitus eſau. Expauit iſa-
ac ſtupore vehementi: et vltra q̄
credi poteſt admirans ait. Quis
igitur ille eſt qui dudum captā
venationē attulit mihi/ et come-
di ex omibus priuſq̄ tu venires
Benedixiq̄ ei: et erit benedictus:
Auditis eſau ſermonib⁹ patris:
irrugijt clamore magno/et con-
ſternatus ait. Benedic etiam et
michi pater mi. Qui ait. Venit
germanus tuus fraudulenter: ⁊
accepit benedictionem tuā At il-
le ſubiūxit Iuſte vocatum eſt no-
men eius iacob: ſupplātauit enī
me en altera vice. Primogenita
mea ante tulit/ et nunc ſecundo
ſurripuit benedictionem meam
Rurſumq̄ ad patrem. Nunquid
non reſeruaſti ait/et michi bene-
dictionem? Reſpondit iſaac Do-
minum tuum illum conſtitui/et
omnes fratres ſuos ſeruituti ei⁹
ſubiugaui. Frumento/et vino/⁊
oleo ſtabiliui eum: et tibi poſt h̄
fili mi vltra quid faciā? Cui eſau
ait. Num vnam inquit tantum
benedictionem habes pat? Mi-
chi quoq̄ obſecro vt benedicas.
Cūq̄ eiulatu magno fleret/ mo-
tus iſaac: dixit ad eū. In pingue-
dine terre: et in rore celi deſuper:
erit benedictio tua. Gr. Bonū eſt
confiteri dn̄o: et pſallere nomini tuo al-
tiſſime. V. Ad ānunciandū mane miſe-
ricordiā tuā m: ⁊ veritatē tuā per noctē

¶ Secundum lucam. xv.

In illo tempore. Dixit ieſus
diſcipulis ſuis/parabolam
hanc. Homo quidam habuit du-
os filios/ et dixit adoleſcētior ex
illis patri. Pater: da michi por-
tionem ſubſtantie/que me conti-
git. Et diuiſit illis ſubſtantiam.
Et non poſt multos dies: congre-
gatis omnibus/ adoleſcentior fi-
lius peregre profectus eſt in regi-
onem lōginquam et ibi diſſipa-
uit ſubſtantiam ſuam viuendo
luxurioſe. Et poſtq̄ omnia con-
ſummaſſet: facta eſt fames vali-
da in regiōe illa: et ipſe cepit ege-
re. Et abijt/et adheſit vni ciuiū
regionis illius: et miſit illum in
villam ſuam/vt paſceret porcos
Et cupiebat implere ventrē ſuū
de ſiliquis/quas porci māduca-
bāt: et nemo illi dabat. In ſe au-
tem reuerſus/ dixit. Quanti mer-
cēnarij in domo patris mei abū-
dant panibus: ego autem hic fa-
me pereo: Surgam/et ibo ad pa-
trem meū: et dicā illi. Pater: pec-

cauí in celũ et corã te: iã nõ ſum
dignus vocari filius tuus. Fac
me ſicut vnum de mercenarijs
tuis. Et ſurgens: venit ad patrẽ
ſuũ. Cũ autẽ adhuc lõge eſſet / vi
dit illũ pater ipſius: et miſericor
dia motus eſt. Et accurrens ceci-
dit ſuper collũ eius: et oſculatus
eſt eum. Dixitq; ei filius. Pater:
peccaui in celũ et corã te: iam nõ
ſum dignus vocari filius tuus.
Dixit autẽ pater ad ſeruos ſuos
Cito proferte ſtolam primam / et
induite illum: et date annulũ in
manu eius: et calciamenta in pe
des eius. Et adducite vitulum ſa
ginatum: et occidite / et mãduce-
mus et epulemur: quia hic filius
meus mortuus erat / et reuixit. pe
rierat / et inuentus eſt Et ceperũt
epulari. Erat autẽ filius eius ſe-
nior in agro. Et cũ veniret et ap
propinquaret domui: audiuit
ſymphoniam et chorum. Et vo-
cauit vnũ de ſeruis: et interroga
uit q̃ hec eẽnt. Iſq; dixit illi. Fra-
ter tuus venit et occidit pr̃ tuus
vitulũ ſaginatum: quia ſaluum
illum recepit. Indignatus eſt au
tem: et nolebat introire. Pater
ergo illius egreſſus: cepit rogare
illum. At ille reſpondẽs: dixit pa
tri ſuo. Ecce tot annis ſeruio ti-
bi / et nunq̃ mandatum tuũ pre-
teriui: et nunq̃ dediſti michi he-
dum / vt cum amicis meis epula-
rer. Sed poſtq̃ filius tuus hic / q̃
deuorauit ſubſtantiam ſuam cũ
meretricibus venit: occidiſti illi
vitulum ſaginatũ. At ipſe dixit
illi. Fili / tu ſemper mecum es: et
omnia mea tua ſunt Epulari au
tem et gaudere oportebat: quia
frater tuus hic mortuus fuerat /
et reuixit. Perierat / et inuentus
eſt. Offe. Illumina oculos meos ne
vnq̃ obdormiam in morte: nequando
dicat inimicus meus: preualui aduer-
ſus eum.

Secreta.

HIs ſacrificijs dñe concede
placatus: vt qui proprijs
oramus abſolui delictis: nõ gra-
uemur externis. Per. Prefatio.
Qui corpali ieiunio. Cõmunio.
Oportet te fili gaudere / quia frater tu⁹
mortuus fuerat / et reuixit: perierat / et in
uentus eſt.

Complenda.

SAcramẽti tui dñe diuina li-
batio penetralia nr̃i cordis
infundat: et ſui nos pticipes po-
tenter efficiat. Per dominũ nr̃m.
Oremus. Humiliate capita ve-
ſtra deo.

Super populum.

FAmiliam tuam queſum⁹
dñe / cõtinua pietate cuſto
di: vt q̃ in ſola ſpe gratie celeſtis
innititur: celeſti etiam protectio
ne muniatur. Per dominũ nr̃m.

¶ Dñica. iij. xl. Introitus.

OCuli mei ſemper ad
dominũ: q̃a ipſe euel
let de laqueo pedes
meos: reſpice in me
et miſerere mei: q̃m
vnicus et paup ſum ego. Ps. Ad
te dñe leuaui aĩam meã: deus meus in
te cõfido nõ erubeſcã. Gl'ia. Collecta.

QVeſumus omnipotẽs de⁹ /
vota humiliũ reſpice: atq;
ad defenſionẽ noſtrã / dexteram
tue maieſtatis extende. Per do-
minum noſtrũ. Ad epheſios. v.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3

Dominica .iij. quadrageſime.

FRatres Eſtote imitatores
dei ſicut filij cariſſimi: et
ambulate in dilectione / ſicut et
chriſtus dilexit nos / ⁊ tradidit ſe
metipſum pro nobis / oblationē
et hoſtiā deo / in odorē ſuauita=
tis. Fornicatio autē ⁊ omnis im
mundicia / aut auaritia: nec no=
minetur in vobis: ſicut decet ſāc
tos: aut turpitudo / aut ſtultilo=
quium / aut ſcurrilitas: que ad rē
non ꝑtinet: ſed magis gratiarū
actio. Hoc autē ſcitote intelligē
tes: ꝙ omnis fornicator / aut im=
mundus / aut auarus: quod eſt
idolorū ſeruitus: non habet he=
reditatem in regno chriſti et dei
Nemo vos ſeducat inanibꝰ ver=
bis. Propter hec enim venit ira
dei in filios diffidētie. Nolite er=
go effici participes eorū. Eratis
enim aliquādo tenebre: nūc aūt
lux in dño: vt filij lucis ambula=
te. Fructus enī lucis eſt in omni
bonitate / et iuſticia: et veritate.

Gr. Exurge domine nō preualeat ho=
mo: iudicentur gentes in conſpectu tuo
ỽ. In conuertendo inimicum meum re
troꝛſum: infirmabuntur et perient a
facie tua. **Tractus:**

AD te leuaui oculos meos: q̊ ha=
bitas in celis. ỽ. Ecce ſicut ocu=
li ſeruoꝛum: in manibus dominoꝛum
ſuoꝛum. ỽ. Et ſicut oculi ancille in ma=
nibus dñe ſue. ỽ. Ita oculi nr̄i ad dñm
deum noſtrum: donec miſereatur nr̄i.
ỽ. Miſerere nobis dñe: miſerere nobis

¶ **Secundum lucam.** xi.

IN illo tempoꝛe: Erat iheſus
eijciens demonium: et illud
erat mutū. Et cū eieciſſet demo=
nium: locutus eſt mutꝰ / et admi=
rate ſunt turbe. Quidā autem ex
eis dixerunt. In beelzebub prin=
cipe demonioꝛū eijcit demonia.
Et alij tētantes / ſignum de celo
querebant ab eo Ipſe autē vt vi
dit cogitationes eoꝛū: dixit eis.
Omne regnū in ſeipſum diuiſū
deſolabitur: et domus ſupra do=
mum cadet. Si autē et ſathanas
in ſeipſum diuiſus eſt: quomodo
ſtabit regnū ipſius: q̇a dicitis in
beelzebub eijcere me demonia:
Si autē ego in beelzebub eijcio
demonia: filij veſtri in quo eijci=
unt Ideo ipſi iudices veſtri erūt
Porro ſi in digito dei eijcio de=
mo nia: ꝑfecto peruenit in vos
regnū dei. Cum foꝛtis armatus
cuſtodit atriū ſuū: in pace ſūt ea
que poſſidet. Si autē foꝛtioꝛ eo
ſuperueniens vicerit eū: vniuer=
ſa arma eius auferet in quibus
confidebat: et ſpolia eius diſtri=
buet. Qui non eſt mecum: aduer
ſum me eſt. Et qui non colligit
mecū: diſperget Cum immūdus
ſpiritus exieit ab hoīe: ambulat
per loca īaquoſa: querēs requiē
et non inueniēs: dicit. Reuertar
in domum meam vnde exiui. Et
cum venerit: inuenit eam ſcopis
mundatā ⁊ oꝛnatā. Tunc vadit
et aſſumit ſeptē alios ſpūs ſecū
nequioꝛes ſe: et ingreſſi habitāt
ibi. Et fiunt nouiſſima hoīs illiꝰ
peioꝛa prioꝛibus. Factū eſt autē
cū hec diceret: extollēs vocē q̇dā
mulier de turba dixit illi. Beatꝰ
venter qui te poꝛtauit: et vbera
que ſuxiſti. At ille dixit. Quin=

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3

ſimo. Beati qui audiunt verbum
dei et cuſtodiunt illud. Of. Juſti-
cie domini recte letificātes corda:et dul
ciora ſuper mel et fauum:nam et ſeru⁹
tuus cuſtodit ea. Secreta.

H Ec hoſtia queſumus domi
ne emūdet noſtra delicta:
⁊ ſacrificiū celebrandū/ ſubdito-
rum tibi corpora mēteſq; ſancti-
ficet. Per dñm. Cōio. Paſſer inue-
nit ſibi domum et turtur nidum vbi re
ponat pullos ſuos/altaria tua domine
virtutum/rex meus et deus meus: bea-
ti qui habitāt in domo tua in ſeculum
ſeculi laudabunt te. Complenda.

A Cunctis nos dñe reatibus
et periculis ꝓpicius abſol
ue:quos tanti miſterij tribuis eſ
ſe participes. Per dominum.

¶ Feria.ij.poſt Oculi. Introit⁹

T N deo laudabo ver-
bum in dño lauda-
bo ſermonē: in deo
ſperaui / nō timebo
quid faciat mihi ho
mo. Ps. Miſerere mei deus qm̄ cōcul
cauit me homo:tota die impugnās tri-
bulauit me. Gloria patri et. Oremus
Flectamus genua. Collecta.

C Ordibus noſtris queſum⁹
dñe gratiā tuam benign⁹
infunde:vt ſicut ab eſcis carnali-
bus abſtinem⁹. ita ſenſus quoq;
noſtros a noxijs retrahamus ex
ceſſibus. Per dominum noſtrū.

¶ Lectio libri regum. iiij.v.

I N diebus illis. Naaman pri
ceps milicie regis ſyrie/ erat
vir magnus apud dominum ſu
um:et honoratus. Per illū enim
dedit domin⁹ ſalutem ſyrie:Erat
autem vir fortis et diues / ſed le-
proſus Porro de ſyria egreſſi fu-
erāt latrunculi : et captiuā duxe
rant de terra iſrl' puellā paruulā
que erat in obſequio vxoris naa
man. Que ait ad dominam ſuā.
Vtinam fuiſſet dñs me⁹ ad pro-
phetam qui eſt in ſamaria profe
cto curaſſet eum a lepra quā ha-
bet. Ingreſſus eſt itaq; naaman
ad dñm ſuum : ⁊ nunciauit ei di
cens: Sic/ et ſic locuta eſt puella
de terra iſrael. Dixitq; ei rex ſirie
Vade/et mittā litteras ad regē iſ
rael. Qui cum ꝓfectus eſſet et tu-
liſſet ſecum decē talenta argenti
et ſex milia aureos:et decem mu
tatoria veſtimentorū/detulit lit
teras ad regem iſrael in hec vba
Cum acceperis epiſtolā hanc: ſci
to q͞ miſerim ad te naaman ſer-
uum meū/vt cures eū a lepra ſua
Cūq; legiſſet rex iſrahel litteras:
ſcidit veſtimenta ſua et ait. Nun
quid deus ego ſū:vt occidere poſ
ſim et viuificare: quia iſte miſit
ad me vt curē hominem a lepra
ſua? Animaduertite et videte:
quot occaſioēs q̄rat aduerſum
me. Quod cū audiſſet heliſe⁹ vir
dei/ ſcidiſſe videlicet regē iſrahel
veſtimenta ſua miſit ad eū dicēs
Cur ſcidiſti veſtimenta tua? Ve-
niat ad me: et ſciat prophetam
eſſe in iſrael. Venit ergo naamā
cum equis et curribus ⁊ ſtetit ad
hoſtiū domus heliſei: Miſitq; ad
eum helizeus nunciū dicēs Vade
et lauare ſepties in iordane et re
cipiet ſanitatē caro tua atq; mū
daberis. Iratus naaman rece-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3

debat dicens. Putabā q egrede-
retur ad me/et ſtās inuocaret no
men dn̄i dei ſui:et tāgeret manu
ſua locū lepre:et curaret me. Nū-
quid non meliores ſunt abana/
et pharphar fluuij damaſci om̄i
bus aquis iſrahel: vt lauer in eis
et munder? Cū ergo vertiſſet ſe/
et abiret indignans: acceſſerunt
ad eum ſerui ſui/et locuti ſunt ei.
Pater/et ſi rē grandē dixiſſet ti-
bi ꝑpheta: certe facere debueras
Quanto magis quia nunc dix-
it tibi: lauare/et mundaberis.
Deſcendit itaq; et lauit in iorda
ne ſepties: iuxta ſermonem viri
dei et reſtituta eſt caro eius ſicut
caro pueri paruuli/et mundat⁹
eſt a lepra. Reuerſuſq; ad virū dei
cū vniūſo comitatu ſuo: venit ⁊
ſtetit corā eo/et ait. Vere ſcio q
nō ſit alius deus in vniuerſa ter-
ra: niſi tantum dn̄s deus iſrael.
Gr. Deus vitam meam nunciaui tibi
poſui lacrimas meas in conſpectu tuo.
℣. Miſereremihi domine: quoniam cō
culcauit me homo tota die bellās tribu
lauit me. Tractus.
Domine nō ſecundū pctā noſtra
facias nobis: neq; ſcd̄m iniq̄ta-
tes noſtras retribuas nobis. ℣. Dn̄e ne
memineris iniquitatū nr̄arū antiqua
rū: cito anticipēt nos miſericordie tue/
q̄a pauperes facti ſumus nimis. ℣. Ad
iuua nos deus ſalutaris nr̄: et propter
gloriā nominis tui dn̄e libera nos et ꝓ-
pitius eſto pctis nr̄is/ꝑpter nomē tuū.
¶ Secundum lucam. iiij.
In illo tēpore. Dixerūt pha-
riſei ad ieſum Quanta audi
uimus facta in capharnaū: fac ⁊
hic in patria tua. Ait autē. Amē
dico vobis: quia nemo prophe-
ta acceptus eſt in patria ſua. In
veritate dico vobis: multe vidue
erant in diebus helie in iſrahel:
qn̄ clauſum eſt celū annis tribus
et menſibus ſex: cū facta eſſet fa-
mes magna in omni terra: et ad
nullā illarū miſſus eſt helyas: ni-
ſi in ſarepta ſydonie/ad mulierē
viduā. Et multi leproſi erant in
iſrael/ſub helizeo propheta: et ne
mo eorum mūdatus eſt/niſi na-
aman ſyrus. Et repleti ſunt om-
nes in ſynagoga ira/hec audien-
tes. Et ſurrexerūt: et eiecerūt illū
extra ciuitatem: et duxerunt illū
vſq; ad ſupercilīū montis/ſupra
quē ciuitas illorū erat edificata:
vt precipitarent eum. Ipſe autē
tranſiens: per medium illorum
ibat. Offr. Exaudi deus orationem
meā/et ne deſpexeris dep̄catione mēa:
intende in me/et exaudi me. Secreta.
Munus qđ tibi domine no-
ſtre ſeruitutis offerimus
tu ſalutare nobis pfice ſacramē-
tū. Per. Prefatio. Qui corpora-
li ieiunio. Cōio. Quis dabit ex ſyon
ſalutare iſrael: cum auerterit dominus
captiuitatē plebis ſue: exultabit iacob ⁊
letabitur iſrael. Complenda.
Preſta queſumus omnipo-
tens et miſericors deus: vt
que ore contingimus: pura mē-
te capiamus. Per dn̄m noſtrū ie-
ſum chriſtū. Oremus. Humilia-
te capita vr̄a deo. Sup populū.
Subueniat nobis domine
miſericordia tua: vt ab im-
minentibus peccatorū noſtro-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3

periculis/te merẽamur protegẽ-
te eripi/te liberãte ſaluari. Per.
¶ Feria. iij. poſt Oculi. Introit⁹

Ego clamaui/qm̃ ex-
audiſti me deus: in-
clina aurẽ tuã/et ex-
audi verba mea. cuſ-
todi me domine vt
pupillam oculi: ſub vmbra alaꝝ
tuarum protege me. Ps. Exaudi
domine iuſticiam meam: intẽde depre-
cationem meam. Gloria pa. Orem⁹.
Flectamus genua. Collecta.

Exaudi nos omnipotens et miſeri-
cors deus: et continẽtie ſa-
lutar⁹ propicius nobis dona cõ-
cede. Per dñm noſtrũ ieſũ xp̃m.

¶ Lectio libri Regum. iiij. iiij.

In diebus illis. Mulier que-
dam clamabat ad heliſeum
prophetam dicens. Seruus tu⁹
vir meus mortuus eſt: et tu noſti
quia ſeruus tuus fuit timens de-
um. Et ecce creditor venit vt tol-
lat duos filios meos/ad ſeruien-
dũ ſibi. Cui dixit heliſeus. Quid
vis vt faciã tibi? Dic michi: quid
habes in domo tua? At illa reſpõ-
dit. Non habeo ancilla tua quic-
q̃ in domo mea: niſi parum olei
quo vngar. Cui ait. Vade/et pe-
te mutuo ab oĩbus vicinis tuis
vaſa vacua nõ pauca: et ingrede-
re/et claude hoſtium tuum. Cum
intrinſecus fueris tu et filij tui/
mitte inde in õnia vaſa hec: et cũ
plena fuerit/tolles Iuit itaq; mu-
lier: et clauſit hoſtium ſuper ſe/ et
ſuper filios ſuos. Illi offerebant
vaſa: et illa infundebat. Cũq; ple-
na fuiſſent vaſa: dixit ad filiũ ſu-
um. Affer michi adhuc vas. At il-
le reſpondit Nõ habeo. Stetitq;
oleum. Venit autem illa/et inde-
cauit homini dei Et ille. Vade in-
quit/vẽde oleum: et redde credi-
tori tuo. Tu autem et filij tui: vi-
uite de reliquo. Gr. Ab occultis
meis munda me domine: et ab alienis
parce ſeruo tuo. V. Si mei non fuerint
dominati tunc immaculat⁹ ero: et emũ-
dabor a delicto maximo:

¶ Secundum Matheum. xviij

In illo tempore. Reſpiciens
iheſus in diſcipulos ſuos: di-
xit ſymoni petro. Si peccauerit
in te frater tuus: vade et corripe
eum inter te et ipſum ſolum. Si
te audierit: lucratus eris fratrem
tuum. Si autem te non audierit
adhibe tecum adhuc vnũ vel du-
os: vt in ore duorum vel trium
teſtium/ſtet omne verbũ. Quod
ſi nõ audierit eos: dic eccleſie. Si
autem eccleſiam nõ audierit/ſit
tibi ſicut ethnicus et publican⁹.
Amen dico vobis: quecunq; al-
ligaueritis ſuper terram: erunt
ligata et in celo. Et quecunq; ſol-
ueritis ſuper terram: erũt ſoluta
et in celo. Iterum dico vobis/q̃a
ſi duo ex vobis conſenſerĩt ſuper
terram: de omni re quamcunq;
petierint: fiet illis a patre meo/
qui eſt in celis. Vbi enĩ ſunt duo
vel tres congregati in nomine
meo: ibi ſum in medio eorum.
Tunc accedens petrus ad eum/
dixit: Domine: quociens pecca-
bit in me frater meus/et dimit-
tam ei? Vſq; ſepties? Dixit illi
ieſus. Non dico tibi vſq; ſepties

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3

ſed vſq; ſeptuagies ſepties. Offer.
Dextera dñi fecit virtutem: dextera do-
mini exaltauit me: nõ moriar ſed viuã/
et narrabo opera dñi. Secreta.

Dex hec veniat queſumus do-
mine ſacramẽta noſtre re-
demptionis effectus: que nos et
ab humanis retrahat ſemper ex
ceſſibus: et ad ſalutaria cũcta p-
ducat. Per. Prefatio. Qui corpo
rali. Cõio. Dñe quis habitabit in ta-
bernaculo tuo: aut quis requieſcet in mõ-
te ſctõ tuo? qui ingreditur ſine macula
et operatur iuſticiam. Complenda.

Sacris dñe miſteriis expiati
et veniã ↄſequamur et gra-
tiã. Per dñm noſtrum. Oremus
Humiliate capita veſtra deo.

Super populum. Collecta.
Tua nos dñe protectiõe de-
fende: et ab omĩ ſemper ini
quitate cuſtodi. Per dñm nrm.

¶ Feria. iiij. poſt Oculi Introi.
Ego autẽ in dño ſpe-
raui/ exultabo et le-
tabor in tua miſeri-
cordia: quia reſpexi-
ſti humilitatẽ meã.
Ps. In te dñe ſperaui nõ cõfundar in
eternũ: in iuſticia tua libera me. Gl'ia.
Oremus. Flectamus ge. Collec.

Preſta nobis queſumus do
mine: vt ſalutaribus ieiu-
niis eruditi: a noxiis quoq; vi-
ciis abſtinentes/ propiciationẽ
tuam facilius impetremus. Per

¶ Lectio libri Exodi. xx.
Hec dicit dñs deus. Hono-
ra patrẽ tuũ et matrẽ tuã:
vt ſis longeuus ſuper terrã/ quã
dñs deus tuus dabit tibi. Nõ oc-
cides: non mechaberis: non fur-
tum facies: non loqueris cõtra
proximũ tuũ falſum teſtimoniũ
Nõ concupiſces domũ proximi
tui: nec deſiderabis vxorẽ eius:
nõ ſeruũ/ nõ ancillã: nõ bouẽ: nõ
aſinũ/ nec oĩa que illius ſunt. Cũc-
tus autẽ populus audiebat vo-
ces/ et lãpades/ et ſonitũ buccine
montẽq; fumigantẽ: et pterriti
ac pauore cõcuſſi ſteterũt procul
dicẽtes moyſi Loquere tu nobis
et audiemus. Non loquatur no-
bis dominus: ne forte moriamur.
Et ait moyſes ad populũ. Noli-
te timere. Vt eñi pbaret vos ve-
nit deus: et vt terror illius eſſet
in vobis: et non peccaretis. Ste-
titq; populus de longe: moyſes
autẽ acceſſit ad caliginẽ in qua
erat deus. Dixitq; preterea dñs
ad moyſen Hec dices filiis iſrael
Vos vidiſtis q; de celo locutus ſũ
vobis. Nõ facietis deos argente-
os: nec deos aureos facietis vobis
Altare de terra facietis michi: et
offeretis ſup illud holocauſta et
pacifica veſtra/ oues veſtras/ et
boues/ in õni loco: in quo memo-
ria fuerit nois mei. Gr. Miſerere
mihi dñe qm̃ infirmus ſũ/ ſana me dñe
℣. Cõturbata ſũt oĩa oſſa mea: et aĩa
mea turbata eſt valde. Tractus.

Domine nõ ſcdm peccata noſtra
facias nobis: neq; ſcdm iniqta-
tes nr̃as retribuas nobis. ℣. Domi-
ne ne memineris iniqtatũ noſtrarũ anti-
quarũ: cito anticipẽt nos mĩe tue/ quia
pauperes fcĩ ſumus nimis. ℣. Adiuua
nos deus ſalutaris nr̃: et pp̃ter glo-
nominis tui dñe libera nos/ et propi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3

eſto peccatis noſtris/ ꝑpter nomen tuū

Secundum Matheum. xv.

IN illo tempore. Acceſſerunt ad ieſū ab hieroſolimis ſcribe et phariſei dicentes. Quare diſcipuli tui tranſgrediuntur traditiones ſeniorum: Nō enim lauant manus ſuas/ cū panē mā‍ducant Ipſe autem reſpondens ait illis Quare et vos tranſgredimini mandatum dei / ꝑpter traditionem veſtrā: Nam deus dixit Honora patrem tuū: et matrē tuam. Et qui maledixerit patri vel matri: morte moriatur. Vos autē dicitis. Quicūqꝫ dixerit patri vel matri: munus quodcūqꝫ eſt ex me tibi proderit/ et non honorificabit patrē ſuū et matrem ſuam: et irritū feciſtis mandatū dei propter traditionē veſtram Hypocrite/ bene prophetauit de vobis iſaýas dicēs Populus hic labiýs me honorat: cor aūt eorū longe eſt a me. Sine cauſa autē colunt me: docentes doctrinas ⁊ mandata hoīm. Et conuocatis ad ſe turbis: dixit eis. Audite et intelligite. Non quod intrat in os coīquinat hominē/ ſed quod ꝓcedit ex ore hoc coinquinat hominē. Tunc accedentes diſcipuli eius: dixerūt ei. Scis quia phariſei audito hoc verbo/ ſcādalizati ſunt: At ille reſpondēs ait Oīs plantatio quā nō plantauit pater meus celeſtis: eradicabitur. Sinite illos: ceci ſunt/ et duces cecorū. Cecus aūt ſi ceco ducatum preſtet: ambo in foueam cadunt Reſpōdens autē petrus: dixit ei Ediſſere nobis parabolā iſtam. At ille dixit. Adhuc et vos ſine intellectu eſtis. Non intelligitis: quia omne quod in os intrat/ in ventrē vadit: ⁊ in ſeceſſū emitit? Que autē procedūt de ore/ de corde exeūt et ea coinquināt hominem. De corde enim exeūt cogitationes male: homicidia/ adulteria / fornicationes / furta / falſa teſtimonia / blaſphemie. Hec ſūt que coinquināt hoīem. Non lotis autem manibus manducare nō coinq̄nat hoīem. Offꝫ. Dn̄e fac mecū miām tuā: propter nomē tuū quia ſuauis eſt mīa tua. Secreta.

SVſcipe q̄s dn̄e preces populi tui cum oblationibus hoſtiarū et tua myſteria celebrātes ab om̄ibus nos defende periculis. Per. Prefatio. Qui corporali Cōio. Notas mihi feciſti vias vite adi pleb; me leticia cū vultu tuo dn̄e. Cōp.

SAnctificet nos q̄s dn̄e qua paſti ſumus mēſa celeſtis: ⁊ a cunctis erroribus expiatos: ſupnis promiſſionibus reddat acceptos. Per. Oremus. Humiliate capita vr̄a deo. Super ꝑplm.

COncede q̄s om̄ipotēs de⁹: vt qui protectiōis tue gratiam querimus/ liberati a malis omnibus: ſecura tibi mente ſeruiamus. Per dominū noſtrum.

¶ Feria. v. poſt. Oculi. Introit⁹.

SAlus ppl'i ego ſum/ dicit dn̄s: de quacūqꝫ tribulatione clamauerint ad me exaudiā eos: et ero illorū dn̄s ī ꝑpetuū. P̄s. Attēdite ppl'e

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3

meus leg ē meā: iclinate aurē veſtram i
verba oris mei. Gloria. Oremꝰ. Fle-
ctamus genua leuate. Collecta.

D A qs dñe rex eterne cuncto-
rū: vt ſacro nos purifican-
te ieiunio: ſinceris quoqꝫ menti-
bus ad tua ſancta vētura facias
peruenire. Per dñm nr̄m ieſum

Lectio hieremie ꝓphete. vij

IN diebus illis Factus eſt ſer-
mo domini ad me / dicens.
Sta in porta domus dñi: et pre-
dica ibi verbū iſtud / et dic. Audi-
te verbum dñi omnis iuda: qui
ingredimini per portas has: vt
adoretis dñm. Hec dicit dñs exer-
cituū: deus iſrael. Bonas facite
vias veſtras / et ſtudia veſtra: et
habitabo vobiſcum in loco iſto.
Nolite cōfidere in verbis mēda-
cij dicentes. Templū dñi / tēplū
dñi / templū dñi eſt. Quoniā ſi be-
nedirexeritis vias veſtras / et ſtu-
dia veſtra: ſi feceritis iudiciū iter
virum et proximum eius. adue-
ne / et pupillo / et vidue non fece-
ritis calūniā: nec ſāguinē inno-
centem effuderitis in loco hoc / ⁊
poſt deos alienos non ambula-
ueritis in malū vobiſmetipſis:
habitabo vobiſcum in loco iſto /
in terra quā dedi patribus vr̄is
a ſeculo et vſqꝫ in ſeculum. Dicit
dñs omnipotens. Gr. Oculi oīm
in te ſperāt domine: et tu das illis eſcā
in tpe oportuno. V. Aperis tu manū
tuā: et imples ōne animal benedictiōe.

Secundum lucam. iiij.

IN illo tempore. Surgens
ieſus de ſynagoga: introi-
uit in domum ſymonis Socrus
autem ſymonis tenebatur ma-
gnis febribus: et rogauerūt illū
pro ea Et ſtans ſup illā / īperauit
febri: et dimiſit illā. Et continuo
ſurgens: miniſtrabat illis. Cum
autē ſol occidiſſet: omnes qui ha-
bebant infirmos varijs languo-
ribus / ducebant illos ad eum. At
ille ſingulis manus imponens:
curabat eos. Exibant autem de-
monia a multis clamantia et di-
centia: quia tu es filius dei Et in-
crepās nō ſinebat ea loqui: quia
ſciebant ipſum eſſe chriſtum. Fa-
cta autē die: egreſſus ibat in de-
ſertum locum: et turbe require-
bāt eū: et venerūt vſqꝫ ad ipſum:
et detinebant illū / ne diſcederet
ab eis. Quibus ille ait. Quia et
alijs ciuitatibus oportet me eu-
angelizare: regnū dei. Gr. Si am-
bulauero in medio tribulationis viui-
ficabis me dñe: et ſuper iram inimicoꝝ
meorū extendes manum tuā / ⁊ ſaluum
me fecit dextera tua. Secreta.

D Eus de cuius gratie rore de-
ſcendit: vt ad myſteria tua
purgatis ſenſibus accedamus:
preſta queſumus: vt in eorū tra-
ditione ſolēniter honoranda cō-
petēs deferamus obſequiū Per.
Prefatio. Qui corporali ieiunio
Cō. Tu mādaſti mādata tua cuſtodi-
ri nimis: vtinā dirigātur vie mee / ad cu-
ſtodiēdas iuſtificatiōes tuas. Cōplē.

S Acramenti tui domine vene-
rāda perceptio: et myſtico
nos mundet effectu: et perpetua
nos virtute defendat. Per dñm
noſtrum ieſum chriſtū filiū tuū.
Qui tecum. Oremus. Humiliate

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3

capita veſtra deo. Sup populū.

Defende domine familiam tuam toto tibi corde proſtratam: et ab hoſtium tuere formidine: ne t bona tua difficulter inueniat: pro qua et ſancti tui et angelice ſupplicant poteſtates. Per dn̄m noſtrū iheſum chriſtū.

¶ Feria. vi. poſt. Oculi. Introi.

Fac mecū domine ſignū in bono: vt videant qui me oderunt et cōfundātur quoniā tu domine adiuuiſti me/ et cōſolatus es me. Ps. Inclina dn̄e aurē tuā/ et exaudi me qm̄ inops et paup ſum ego. Glia. Oremus. Flectamus genu. Collecta.

Ieiunia nr̄a queſumus dn̄e benigno fauore proſequere vt ſicut ab alimētis abſtinem⁹ ī corpore: ita a vicijs ieiunemus ī mente Per dominum noſtrum.

¶ Lectio libri Numeri. xx.

In diebus illis. Cōuenerūt filij iſrael ad moyſen et aarō: et verſi in ſeditionem dixerunt. Da nobis aquam/ vt bibamus. Ingreſſuſqꝫ moyſes et aaron dimiſſa multitudīe in tabernaculum federis/ corruerunt proni in terram: clamaueruntqꝫ ad dn̄m atqꝫ dixerūt. Dn̄e deus/ audi clamorē populi huius: et aperi eis theſaurū tuū fontem aque viue: vt ſaciati/ ceſſet murmuratio eorū. Et apparuit glīa dn̄i ſup eos Locutuſqꝫ eſt dn̄s ad moyſen/ dicens. Tolle virgam/ et congrega populū tu et aaron frater tuus: et loquimini ad petrā corā eis: et illa dabit aquas. Cūqꝫ eduxeris aquā de petra: bibet oīs multitudo et iumenta eius. Tulit igitur moyſes virgā que erat in cōſpectu dn̄i/ ſicut p̄ceperat ei congregata multitudine āte petrā/ dixitqꝫ eis. Audite rebelles et increduli. Num de petra hac vobis aquā poterimus eijcere? Cumqꝫ eleuaſſet moyſes manum/ percutiēs virga bis ſilicē: egreſſe ſunt aque largiſſime/ ita vt populus biberet et iumenta. Dixitqꝫ dn̄s ad moyſen et aaron. Quia non credidiſtis michi/ vt ſanctificaretis me coram filijs iſrael: non introducetis hos populos ī terrā quam dabo eis. Hec eſt aqua cōtradictionis: vbi iurgati ſunt filij iſrael cōtra dominū: et ſanctificatus eſt in eis. Gr. In deo ſperauit cor meū/ et adiutus ſum: et refloruit caro mea: et ex volūtate mea cōfitebor illi. V. Ad te dn̄e clamaui: deus meus ne ſileas/ ne diſcedas a me. Tractus.

Domine nō ſcd̄m peccata noſtra facias nobis: neqꝫ ſcd̄m iniqtates nr̄as retribuas nobis. V. Domine ne memineris īiquitatum noſtrarum antiquar: cito anticipent nos mīe tue/ qa pauperes facti ſum⁹ nimis V. Adiuua nos deus ſalutaris nr̄: et ꝓpter gloriam noīs tui dn̄e libera nos: et propici⁹ eſto pctīs noſtris: propter nomē tuum

¶ Secundum Johannem. iiij.

In illo tēpore Venit ieſus in ciuitatem ſamarie que dicitur ſychar: iuxta predium quod dedit iacob filio ſuo ioſeph Erat autē ibi fons iacob Jeſus autem fatigatus ex itinere: ſedebat ſic

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3

ſupra fontem. Hora autem erat
quaſi ſexta. Venit mulier de ſa-
maria haurire aquã. Dicit ei ie-
ſus. Da michi bibere. Diſcipuli
enĩ eius abierãt in ciuitatem: vt
cibos emerent. Dicit ergo ei mu
lier illa ſamaritana. Quomodo
tu iudeus cũ ſis / bibere a me poſ
cis: que ſum mulier ſamaritana
Non enim coutũtur iudei ſama
ritanis. Reſpondit iheſus: et di-
xit ei. Si ſcires donũ dei / et quis
eſt qui dicit tibi da michi bibere:
tu forſitã petiſſes ab eo / et dediſ-
ſet tibi aquã viuam. Dicit ei mu
lier. Domine / neq͡ʒ in quo hauri
as habes: et puteus altus eſt Vn
de ergo habes aquã viuam: Nũ-
q̃d tu maior es patre nr̃o iacob /
qui dedit nobis puteum: et ipſe
ex eo bibit / et filij eius / et pecora
eius? Reſpondit iheſus: et dixit
ei. Omnis qui bibit ex aqua hac
ſitiet iterũ. Qui autẽ biberit ex
aqua quam ego dabo ei: non ſi-
tiet in eternũ. Sed aqua quam
ego dabo ei: fiet in eo fons aque
ſalientis in vitam eternam. Di
cit ad eum mulier. Dñe / da mi-
chi hanc aquã: vt non ſitiã / neq͡ʒ
veniam huc haurire. Dicit ei ie-
ſus Vade voca virũ tuum: et ve-
ni huc. Reſpõdit ei mulier: et di-
xit. Non habeo virum. Dicit ei
ieſus. Bene dixiſti: quia non ha-
beo virum. Quinq͡ʒ enĩ viros ha
buiſti: et nunc quẽ habes / nõ eſt
tuus vir. Hoc vere dixiſti. Dicit
ei mulier. Dñe: video quia pro-
pheta es tu Patres noſtri in mõ
te hoc adorauerunt. Et vos dici-
tis: quia hieroſolimis eſt locus /
vbi adorare oportet. Dicit ei ie-
ſus. Mulier crede michi / quia ve
niet hora: quando neq͡ʒ in mõte
hoc: neq͡ʒ in hieroſolimis / adora-
bitis patrẽ. Vos adoratis quod
neſcitis: nos adoramus quod ſci
mus / q̃a ſalus ex iudeis eſt. Sed
venit hora et nunc eſt: quando
veri adoratores / adorabunt pa-
trẽ in ſpiritu et veritate Nã ⁊ pa
ter tales querit: qui adorent eũ.
Spiritus eſt deus: et eos qui ad-
orant eum / in ſpiritu et veritate
oportet adorare Dicit ei mulier
Scio / quia meſſias venit: qui di-
citur chriſtus. Cum ergo vene-
rit / ille nobis annũciabit omnia
Dicit ei iheſus. Ego ſum / qui lo-
quor tecum. Et continuo vene-
runt diſcipuli eius / et mirabant
quia cum muliere loquebat. Ne
mo tamẽ dixit quid queris / aut
quid loqueris cum ea. Reliquit
ergo hidriã ſuã mulier: et abijt
in ciuitatem: et dicit illis homi-
nibus Venite et videte hominẽ:
qui dixit mihi omnia quecũq͡ʒ fe
ci. Nunq̃d ipſe eſt chriſtus? Exie-
rũt ergo de ciuitate: et veniebãt
ad eũ. Interea rogabãt eũ diſci-
puli eius dicẽtes. Rabbi / mandu
ca. Ille autẽ dixit eis. Ego cibũ
habeo manducare / quem vos ne
ſcitis. Dicebant ergo diſcipuli
adinuicem. Nũquid aliquis at-
tulit ei manducare? Dicit eis ie-
ſus. Meus cibus eſt: vt faciã vo-
luntatem eius qui miſit me: vt
perficiam opus eius. Nõne vos
dicitis: q adhuc quattuor men-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3

ſes ſunt/ et meſſis venit? Ecce di-
co vobis: leuate oculos vr̄os/ et
videte regiones: quia albe ſunt
iā ad meſſem. Et qui metit/ mer-
cedē accipit: et congregat fructū
in vitā eternā/ vt et qui ſeminat
ſimul gaudeat/ et q̇ metit In hoc
eñi eſt verbū verū: quia alius eſt
qui ſeminat: et alius eſt qui me-
tit. Ego miſi vos metere qđ vos
nō laboraſtis. Alij laborauerūt:
et vos in labores eorū introiſtis
Ex ciuitate autē illa multi credi
derunt in eū ſamaritanorū/ ꝓpt̄
verbum mulieris teſtimoniū ꝑ-
hibentis: quia dixit mihi omnia
quecūq; feci. Cū veniſſent ergo
ad illū ſamaritani: rogauerunt
eum vt ibi maneret Et māſit ibi
duos dies. Et multo plures cre-
diderunt: propter ſermonē eius
Et mulieri dicebant: q̇a iam nō
propter tuā loquelā credimus.
Ipſi eñi audiuimus/ et ſcimus q̇a
hic eſt vere ſaluator mūdi. Offer.
Intēde voci orationis mee/ rex meus et
deus me⁹: qm̄ ad te orabo dn̄e. Secre.

Reſpice dn̄e ꝓpicius ad mu-
nera que ſacramus: vt ⁊ ti
bi grata ſint/ et nobis ſalutaria
ſemp exiſtāt. Per. Prefatio Qui
corpo. Cōio. Qui biberit aquā quā
ego dabo ei dicit dn̄s ſamaritane: fiet i
eo fōs aque ſalientis in vitā etnā. Cōp.

Huius nos dn̄e ꝑceptio ſa-
cramēti mūdet a crimine:
et ad celeſtia regna ꝑducat. Per
dn̄m. Oremus humiliate capi-
ta veſtra deo. Super populum.

Preſta q̄s oīpotēs deus: vt
qui in tua protectiōe confi
dimus: cūcta nobis aduerſantia
te adiuuante vincamus. Per.

¶ Sabbato poſt. Oculi. Introi.

Verba mea auribus
ꝑcipe dn̄e/ intellige
clamorē meū: intē-
de voci orōnis mee
Ps. Qm̄ ad te orabo do
mine: mane exaudies vocē meā. Gl'ia.
Orem⁹. Flectamus ge. Collecta.

Preſta queſumus oīpotens
deus: vt q̇ ſe affligendo car
ne ab alimētis abſtinēt: ſectādo
iuſticiā a culpa ieiunent. Per do.

¶ Lectio danielis prophete. xiij.

In diebus illis. Erat vir in
babylone: ⁊ nomē eius ioa-
chim. Et accepit vxorē nomine
ſuſannā filiā helchie: pulchrā ni-
mis: et timentē dn̄m. Parentes
enim illius cū eſſent iuſti: erudie
rūt filiam ſuam ſcd̄m legē moyſi
Erat autē ioachim diues valde:
et erat ei pomeriū vicinū domui
ſue: et ad ipſum cōfluebāt iudei:
eo ꝙ eſſet honorabilior oīm. Et
cōſtituti ſunt duo ſenes iudices
in anno illo: de q̇bus locutus eſt
dn̄s: quia egreſſa eſt iniq̇tas de
babylone a ſenioribus iudicib⁹/
qui videbantur regere populū.
Iſti frequētabāt domū ioachim:
et veniebāt ad eos oēs qui habe
bāt iudicia. Cū autē populus re
uertiſſet per meridiem: ingredie
bat' ſuſanna: et deambulabat in
pomerio viri ſui. Et videbāt eā
ſenes quotidie ingredientē et de-
ambulantem: et exarſerūt in cō-
cupiſcentiam eius. Et euerterūt
ſenſum ſuum: et declinauerunt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3

oculos ſuos: vt non viderent ce-
lum/neqꝫ recordarentur iudicio-
rū iuſtorū. Factū eſt autē cū ob-
ſeruarēt diē aptū: ingreſſa eſt ali
quādo ſicut heri et nudiuſtertiꝰ/
cū duabus ſolis puellis: voluitqꝫ
lauari in pomerio. Eſtus quippe
erat. Et nō erat ibi quiſꝙ: preter
duos ſenes abſconditos/ cōtem-
plantes eam. Dixit ergo puellis
Afferte mihi oleū et ſmigmata: ⁊
hoſtia pomerij claudite/ vt lauer
Cū autē egreſſe eſſent puelle: ſur-
rexerūt duo ſenes / et accurrerūt
ad eā: et dixerunt. Ecce hoſtia po
merij clauſa ſunt: ⁊ nemo nos vi
det/ et in concupiſcētia tui ſumꝰ.
Quamobrem aſſentire nobis: et
commiſcere nobiſcum. Quod ſi
nolueris/ dicemus teſtimonium
cōtra te: ꝙ fuerit tecum iuuenis:
et ob hanc cauſam emiſeris puel
las a te Ingemuit ſuſanna et ait
Anguſtie michi ſunt vndiqꝫ. Si
enim hoc egero/ mors michi eſt.
Si autem non egero: non effugi
am manus veſtras. Sed melius
michi eſt abſqꝫ opere incidere in
manus veſtras: ꝙ peccare in cō-
ſpectu dñi. Et exclamauit voce
magna ſuſanna: exclamauerūt
autem ⁊ ſenes aduerſus eam. Cū
autem audiſſent clamorē in po-
merio famuli domus: irruerunt
per poſticū/ vt viderent quidnā
hoc eſſet. Poſtꝙ autē ſenes locu
ti ſunt/ erubuerūt ſerui vehemē-
ter: quia nunꝙ dictus fuerat ſer
mo huiuſcemodi de ſuſanna. Et
facta eſt dies craſtina. Cumqꝫ ve-
niſſet populus ad virū eius ioa-
chim: venerunt et duo preſbyte-
ri pleni iniqua cogitatione ad-
uerſum ſuſannā / vt interficerēt
eam. Et dixerunt coram populo
Mittite ad ſuſannā filiā helchie
vxorē ioachim. Et ſtatim miſe-
runt. Et venit cum parentibus
et filijs: ⁊ vniuerſis cognatꝰ ſuis
Flebant igitur ſui: et omnes qui
nouerant eam. Conſurgētes au
tē duo preſbyteri in medio po-
puli: poſuerūt manus ſuas ſup
caput eius. Que flēs: ſuſpexit ad
celū. Erat autē cor eius/ fiduciā
habēs in dño. Et dixerūt pſbite
ri. Cū deambularemus in pome
rio ſoli: ingreſſa eſt hec cum dua-
bus puellis: et clauſit hoſtia po-
merij/ et dimiſit a ſe puellas. Ve
nitqꝫ ad eā adoleſcēs / q̊ erat ab-
ſconditus: et concubuit cum ea.
Porro nos cū eſſemus in angu-
lo pomerij: videntes iniquitatē
cucurrimus ad eos: et vidimus
eos pariter cōmiſceri Et illū qui
dē nō quiuimus cōprehendere:
quia fortior nobis erat. Et ap-
to hoſtio exiliuit. Hanc autē cū
apprehendiſſemus interrogaui
mus quiſnā eſſet adoleſcens/ et no
luit indicare nobis. Huius rei te
ſtes ſumus. Credidit ei multitu-
do quaſi ſenibus populi et iudi-
cibus: et ꝯdēnauerūt eā ad mor-
tē Exclamauit aūt voce magna
ſuſanna/ et dixit. Deus eterne q̊
abſcōditorū es cognitor: q̊ noſti
oīa anteꝙ fiant: tu ſcis qm̄ falſū
contra me tulerunt teſtimoniū
Et ecce morior: cū nichil horū fe-
cerim/ que iſti malicioſi cōpoſue

rũt aduerſum me. Exaudiuit au
tẽ dñs vocẽ eius. Cũq; duceretur
ad mortem: ſuſcitauit deus ſpm̃
pueri iunioris/cui nomẽ daniel.
Et exclamauit voce magna Mũ
dus ego ſum a ſanguine huius.
Et ꝯuerſus oĩs pplꝰs ad eũ dixit
Quis eſt iſte ſermo quẽ tu locutꝰ
es? Qui cũ ſtaret in medio eorũ/
ait. Sic fatui filij iſrael non iudi
cãtes: neq; qđ verũ eſt cognoſcen
tes/cõdẽnaſtis filiã iſrael: Reuer
timini ad iudicium: q̇a falſum te
ſtimoniũ locuti ſũt aduerſus eã
Reuerſus eſt ergo populus cũ fe-
ſtinatione/et dixit ad eos daniel
Separate eos ab inuicem procul
et diiudicabo eos. Cum ergo di-
uiſi eẽnt alter ab altero: vocauit
vnum de eis et dixit ad eum. In-
ueterate dierum malorum: nũc
venerũt peccata tua que opera-
baris prius/iudicans iudicia in-
iuſta: innocentes opprimens/ et
dimittens noxios/ dicente dño:
innocentẽ et iuſtum non interfi
cies. Nũc ergo ſi vidiſti eam: dic
ſub qua arbore videris eos col-
loquentes ſibi: Qui ait. Sub cy-
no. Dixit autẽ daniel. Recte mẽ-
titus es in caput tuum. Ecce em̃
angelus dñi accepta ſentẽtia ab
eo/ſcindet te medium. Et amoto
eo/iuſſit venire alium: et dixit ei.
Semen chanaan et nõ iuda/ſpe-
cies decepit te: et concupiſcẽtia
ſubuertit cor tuũ. Sic faciebatis
filiabus iſrael: et ille timẽtes lo-
quebantur vobis: ſed nõ filia iu
da ſuſtinuit iniquitatem veſtrã
Nunc ergo dic michi ſub qua ar-
bore comprehenderis eos loquẽ
tes ſibi: Qui ait. Sub prino. Di-
xit autẽ ei daniel. Recte mentitꝰ
es/et tu in caput tuũ. Manet em̃
angelus dñi gladiũ habẽs: vt ſe-
cet te medium: et interficiat vos
Exclamauit itaq; om̃is cetus vo
ce magna: et benedixerũt deum:
qui ſaluat ſperantes in ſe. Et cõ-
ſurrexerũt aduerſus duos preſ-
biteros: conuicerat enim eos da
niel ex ore ſuo falſum dixiſſe teſti
moniũ. Feceruntq; eis ſicut ma-
le egerant aduerſus proximum:
et interfecerũt eos. Et ſaluatus
eſt ſanguis innoxius: in die illa.
Gr. Si ambulẽ in medio vmbre mor-
tis. non timebo mala: quoniam tu me-
cum es domine. V. Virga tua et bacu-
lus tuus: ipſa me conſolata ſunt.

¶ Secundum Johannem. viij.

IN illo tempore. Perrexit ie-
ſus in montẽ oliueti: et dilu
culo iterũ venit in templum. Et
om̃is populus venit ad eũ: et ſe
dens docebat eos. Adducunt au
tẽ ſcribe et phariſei mulierem in
adulterio deprehẽſam: et ſtatue
rũt eam in medio/ et dixerunt ei
Magiſter/hec mulier modo dep̄
hẽſa eſt in adulterio. In lege aũt
moyſes mandauit nobis huiuſ-
modi lapidare. Tu ergo quid di
cis: Hoc autem dicebãt temptã-
tes eum: vt poſſent accuſare eũ.
Jeſus autẽ inclinans ſe deorſum
digito ſcribebat in terram Cum
autem perſeuerarent interrogã
tes eum: erexit ſe/et dixit eis Qui
ſine peccato eſt veſtrum/primus
in illam lapidem mittat. Et iterũ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag
226 A 3

ſe inclinans:ſcribebat in terram
Audientes autem hec:vnus poſt
vnū exibant incipientes a ſenio-
ribus. Et remanſit ſolus ieſus:et
mulier in medio ſtans. Erigens
autē ſe ieſus:dixit ei. Mulier:vbi
ſunt qui te accuſabant: Nemo te
condemnauit: Que dixit. Nemo
domine. Dixit autem ei iheſus.
Nec ego te condemnabo. Vade/
et iā amplius noli peccare. Offer.
Greſſus meos dirige domine ſcđm
eloquiū tuū/vt non dominetur mei om
nis iniuſticia domine. Secreta.

C Oncede q̄s omnipotēs de⁹:
vt huius ſacrificij munus
oblatū:fragilitatē nr̄am ab om-
ni malo purget ſemp et muniat
Per dominum noſtrum. Prefa-
tio. Qui corporali ieiunio Cōio.
Nemo te cōdemnauit mulier:nemo do
mine:nec ego te condemnabo/iam am-
plius noli peccare. Complenda.

Q Veſumus omnipotēs deus:
vt inter eius mēbra nume-
remur:cuius corpori communi-
camus et ſanguini/dn̄i nr̄i iheſu
xp̄i filij tui. Qui tecum. Orem⁹.
Humiliate capita veſtra deo.

Super populum. Collecta.

P Retēde dn̄e fidelibus tuis
dexterā celeſtis auxilij: vt
te toto corde pq̄rant/ et q̄ digne
poſtulāt ꝯſequi mereātur. Per.

Dn̄ica. iiij. xl. Introitus.

L Etare iheruſalem/ꝛ
cōuētū facite oēs q̄
diligitis eā: gaude-
te cū leticia/ q̄ in tri-
ſticia fuiſtis:vt exul-
tetis ꝛ ſatiemini ab oberibus cō
ſolationis veſtre. Ps. Letatus ſum
in his que dicta ſunt mihi:in domū do-
mini ibimus. Gloria patri. Collecta.

C Oncede q̄s omnipotēs de⁹:
vt qui ex merito nr̄e actio-
nis affligimur:tue gratie conſo-
latione reſpiremus. Per dn̄m.

Ad galathas. iiij.

F Ratres. Scriptum eſt q̄m
abraham duos filios ha-
buit:vnū de ancilla/ et vnū de li-
bera Sed qui de ancilla/ſecundū
carnem natus eſt. Qui autē de li-
bera/p repromiſſionē que ſunt p
allegoriam dicta Hec enim ſunt
duo teſtamenta. Vnum quidem
in monte ſyna:in ſeruitutem ge
nerans:que eſt agar Syna enim
mons eſt in arabia/qui cōiunct⁹
eſt ei que nunc eſt iheruſalem: et
ſeruit cū filijs ſuis. Illa aūt q̄ ſur
ſum eſt iheruſalem libera eſt que
eſt mater noſtra. Scriptū eſt em̄
Letare ſterilis que nō paris:erū-
pe et clama que nō parturis: q̄a
multi filij deſerte/ magis q̄ eius
que habet virū. Nos autem fra-
tres ſecundum yſaac promiſſio-
nis filij ſumus. Sed q̄uo tunc is
qui ſecundum carnē natus fue-
rat:perſequebatur eum qui ſecū
dum ſpiritum: Ita et nunc. Sed
quid dicit ſcriptura: Ejice ancil-
lam et filium eius. Non em̄ erit
heres filius ancille:cum filio libe
re. Itaq fratres:non ſumus an-
cille filij: ſed libere. Qua liberta-
te:chriſtus nos liberauit. Gr. Le-
tatus ſum in his que dicta ſunt michi:
in domum domini ibimus. ℣. Fiat pax
in virtute tua: et abundantia in turri-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3

bus tuis. **Tractus.**

Qui confidũt in dño / ſicut mons ſyon: nõ cõmouebitur ineternũ / qui habitat in hieruſalem. **V.** Montes in circuitu eius: et dñs in circuitu populi ſui / ex hoc nunc et vſqz in ſeculum.

¶ **Secundum iohannem.** vi.

petra. Et aduoluit lapidē: ad ho
ſtiū monumēti. Offer. Cuſtodi me
dñe de manu peccatoris: ꝛ ab hoīb⁹ ini
quis eripe me domine. Secreta.

SAcrificia q̄s dñe nos propē
ſius iſta reſtaurent: que me
dicinalib⁹ ſūt inſtituta ieiunijs
Per do. Prefatio. Qui ſalutem.
Cōio. Aduerſū me exercebātur q̄ ſede
bāt ī porta: ꝛ in me pſallebāt q̄ bibebāt
vinū ego vero orōnē meā ad te dñe tp̄s
bn̄placiti de⁹ ī mľtitudīe mīe tue. Cōp.

SAnctificationibus tuis q̄s
oīpotēs de⁹: et vicia noſtra
curent: et remedia nobis ſempi-
terna ꝑueniāt Per. Orem⁹ Hūi
liate capita vr̄a deo Sup popu.

TVa nos miſericordia deus:
et ab omni ſurreptione ve
tuſtatis expurget: et capaces ſan
cte nouitatis efficiat. Per dñm.

¶ Feria.iiij.poſt do.ī ramiſpal.

IN noīe dñi omne ge
nu flectatur/celeſtiū
terreſtriū/ ꝛ inferno
rū: q̄a dñs factus eſt
obediēs vſq; ad mor
tem/mortē autē crucis. ideo dñs
ieſus chriſtus/in glia eſt dei p̄ris.
Ps. Dñe exaudi orōnē meā: et clamor
meus ad te veniat. Nō dicitur. Glo
ria pa. In noīe. ſine. Dñs vobiſ-
cum. Orem⁹ flectam⁹. Collecta.

DReſta q̄s oīpotēs deus: vt
qui noſtris exceſſib⁹ inceſ-
ſanter affligimur: per vnigeniti
tui paſſionē liberemur. Qui te.

¶ Lcō Yſaye ꝓphete. lxiij. c.

HEc dicit dñs deus. Dicite
filie ſyō. Ecce ſaluator tu⁹
venit: ecce merces ei⁹ cū eo Quis
eſt iſte qui venit de edom: tinctis
veſtibus de boſra: Iſte formoſus
in ſtola ſua: gradiēs in mľtitudi
ne fortitudinis ſue. Ego qui lo-
quor iuſticiā: et ꝓpugnator ſum
ad ſaluandū Quare ergo rubrū
eſt īdumētū tuum: et veſtimēta
tua ſicut calcātium in torculari:
Torcular calcaui ſolus: ꝛ de gen
tibus nō eſt vir mecum. Calcaui
eos in furore meo: et conculcaui
eos in ira mea. Et aſpſus eſt ſan-
guis eoꝝ ſup veſtimenta mea: et
oīa indumēta mea inq̄naui Di-
es enī vltiōis in corde meo: ann⁹
retributiōis mee venit Circūſpe
xi et nō erat auxiliator: q̄ſiui/et
nō fuit qui adiuuaret. Et ſalua-
uit michi brachiū meum: et indi
gnatio mea ip̄a auxiliata eſt mi
chi. Et conculcaui populos in fu
rore meo: et inebriaui eos indi-
gnatiōe mea: et detraxi in terrā
virtutē eoꝝ Miſerationū dñi re
cordabor: laudē dñi ſup oībus q̄
reddidit nob⁹: dñs deus nr̄. Gr.
Ne auertas faciē tuā a puero tuo: quo-
niam tribulor velociter exaudi me. V.
Saluū me fac deus: qm̄ intrauerūt aq̄
vſq; ad aīam meā: infixus ſum in limo
ꝓfundi / et nō eſt ſubſtātia. Dñs vo-
biſcū. Orem⁹. Flectam⁹ ge. Col.

DEus qui pro nobis filium
tuū crucis patibulum ſubi
re voluiſti: vt inimici a nobis ex-
pelleres poteſtatē: cōcede nobis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag
226 A 3

famulis tuis: vt reſurrectionis
gratiā conſequamur. Per eūdē.
¶ Lectio Iſaye prophete. liij
IN diebus illis. Dixit iſayas
Dñe: quis credidit auditui
noſtro: et brachiū dñi cui reuela-
tū eſt: Et aſcendit ſicut vīgultū
corā eo: et ſicut radix de terra ſi-
tiēti. Nō eſt ſpecies ei neqꝫ decor
Et vidimus eū/ ⁊ nō erat aſpect⁹
Et deſiderauim⁹ eū deſpectū et
nouiſſimū viroꝝ: virū dolorū et
ſciētē infirmitatem. Et quaſi ab
ſcōditus vultus eius ⁊ deſpectus
vnde nec reputauimus eū. Vere
lāguores nr̄os ipſe tulit: et dolo-
res nr̄os ipſe portauit Et nos pu
tauim⁹ eū q̄ſi lepſum: ⁊ pcuſſū a
deo/ et hūiliatū Ipſe aūt vulnera
tus eſt ppt̄ iniq̄tates nr̄as: attri-
tus eſt ppt̄ ſcelera nr̄a. Diſcipli-
na pacis nr̄e ſup eū: ⁊ liuore eius
ſanati ſum⁹ Oēs nos q̄ſi oues er
rauimus vnuſq̄ſqꝫ in viā ſuā de-
clinauit: et dn̄s poſuit in eo iniq̄
tatē oīm nr̄m. Oblat⁹ eſt q̄a ipſe
voluit/ et non aperuit os ſuū Si-
cut ouis ad occiſionē ducet̄: ⁊ q̄ſi
agnus corā tondēte ſe obmuteſ-
cet: et nō aperiet os ſuū De āgu-
ſtia/ et de iudicio ſublat⁹ eſt Gn̄a
tionē eius quis enarrabit: Quia
abſciſus eſt de terra viuētiū: ppt̄
ſcelus ppl̄i mei percuſſi eū Et da
bit impios p ſepultura: et diuites
p morte ſua eo ꝙ iniq̄tatē nō fe-
cerit: neqꝫ dolus fuerit in ore ei⁹
Et dn̄s voluit cōterere eū in īfir-
mitate. Si poſuerit p pctō aīam
ſuā: videbis ſemē longeuū: et vo
lūtas dn̄i in manu ei⁹ diriget̄: p
eo ꝙ tradidit ī mortē aīam ſuā:
et cū ſceleratis reputatus. eſt Et
ipſe pctā mltoꝝ tulit: et pro tranſ
greſſoribus orauit vt nō perirēt
Dicit dn̄s: omnipotēs. Tract⁹.
DOmine exaudi orationē meā: ⁊
clamor meus ad te veīat. V. Ne
auertas faciē tuā a me: in q̄cūqꝫ die tri
bulor/ īclina ad me aurē tuā. V. In qua
cūqꝫ die inuocauero te: velocit̄ exaudi
me. V. Quia defecerūt ſicut fumus di-
es mei: et oſſa mea ſicut in frixorio cōfrix
a ſunt. V. Percuſſus ſum ſicut fenū et
aruit cor meū q̄a oblit⁹ ſum comedere
panē meū. V. Tu exurgēs dn̄e miſere
beris ſyō: q̄a venit tēpus miſerēdi eius
Salutatio non dicit̄. ſed tantū
Paſſio domini noſtri ieſu chriſti.
xxij.
¶ Secundum lucam.



IN illo
tpe
Appropin
quabat di
es feſtus a-
zimoꝝ: qui
dicitur paſ
cha Et que
rebant pri
cipes ſacer
dotū et ſcribe: quō ieſum interfi-
cerent. Timebāt vero plebē. In-
trauit autē ſathanas in iudam
qui cognoīabatur ſcarioth: vnū
de duodecī. Et abijt et locutus ē
cū pricipibus ſacerdotum et ma-
giſtratib⁹/ queādmodū illū tra-
deret eis. Et gauiſi ſunt: et pacti
ſunt pecuniā illi dare. Et ſpopō
dit. Et querebat oportunitatē:
vt traderet illum ſine turbis. Ve
nit aūt dies azimorū: in qua ne-

ceſſe erat occidi paſcha: et miſit
petrū et iohānē dicēs. T Eūtes
parate nobis paſcha:vt mā duce-
mus. M At illi dixerūt A Vbi vis
paremus? M Et dixit ad eos. T
Ecce ītroeūtib⁹ vobis in ciuitatē
occurret vobis homo quidā am
phorā aque portās. Sequimini
eū in domū in quā intrat:et dice
tis p̄rifamilias domus. Dicit ti
bi magiſter. Vbi eſt diuſoriū vbi
paſcha cum diſcipulis meis mā-
ducē? Et ipſe oſtēdet vobis cena
culū magnū ſtratū:et ibi parate
M Eūtes autē inuenerunt ſicut
dixit illis: et parauerunt paſcha
Et cū facta eſſet hora diſcubuit:
et duodecim apoſtoli cum eo. Et
ait illis. T Deſiderio deſidera-
ui hoc paſcha manducare vobiſ
cum:anteq̄ patiar. Dico enī vo
bis: quia ex hoc nō manducabo
illud/ donec impleatur in regno
dei M Et accepto calice:gratias
egit et dixit T Accipite et diuidi
te inter vos. Dico enim vobis:
q̄ non bibā de generatiōe vitis/
donec regnū dei veniat M Et ac
cepto pane:grās egit: et fregit/ &
dedit eis dicens T Hoc eſt corp⁹
meū quod pro vobis datur Hoc
facite in meam cōmemorationē
M Similiter et calicē: poſtq̄ ce-
nauit dicens. T Hic eſt calix no-
uum teſtamētū in ſāguine meo
qui pro vobis fundetur. Verūta
men ecce manus tradentis me:
mecū eſt in menſa. Et quidē fili⁹
hoīs ſcdm q̄ diffinitū eſt vadit.
Verūtamen ve hoī illi per quem
tradetur. M Et ipſi ceperūt que
rere inter ſe: quis eſſet ex eis qui
hoc facturus eſſet Facta eſt autē
et contentio inter eos: quis eoꝝ
videretur eſſe maior. Dixit autē
eis. T Reges gentium dominā-
tur eorum: & qui poteſtatem ha
bent ſuper eos/ benefici vocātur
Vos autem non ſic. Sed qui ma
ior eſt in vobis/ fiat ſicut minor:
et qui preceſſor eſt ſicut miniſtra
tor. Nam quis maior eſt: qui re-
cūbit/ an qui miniſtrat: Nonne
qui recūbit? Ego autē in medio
veſtrum ſum/ ſicut q̄ miniſtrat
Vos autē eſtis: qui permāſiſtis
mecum in tēptationib⁹ meis Et
ego diſpono vobis/ ſicut diſpo-
ſuit michi pater meus regnū: vt
edatis et bibatis ſuper menſam
meā in regno meo:et ſedeatis ſu
per thronos iudicantes duodecī
tribus iſrael. M Ait autem dn̄s.
T Symon ſymō: ecce ſathanas
expetiuit vos/ vt cribraret ſicut
triticū. Ego autē rogaui pro te:
vt nō deficiat fides tua. et tu ali-
quando cōuerſus/ confirma fra
tres tuos. M Qui dixit ei. A Do
mine tecū paratus ſum/ et in car
cerē/ et in mortē ire. M At ille di-
xit. T Dico tibi petre:non cāta-
bit hodie gallus/ donec ter abne
ges noſſe me: M Et dixit eis. T
Quando miſi vos ſine ſacculo/ &
pera/ et calciamētis: nūquid ali-
quid defuit vobis? M At illi di-
xerunt. A Nichil. M Dixit ergo
eis. T Sed nunc qui habet ſaccu
lum:tollat ſimiliter & peram. Et
qui non habet:vendat tunicam
ſuā/ et emat gladiū. Dico enī vo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag
226 A 3

bis:qm̄ adhuc hoc qđ ſcriptū eſt
oportet īpleri in me: et cū iniqs
deputatus eſt. Etēm ea que ſunt
de me finē habēt. M. At illi dixe=
runt. A Dn̄e/ecce gladij duo hic
M. At ille dixit eis. T. Satis eſt.
M. Et egreſſus ibat ſcđm cōſue=
tudinem in montem oliuarum.
Secuti ſunt autē illū:et diſcipuli
Et cū perueniſſet ad locū:dixit il
lis. T. Orate: ne intretis in tēta=
tionē. M. Et ipſe auulſus eſt ab
eis:quantū iactus eſt lapidis. Et
poſitis genibus:orabat dicēs T
Pr̄: ſi vis trāſfer calicē iſtū a me.
Verūtamē nō mea volūtas: ſed
tua fiat. M. Apparuit aūt illi an
gelus de celo: confortans eum.
Et factus in agonia: prolixius ora
bat. Et factus eſt ſudor eius ſicut
gutte ſanguinis decurrentis in
terrā. Et cum ſurrexiſſet ab ora=
tione: et veniſſet ad diſcipulos
ſuos inuenit eos dormiētes pre
triſticia/et ait illis. T. Quid dor
mitis: Surgite orate:ne intretis
in tentationem M. Adhuc eo lo
quēte:ecce turba et qui vocaba=
tur iudas vn⁹ de duodecim an=
tecedebat eos:et appropinquauit
ieſu vt oſcularetur eū. Ieſus au=
tē dixit illi. T. Iuda oſculo filiū
hominis tradis? M. Vidētes au
tem hi qui circa ipſum erant qđ
futurū erat/dixerūt ei. A. Dn̄e ſi
percutimus in gladio? M. Et percuſ
ſit vnus ex illis ſeruū principis
ſacerdotum: et amputauit auri=
culam eius dexteram. Reſpon=
dens autem ieſus ait. T. Sinite
vſq; huc. M. Et cum tetigiſſet au

riculā eius: ſanauit eum. Dixit
autem ieſus ad eos qui venerāt
ad ſe:prīcipes ſacerdotū et magi
ſtratus tēpli et ſeniores. T. Qua
ſi ad latronē exiſtis cū gladijs et
fuſtibus: cū quotidie vobiſcū fu
erim in tēplo: nō extendiſtis ma
nus in me. Sed h eſt hora veſtra:
et poteſtas tenebrarum M. Com
prehendētes aūt eū: duxerūt ad
domū principis ſacerdotū. Pe
trus vero ſequebatur eū a lōge.
Accēſo autē igne in medio atrij
et circūſedentibus illis: erat pe
trus in medio eorū. Quē cum vi
diſſet ancilla quedā ſedētem ad
lumen/et eū fuiſſet intuita: dixit
A Et hic cum illo erat. M At ille
negauit eum dicens. A Mulier
non noui illum M Et poſt puſil
lum: alius videns eū/dixit. A Et
tu de illis es. M Petrus vero ait
A O homo nō ſū M Et interual
lo facto quaſi hore vnius: alius
quidam affirmabat: dicēs. A Ve
re et hic cū illo erat. Nam et ga
lileus eſt. M Et ait petrus. A Ho
mo: neſcio quid dicis. M Et cōti
nuo adhuc illo loquente. canta
uit gallus. Et conuerſus dn̄s: re
ſpexit petrū Et recordatus eſt pe
trus verbi domini ſicut dixerat:
quia priuſq̄ gallus cātet: ter me
negabis Et egreſſus foras petrus
fleuit amare Et viri qui tenebāt
eum: illudebant ei cedentes. Et
velauerūt eū: et percutiebāt faciē
eius. et interrogabāt eū/dicētes
A. Prophetiza. Quis eſt qui te
percuſſit? M Et alia multa blaſ
phemātes dicebant in eū: Et v

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag
226 A 3

factꝰ eſt dies: ↄuenerūt ſeniores plebis et principes ſacerdotum et ſcribe: et duxerūt illū in conciliū ſuū / dicentes. A Si tu es chriſtus: dic nobis. M Et ait illis. T Si vobis dixero: nō credetis michi. Si aūt et interrogauero: nō reſpondebitis michi neq; dimittetis. Ex hoc autē: erit filius hominis ſedēs a dextris virtutꝫ dei M Dixerūt aūt oēs. A Tu ergo es filius dei? M Qui ait. T Vos dicitis: quia ego ſum. M At illi dixerunt. A Quid adhuc deſideramus teſtimonium? Ipſi enim audiuimꝰ de ore eius. M Et ſurgens oīs multitudo eorū: duxerunt illum ad pylatū. Ceperunt autem accuſare illum dicētes A. Hunc inuenimus ſubuertentem gentē noſtrā: et ꝓhibentē tributa dare ceſari: et dicētem ſe xp̄m regē eſſe M Pylatus autē: interrogauit eum dicēs. A Tu es rex iudeorū? M At ille reſpondens ait. T Tu dicis. M Ait autē pilatus ad principes ſacerdotū: et turbas. A Nichil iuenio cauſe in hoc homine. M At illi inualeſcebant / dicētes. A Cōmouit populum docēs per vniuerſam iudeā incipiens a galilea vſq; huc. M. Pylatus autē audiēs galileam: interrogauit ſi homo galileꝰ eſſet. Et vt cognouit ꝙ de herodis poteſtate eſſet: remiſit eū ad herodem: qui et ipſe hieroſolimis erat illis diebus. Herodes autē viſo ieſu: gauiſus eſt valde. Erat enī cupiens ex multo tp̄e videre eū: eo ꝙ audiret multa de illo: et ſperabat ſignū aliqđ videre ab eo fieri. Interrogabat autē illū multis ſermonibꝰ. At ipſe nichil illi reſpondebat. Stabāt etiam principes ſacerdotū et ſcribe: cōſtanter accuſantes eum Spreuit autē illum herodes cū exercitu ſuo: et illuſit indutū veſte alba et remiſit ad pilatum. Et facti ſūt amici herodes ⁊ pylatꝰ ī ipſa die nam antea inimici erāt adinuicem. Pylatus aūt cōuocatis pricipibꝰ ſacerdotū ⁊ magiſtratibꝰ et plebe: dixit ad illos. A Obtuliſtis michi hūc hominem quaſi auertentē populū: et ecce ego coram vobis interrogās / nullam cauſam inuenio in homine iſto: ex his in quibus eum accuſatis: ſed neq; herodes. Nā remiſi vos ad illū: et ecce nichil dignū morte actū eſt ei. Emēdatū ergo illū dimittā. M Neceſſe autem habebat dimittere eis per diē feſtum vnū. Exclamauit aūt ſimul vniuerſa turba / dicēs. A Tolle hunc et dimitte nobis barrabam. M Qui erat propter ſeditionē quādam factā in ciuitate et homicidiū: miſſus in carcerē. Iterū autem pylatus locutus eſt ad illos volens dimittere iheſum. At illi ſuclamabāt / dicētes. A Crucifige: crucifige illum. M Ille autē tertio dixit ad illos. A Quid enī mali fecit iſte? Nullā cauſā mortis inuenio in eo. Corripiā ergo illū et dimittam. M At illi inſtabant vocibus magnis: poſtulantes vt crucifigeretur. Et inualeſcebant voces eorum. Et pylatꝰ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag
226 A 3

adiudicauit fieri petitionē eorū
Dimiſit aūt illis eū qui propter
homicidium ꝛ ſeditionē miſſus
fuerat in carcerē quem petebāt:
ieſum vero tradidit volūtati eo-
rum. Et cū ducerēt eū: apphēde-
rūt ſymonē quendā cyrenēſem
venientē de villa: et impoſuerūt
illi crucē portare poſt ieſum. Se
quebatur autē illū multa turba
populi et mulierū: q̄ plangebāt
et lamētabantur eū. Conuerſus
autē ad illas ieſus dixit. T. Filie
hieruſalē nolite flere ſup me: ſed
ſuper voſipſas flete: et ſup filios
veſtros. Quoniā ecce venient di-
es in quibus dicēt. Beate ſteriles
et ventres / que non genuerūt: ꝛ
vbera / que nō lactauerūt. Tunc
incipient dicere mōtibus / cadite
ſup nos: et collibus / operite nos.
Quia ſi in viridi ligno hec faciūt
in arido quid fiet? M. Duceban-
tur autē et alij duo neq̄ cum eo:
vt interficerētur. Et poſtq̄ vene
runt in locū qui vocatur calua-
rie: ibi crucifixerūt eum / et latro
nes: vnū a dextris / et alterū a ſi-
niſtris. Jeſus autem dicebat. T.
Pater dimitte illis: nō eni ſciūt
quid faciūt. M. Diuidētes vero
veſtimēta eius: miſerūt ſortes.
Et ſtabat populus expectans: ꝛ
deridebant illū principes cū eis
dicētes. A. Alios ſaluos fecit: ſeip
ſum ſaluū faciat / ſi hic eſt chriſtꝰ
dei dilectus. M. Illudebāt aūt ei
et milites: accedentes et acetū of
ferentes illi ꝛ dicētes. A. Si tu es
rex iudeorꝫ: ſaluū te fac. M. Erat
autē et ſupſcriptio ſcripta ſuper
illū: litteris grecis et latinis ꝛ he
braicis. Hic eſt rex iudeorū. Vnꝰ
autem de his qui pēdebāt latro-
nibus blaſphemabat eū: dicens
A. Si tu es chriſtus: ſaluum fac te-
metipſū et nos. M. Reſpondens A.
alter: increpabat illum dicēs.
Neq̄ tu times deum: qui in eadē
dānatiōe es? Et nos quidē iuſte:
nā digna factꝭ recepimus: hic ve-
ro nichil mali geſſit. M. Et dice-
bat ad ieſum. A. Dn̄e: memento
mei / dum veneris in regnū tuū.
M. Et dixit illi ieſus. T. Amen di
co tibi: hodie mecū eris in para-
diſo. M. Erat aūt fere hora ſexta
et tenebre facte ſunt in vniuerſam
terrā: vſq̄ in horā nonā. Et ob-
ſcuratus eſt ſol: ꝛ velū tēpli ſciſſū
eſt medium. Et clamās voce ma-
gna ieſus / ait. T. Pater in manꝰ
tuas ꝯmēdo ſpiritū meū. M. Et
hec dicēs exſpirauit ¶ Hic flec
genubus legat. Pater noſter Vi
dēs aūt cēturio qđ factū fuerat
glorificauit deū / dicens. A. Vere
hic homo iuſtus erat. M. Et oēs
turba eorū qui ſimul aderāt ad
ſpectaculū iſtud: et videbāt que
fiebant: percutiētes pectora ſua re
uertebant. Stabāt autē oēs no
ti eius a longe: ꝛ mulieres q̄ ſecu
te erant eū a galilea hec videntes
¶ Euangeliū more ſolito cātat
Et ecce vir noīe ioſeph / qui
erat decurio: vir bonꝰ ꝛ iu
ſtus / hic nō cōſenſerat ꝯſilio et ac
tibus eorꝫ ab arimathia ciuitate
iudee: qui exſpectabat et ipſe re
gnū dei. Hic acceſſit ad pylatū: ꝛ
petijt corpus ieſu Et depoſitum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag
226 A 3

inuoluit in ſyndone: ⁊ poſuit eū
in monumēto exciſo In quo nō
dum quiſq̄ poſit⁹ fuerat. Offr.
Dñe exaudi orationē meam: et clamor
meus ad te veniat. Secreta.
Purifica nos miſericors de-
us: vt eccleſie tue p̄ces que
tibi grate ſunt/pia munera defe
rentes: fiāt expiatis mētib⁹ gra-
tiores. Per. Prefatio. Qui ſalu.
Cōia. Potū meū cū fletu temperabā/
quia eleuās alliſiſti me: et ego ſicut fe-
num arui: tu aūt dñe ī eternū pmanes
tu exurgēs miſereberis ſyō/ quia venit
tempus miſerendi eius. Complēda
Largire ſenſib⁹ nr̄is omp̄s
de⁹: vt per temporalē filij
tui mortē/quam hec miſteria ve
neranda teſtātur: vitā nobis te
dediſſe perpetuā cōfidam⁹. Per
eūd. Orem⁹ Hūiliate capita vr̄a
deo. Super populū. Collecta.
Reſpice q̄s dñe ſuper hanc
familiā tuā ꝓ qua dñs no
ſter ieſus chriſtus nō dubitauit
manib⁹ tradi nocentiū: et crucis
ſubire tormentum. Qui tecum.
¶ Feria. v. in cena dñi. Introit⁹
Nos aūt gl'iari opor
tet ī cruce dñi nr̄i ie
ſu xp̄i / in quo eſt ſa-
lus vita et reſurrec-
tio nr̄a: per quē ſal-
uati et liberati ſumus. Ps Deus
miſereatur noſtri et bn̄dicat nobis illu
minet vultū ſuū ſup nos / et miſereat^r
noſtri. Nō dicitur. Gl'a patri. Nos
autem. Dn̄s vobiſcū. Sed non
dicitur Flectam⁹ ge. Collecta.
Deus a quo ⁊ iudas reatus
ſui penā: et cōfeſſionis ſue
latro premiū ſumpſit: cōcede no
bis tue ꝓpiciationis effectū: vt ſi
cut in paſſione ſua ieſus chriſtus
dñs noſter / diuerſa vtriſq̄ intu-
lit ſtipēdia meritorū: ita nobis
ablato vetuſtatis errore/reſurre
ctionis ſue gratiā largiat^r. Qui
tecum. Ad corinthios. prime. xi
Fratres. Cōuenietibus vo
bis in vnū: iā nō eſt dñicā
cenā manducare. Vnuſq̄ſq̄ enī
cenā ſuā preſumit ad manducā-
dum Et ali⁹ quidē eſurit. ali⁹ aūt
ebri⁹ eſt. Nūquid domos nō ha-
betis ad mādu cādū et bibendū?
Aut eccleſiā dei cōtēnitis et con-
funditis eos qui nō habēt? Quid
dicam vobis? Laudo vos/ in hoc
non laudo. Ego enī accepi a do-
mino quod ⁊ tradidi vobis: quo
niā dñs ieſus in qua nocte trade
batur accepit panem: et gratias
agens/ fregit et dixit. Accipite et
manducate. Hoc eſt corpus meū
quod pro vobis tradet^r. Hoc fa-
cite in meā cōmemorationē. Si
militer et calicem poſtq̄ cenauit
dicens. Hic calix nouū teſtamen
tum eſt in meo ſanguine. Hoc fa
cite quotiēſcūq̄ bibetis in meā
cōmemorationē. Quotienſcūq̄
enim manducabitis panem hūc
et calicē bibetis: mortem dñi an-
nunciabitis donec veniat Itaq̄
quicūq̄ manducauerit panem/
et biberit calicē dñi indigne: re⁹
erit corporis/et ſanguinis dñi.
Probet autem ſeipſum homo: ⁊
ſic de pane illo edat: et de calice
bibat. Qui enim manducat ⁊ bi
bit indigne iudiciū ſibi mandu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag
226 A 3

cat et bibit: nõ diiudicans corpꝰ dñi. Ideo inter vos multi infir‍mi ⁊ imbecilles et dormiũt mul‍ti. Qđ ſi noſmetipſos diiudicare mus: nõ vtiq; iudicaremur. Dũ iudicamur autem: a dño corripi mur: vt non cũ hoc mũdo dãne‍mur. **Gr.** Chriſtꝰ factꝰ eſt pro nobis obediẽs vſq; ad mortẽ: mortẽ autẽ cru cis. **V.** Propter qđ et deus exaltauit il‍lũ/ et dedit illi nomẽ quod eſt ſuper oẽ nomen. **Scdm Johannẽ.** xiij.

In illo tẽpore. Ante diem feſ tum paſche: ſciẽs ieſus quia venit hora eius vt trãſeat ex hoc mũdo ad patrem: cum dilexiſſet ſuos qui erant in mũdo: in finẽ dilexit eos. Et cena facta/ cũ dia‍bolus iam miſiſſet in cor vt tra‍deret eum iudas ſimonis ſcario‍this: ſciens quia oĩa dedit ei pa‍ter in manus; et q̃a a deo exiuit et ad deũ vadit: ſurgit a cena/ et ponit veſtimenta ſua. Et cũ acce piſſet lintheũ/ p̃cinxit ſe. Deinde miſit aquã in peluim: et cepit la‍uare pedes diſcipulorꝝ: ⁊ exterge re lintheo quo erat precinctus. Venit ergo ad ſimonẽ petrũ: et dicit ei petrus. Dñe: tu michi la‍uas pedes: Reſpondit ieſus/ et di cit ei. Quod ego facio/ tu neſcis modo: ſcies autẽ poſtea. Dicit ei petrus. Non lauabis michi pe‍des in eternũ. Reſpõdit ei ieſus. Si non lauero te: non habebis partẽ mecum. Dicit ei ſymon pe trus. Dñe/ nõ tãtũ pedes meos: ſed et manus et caput. Dicit ei ie ſus. Qui lotus eſt: non indiget niſi vt pedes lauet: ſed eſt mun‍dus totus. Et vos mundi eſtis: ſed non omnes. Sciebat enĩ quiſ nam eſſet qui traderet eũ prop‍terea dixit/ non eſtis mundi om‍nes. Poſtq̃ ergo lauit pedes eo‍rum: accepit veſtimẽta ſua: ⁊ cũ recubuiſſet iterum/ dixit eis. Sci tis quid fecerim vobis: Vos vo‍catis me magiſter et domine: et bene dicitis. Sum etenim. Si er‍go ego laui pedes vr̃os dominꝰ et magiſter: et vos debetis alter alterius lauare pedes. Exemplũ enim dedi vobis: vt quemadmo dum ego feci vobis/ ita et vos fa‍ciatis. **Offr.** Dextera dñi fecit virtu tem dextera dñi exaltauit me, non mo riar ſed viuã: et narrabo opera domini

Due hoſtie conſecrentur: et vna in craſtinũ reſeruetur. Secreta.

Ipſe tibi queſumus domine ſancte pater omnipotens eterne deus: ſacrificiũ noſtrum reddat acceptum: qui diſcipulis ſuis in ſui cõmemoratione hoc fieri hodierna traditiõe mõſtra uit: ieſus chriſtus dñs nr̃. Qui te‍cum viuit. **Infra canonem.**

Communicantes et diẽ ſa‍cratiſſimũ celebrãtes quo dñs noſter ieſus chriſtus pro no bis traditus eſt. Sed ⁊ memoria venerantes. In primis glorioſe ſẽp v̓ginis marie geñtricis eiuſdẽ.

Hanc igitur oblationẽ ſer‍uitutis noſtre: ſed et cũcte familie tue quã tibi offerimꝰ ob diem in qua dñs nr̃ ieſus chriſtꝰ tradidit diſcipulis ſuis: corporis et ſanguinis ſui miſteria celebrã da queſumus domine vt placatꝰ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag
226 A 3

acciptas. ¶ Infra actionem.

QUi pridie ꝙ ꝓ noſtra oim ſalute pateretur: hoc eſt hodie accepit panem in ſanctas / ac venerabiles manus ſuas. Et eleuatis in ce. ⁊c. ¶ Hic reſeruat' corpus chriſti in craſtinū. Sanguis vero penitus conſūmatur. Pax dñi. Et cum ſpū tuo. Agnus dei: Sine oſculo. Et non dicitur dona nobis pacem ſed ter miſerere nobis. Cōio. Dñs ieſus poſtꝙ cenauit cū diſcipulis ſuis: lauit pedes eorū ⁊ ait illis / ſcitis quid fecerim vobis: ego dñs et magiſter exemplum dedi vobis vt et vos ita faciatis. Finita communione eleuādo calicem ſacerdos incipiat antiphonā ad veſperas antequā collecta dicat'. Antipho.



CAlicem ſalutaris accipiā: ⁊ nomen dñi inuocabo. ps. Credidi. Aña. Cum his qui oderunt pacem eram pacificus: cum loquebar illis impugnabāt me gratis. ps. Ad dñm cū tribularer. Aña. Ab hominibus iniquis libera me domine. ps. Eripe me dñe. Aña. Cuſtodi me a laqueo quem ſtatuerunt michi: et ab ſcandalis operātium iniquitatē. ps. Dñe clamaui. Aña. Conſiderabam ad dexteram et videbam: et non erat qui cognoſceret me. ps. Voce mea. Ad mgt. Antipho.



Cenantibus autē accepit ieſus panē bñdixit ac fregit dedit diſcipulis ſuis. ps. Magnificat. Dñs vobiſcū. Et cū ſpū tuo. Cōplēda.

REfecti vitalibus alimentis qs dñe de' noſter: vt qđ tēpore noſtre mortalitatis exequimur / immortalitatis tue munere conſequamur. Per. Benedicamus dño. Deo gratias. ¶ In paraſceue Miſſa nō cātatur / ſed ſacerdos procedens ad altare ſine vllo cantu ad orandū ſicut mos eſt mittit paruū lintheū ſup altare nudum de ſub euangelio: et oſculato altari legat lectionem oſee ꝓphete abſq; titulo incipiēs

IN tribulatiōe ſua (Oſee. vi mane conſurgēt ad me. Venite ⁊ reuertamur ad dñm: quia ipſe cepit ⁊ ſanabit nos: percutiet ⁊ curabit nos. Viuificabit nos poſt duos dies: in die tertia ſuſcitabit nos. Et viuemus in conſpectu eius: ſciemus ſequemurq; / vt cognoſcam' dñm. Quaſi diluculum preparatus eſt egreſſus eius et veniet quaſi imber nobis temperaneus et ſerotin' terre. Quid faciam tibi effraym: Quid faciā tibi iuda: Mia veſtra quaſi nubes matutina: et quaſi ros mane pertranſiens: propter hec dolaui in prophetis / ⁊ occidi eos in vbis oris mei. Et iudicia tua qſi lux egredientur: quia miſericordiā volui et nō ſacrificiū / ⁊ ſcientiam dei plu' ꝙ holocauſta. Tractus.

DOmine audiui auditum tuum / ⁊ timui: conſideraui opera tua / et expaui. ỽ. In medio duū animaliū innoteſceris dum appropinquauerint anni cognoſceris / dum aduenerit tempus oſtenderis. ỽ. In eo dum conturbata

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag
226 A 3

fuerit anima mea in ira miſericordie
memor eris. ℣. Deus a libano veniet: et
ſanctꝰ de mōte vmbroſo ⁊ condenſo. ℣.
Operuit celos maieſtas eius: et laudis
eiꝰ plena eſt terra. Sine Dn̄s vobiſ-
cū. Oremꝰ. Flectamꝰ ge. Collecta.
DEus a quo et iudas reatus
ſui penam: et confeſſionis
ſue latro premiū ſumpſit: cōcede
nobis tue propiciatiōis effectū:
vt ſicut in paſſione ſua ieſus chri
ſtus dn̄s noſter diuerſa vtriſqʒ in
tulit ſtipēdia meritorum: ita no-
bis ablato vetuſtatꝭ errore/reſur-
rectionis ſue gratiam largiatur.
Qui tecum. ¶ Legitur ſine titulo.
IN diebus illis. Dixit dn̄s ad
moyſen ⁊ aaron ī terra egy-
pti: Mēſis iſte vobis principium
mēſium: primus erit in mēſibus
anni. Loquimini ad vniuerſum
cetum filiorum iſrael/⁊ dicite eis:
Decima die menſis huius: tollat
vnuſquiſqʒ agnū per familias/et
domos ſuas. Sin autē minor eſt
numerꝰ: vt ſufficere poſſit ad veſ-
cendum agnum/aſſumet vicinū
ſuum qui cōiūctus eſt domui eiꝰ/
iuxta numerum animarum que
ſufficere poſſint ad eſum agni.
Erit autē agnus abſqʒ macula:
maſculus anniculus. Iuxta quē
ritum tolletis ⁊ hedum: ⁊ ſeruabi
tis eum vſqʒ ad quartā decimam
diē menſis huius. Immolabitqʒ
eum vniuerſa multitudo filiorū
iſrael ad veſperam. Et ſument de
ſanguine/ac ponēt ſuper vtrūqʒ
poſtem: ⁊ in ſuperliminaribꝰ do-
morū/in quibꝰ comedēt illū. Et
edēt carnes nocte illa aſſas igni/
et azimos panes cū lactucis agre
ſtibus. Non comedetis ex eo cru-
dum quid: nec coctū aqua/ſed aſ-
ſum tm̄ igni. Caput cum pedibꝰ
eius/⁊ inteſtinis vorabitis: et os
eius non confringetis/nec rema-
nebit ex eo quicꝗ̄ vſqʒ mane. Si
quid reſiduum fuerit: igne cōbu-
retis. Sic autē comedetis illum:
Renes veſtros accingetis: ⁊ calcia
menta habebitis in pedibus: te-
nentes baculos in manibus: ⁊ co
medetis feſtinanter. Eſt enī pha-
ſe: id eſt tranſitus dn̄i. Tractus.
ERipe me dn̄e ab homīe malo: a vi
ro iniquo libera me. ℣. Qui cogi
tauerūt malicias in corde: tota die cōſti-
tuebāt prelia. ℣. Acuerūt linguas ſuas
ſicut ſerpētes: venenū aſpidū ſub labijs
eorꝫ. ℣. Cuſtodi me dn̄e de manu pctōr̄
⁊ ab hoībꝰ iniq̄s libera me. ℣. Qui cogi-
tauerūt ſupplātare greſſꝰ meos: abſcōde-
rūt ſuperbi laqueū mihi. ℣. Et funes exte
derūt in laqueū pedibꝰ meis: iuxta iter
ſcādalū poſuerūt michi. ℣. Dixi dn̄o deꝰ
meꝰ es tu: exaudi vocē orōnis mee. ℣.
Dn̄e dn̄e virtus ſalutis mee: obūbraſti
caput meum ī die belli. ℣. Ne tradas me
a deſiderio meo peccatori: cogitauerunt
aduerſum me: ne derelinq̄s me/ne vnq̄
exaltētur. ℣. Caput circuitus eorum: la-
bor labiorum ipſorū operiet eos. ℣. Ve-
runtamen iuſti confitebuntur nomini
tuo: et habitabunt recti cum vultu tuo.



¶ Quo fito neqʒ paſ-
ſio dn̄i/ nec. Dominꝰ
vobiſcū dr: ſed cātū
EGreſſus eſt ie
ſus cū diſcipu-
lis ſuis trans torrētē
cedron: vbi erat ortus. In quem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3

introiuit ipſe: ⁊ diſcipuli eiꝰ. Sciebat autem ⁊ iudas qui tradebat eum locum: quia frequēter ieſus conuenerat illuc cum diſcipulis ſuis. Judas ergo cum accepiſſet cohortem: ⁊ a pōtificibꝰ et phariſeis miniſtros: venit illuc cum laternis et facibus et armis. Jeſus itaqꝫ ſciens omnia que ventura erant ſuper eum: proceſſit ⁊ dixit eis. T Quem queritis? M Reſpōderunt ei. J Jeſum nazarenum. M Dicit eis ieſus. T Ego ſū. M Stabat autem ⁊ iudas qui tradebat eum cum ipſis. Vt ergo ieſus dixit eis ego ſum: abierunt retrorſum et ceciderunt in terram. Iterum ergo interrogauit eos. T Quē queritis? M Jlli autem dixerunt. J Jeſum nazarenum. M Reſpondit ieſus. T Dixi vobis: quia ego ſum. Si ergo me queritis: ſinite hos abire. M Vt impleretur ſermo quem dixit: qꝛ quos dediſti michi non perdidi ex eis quēq̄. Symō ergo petrus habēs gladium eduxit eum: et percuſſit pōtificis ſeruum: et abſcidit auriculam eius dexteram. Erat autem nomē ſeruo malchus. Dixit ergo ieſus petro. T Mitte gladium tuū in vaginam. Calicem quē dedit michi pater: nō vis vt bibam illum? M Cohors ergo et tribunus et miniſtri iudeorum comprehenderunt ieſum: et ligauerunt eum/ et duxerūt eum ad annam primū. Erat enim ſocer capphe/ qui erat pontifex anni illius. Erat autem capphas/ qui cōſilium dederat iudeis: quia expedit vnum hominem mori pro populo. Sequebatur autem ieſum ſymō petrus et aliꝰ diſcipulus. Diſcipulus autem ille erat notus pontifici: et introiuit cum ieſu in atrium pontificis Petrus autē ſtabat ad hoſtium foris. Exiuit ergo diſcipulus aliꝰ/ qui erat notus pontifici: et dixit hoſtiarie: et introduxit petrum. Dixit ergo petro/ ancilla hoſtiaria. J Nunquid ⁊ tu ex diſcipulis es hominis iſtius? M Dicit ille. J Non ſum. M Stabant autem ſerui et miniſtri ad prunas: quia frigus erat/ et calefaciebant ſe. Erat autem cum eis et petrus ſtans: ⁊ calefaciens ſe. Pōtifex ergo interrogauit ieſum de diſcipulis ſuis: et de doctrina eius. Reſpondit ei ieſus. T Ego palā locutꝰ ſum mūdo: ego ſemper docui ī ſynagoga ⁊ in templo quo omnes iudei cōueniunt: et in occulto locutꝰ ſum nichil. Quid me īterrogas? Interroga eos qui audierunt quid locutus ſum ipſis. Ecce hij ſciunt/ q̄ dixerim ego. M Hec cum dixiſſet: vnus aſſiſtens miniſtrorū: dedit alapam ieſu/ dicens. J Sic reſpōdes pontifici? M Reſpondit ei ieſus. T Si male locutus ſum: teſtimoniū perhibe de malo. Si autē bene: qd̄ me cedis? M Et miſit eū annas ligatum ad cappham pōtificem. Erat autem ſymō petrꝰ ſtans/ et calefaciens ſe. Dixerunt ergo ei. J Nunquid et tu ex diſcipulis eiꝰ es. M Negauit ille/ et dixit. J Non ſum. M Dicit ei vnus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag
226 A 3

ex ſeruis pōtificis: cognatꝰ eius/
cuius abſcidit petrus auriculam
J Nonne ego te vidi in orto cum
illo? M Iterum ergo negauit pe-
trus: et ſtatim gallus cātauit. Ad
ducunt ergo ieſum a cayppha in
pretorium. Erat autē mane. Et
ipſi nō introierunt in pretorium
vt nō contaminarentꝰ: ſed vt mā
ducarent paſcha. Exiuit ergo py
latus ad eos foras/ ⁊ dixit. J Quā
accuſationem affertis aduerſus
hominem hūc? M Reſponderūt
et dixerunt ei. J Si non eſſet hic
malefactor: nō tibi tradidiſſemꝰ
eum. M Dixit ergo eis pylatus.
J Accipite eum vos: et ſcdm̄ le-
gem veſtram iudicate eū. M Di-
xerunt ergo ei iudei. J Nobis nō
licet īterficere quemq̄. M Vt ſer-
mo ieſu impleretur quem dixit: ſi
gnificans qua morte eſſet mori-
turus. Introiuit ergo iterum in
pretorium pylatus ⁊ vocauit ie-
ſum: et dixit ei. J Tu es rex iudeo
rum? M Et reſpondit ieſus. T A
temetipſo hoc dicis: an alij tibi di
xerunt de me? M Reſpondit py-
latus. J Nūquid ego iudeꝰ ſum?
Gens tua et pontifices tui: tradi
derunt te michi. Quid feciſti? M
Reſpondit ieſus. T Regnū meū/
non eſt de hoc mundo. Si ex hoc
mundo eſſet regnum meum: mi-
niſtri mei vtiq̄ decertarēt/ vt nō
traderer iudeis. Nunc autem re-
gnum meum: nō eſt hinc. M Di-
xit itaq̄ ei pylatꝰ. J Ergo rex es
tu. M Reſpondit ieſus. T Tu di-
cis: quia rex ſum ego. Ego in hoc
natus ſum: et ad hoc veni in mū-
dum: vt teſtimonium perhibeā
veritati. Omnis qui eſt ex verita
te: audit vocem meam. M Dixit
ei pylatus. J Quid eſt veritas? M
Et cū hoc dixiſſet: iterū exiuit ad
iudeos ⁊ dixit eis. J Ego nullam
inuenio in eo cauſam. Eſt autem
conſuetudo vobis: vt vnū dimit
tam vobis ī paſcha. Vultis ergo
dimittam vobis regem iudeorū?
M Clamauerūt rurſum omnes
dicētes. J Non hūc: ſed barrabā.
M Erat autem barrabas latro.
Tunc ergo apprehēdit pylatus
ieſū: et flagellauit. Et milites ple-
ctentes coronam de ſpinis impo
ſuerunt capiti eius: et veſte pur-
purea circundederunt eum: ⁊ ve-
niebant ad eū et dicebant. J Aue
rex iudeorū. M Et dabant ei ala
pas. Exiuit iterum pylatꝰ foras:
et dixit eis. J Ecce adduco vobis
eum foras: vt cognoſcatis/ quia
nullam inuenio in eo cauſam. M
Exiuit ergo ieſus portans ſpine-
am coronam: ⁊ purpureum veſti
mentū. Et dixit eis pylatꝰ. J Ec-
ce homo. M Cum ergo vidiſſent
eum pontifices ⁊ miniſtri: clama
bant/ dicentes. J Crucifige: cruci-
fige eum. M Dicit eis pylatꝰ. J
Accipite eum vos: et crucifigite.
Ego enim non inuenio in eo cau
ſam. M Reſponderunt ei iudei.
J Nos legem habemus: et ſcdm̄
legem debet mori: quia filiū dei
ſe fecit. M Cum ergo audiſſet py
latus hunc ſermonem/ magis ti-
muit. Et ingreſſus eſt pretorium

iterum/et dicit ad ieſum. A Unde
es tu? M Jeſus autem reſpōſum
nō dedit ei. Dicit ergo ei pylatꝰ.
A. Michi nō loqueris? Neſcis quia
poteſtatem habeo crucifigere te:
⁊ poteſtatē habeo dimittere te?
M Reſpondit ieſus. T Nō habe-
res poteſtatē aduerſum me ullā:
niſi tibi datū eſſet deſuper. Pro-
pterea qui tradidit me tibi/maiꝰ
peccatū habet. M Et exinde que
rebat pylatus dimittere eum. Ju
dei autem clamabant dicētes. A
Si hunc dimittis/non es amicus
ceſaris. Omnis enī q̄ ſe regē facit:
cōtradicit ceſari. M Pylatꝰ ergo
cū audiſſet hos ſermones/addux
it foras ieſum: ⁊ ſedit ꝓ tribunali
ī loco qui dicitur lycoſtratos: he-
braice autem gabatha. Erat aūt
paraſceue paſche/ hora quaſi ſex-
ta. Et dicit iudeis. A Ecce rex ve-
ſter. M Jlli autem clamabant. A
Tolle/tolle: crucifige eum. M Di
cit eis pylatꝰ. A Regem veſtrum
crucifigam? M Reſponderūt pō-
tifices. A Non habemus regē/niſi
ceſarem. M Tunc ergo tradidit
eis illum: ut crucifigeretur. Suſce
perunt autem ieſum: et eduxerūt
Et baiulans ſibi crucem/exiuit in
eum qui dicitur caluarie locum:
hebraice autem golgatha: ubi eū
crucifixerūt. Et cum eo alios du-
os: hinc ⁊ hinc/medium autem ie
ſum. Scripſit autem et titulū py
latus: et poſuit ſuper crucē. Erat
autem ſcriptum: ieſus nazarenꝰ
rex iudeorum. Hūc ergo titulum
multi legerūt iudeorum: quia ꝓ-
pe ciuitatem erat locus/ubi cruci
fixus eſt ieſus. Et erat ſcriptū/he-
braice/grece: ⁊ latine. Dicebāt er-
go pylato pontifices iudeorum.
A Noli ſcribere rex iudeorum.
Sed quia ipſe dixit: rex ſum iudeo
rum. M Reſpōdit pylatus. A Qđ
ſcripſi/ſcripſi. M Milites ergo cū
crucifixiſſent eum acceperunt ve-
ſtimenta eius: ⁊ fecerunt quattu-
or partes/unicuiq̄ militi partem
⁊ tunicam. Erat autem tunica in
conſutilis: deſuper contexta per
totum. Dixerunt ergo ad inuicē
A Non ſcindamus eam: ſed ſor-
tiamur de illa cuiꝰ ſit. M Ut ſcri-
ptura impleretur/dicens. Partiti
ſūt veſtimēta mea ſibi: et in veſtē
meā miſerunt ſortē. Et milites q̄
dē hec fecerūt. Stabāt aūt iuxta
crucē ieſu mater eius: et ſoror ma
tris eius maria cleophe: ⁊ maria
magdalene. Cum vidiſſet ergo ie
ſus matrē ⁊ diſcipulū ſtantē quē
diligebat: dicit matri ſue. T Mu
lier: ecce filius tuus. M Deinde di
cit diſcipulo. T Ecce mater tua.
M Et ex illa hora/accepit eā diſci
pulus in ſuam. Poſtea ſciens ie-
ſus quia iā oīa conſummata ſūt:
ut conſummaretur ſcriptura/dix
it. T Sitio. M Vas ergo poſitū
erat: aceto plenum. Jlli autē ſpō-
giam plenam aceto/ iſopo circū-
ponentes: obtulerunt ori eiꝰ. Cū
ergo accepiſſet ieſus acetū/dixit.
T Conſūmatū eſt. M Et inclina
to capite: tradidit ſpm̄. ¶ Hic flec-
tis genibꝰ dicat' Pater nr̄. Judei
ergo qm̄ paraſceue erat: ut non

remanerent in cruce corpora ſab
bato: erat enim magnus dies ille
ſabbati/ rogauerunt pylatum vt
frangerentur eorum crura/ et tol
lerentur. Venerunt ergo milites:
et primi quidem fregerunt crura
et alterius qui crucifixus eſt cum
eo. Ad ieſum autem cū veniſſent/
vt viderunt eum iam mortuum:
non fregerunt eius crura/ ſed vnꝰ
militum lancea latus eiꝰ aperuit
⁊ cōtinuo exiuit ſanguis ⁊ aqua.
Et qui vidit teſtimonium perhi-
buit/ et verum eſt teſtimoniū eiꝰ.
Et ille ſcit ꝙ vera dicit: vt et vos
credatis. Facta ſūt enī hec vt ſcri-
ptura impleret'. Os nō cōminue
tis ex eo. Et iterū alia ſcriptura
dicit. Videbūt in quē trāſfixerūt

¶ Euangeliū cātat' more ſolito.

Poſt hec autem rogauit py-
latū ioſeph ab arimathia/
eo ꝙ eſſet diſcipulus ieſu: occultꝰ
autem propter metū iudeorū/ vt
tolleret corpus ieſu. Et permiſit
pylatꝰ. Venit ergo ⁊ tulit corpus
ieſu. Venit autem et nicodemus/
qui venerat ad ieſum nocte pri-
mum: ferens mixturam/ mirre et
aloes/ quaſi libras centum. Acce-
perunt ergo corpus ieſu: ⁊ ligaue
runt eū lintheis cū aromatibꝰ: ſi-
cut mos eſt iudeis ſepelire. Erat
autem ī loco vbi crucifixus eſt or-
tus: ⁊ in orto monumētū nouū/
in quo nondum quiſꝙ poſitꝰ fue
rat. Ibi ergo propter paraſceuen
iudeorum: quia iuxta erat monu
mentū/ poſuerūt ieſum. ¶ Finita
paſſione veniat ſbpreſbyter in ſini

ſtro cornu altaris/ et legat ſolen-
niter has lectiones manus nō ex
tēdēs. Et primo Pro pace eccle.

Oremus: dilectiſſimi nobis
pro eccleſia ſctā dei: vt eā deꝰ
⁊ dn̄s noſter pacificare/ adiuuare
et cuſtodire dignet'/ toto orbe ter
rarum/ ſubiciens ei principatus
et poteſtates: detꝙ nobis quietā
⁊ tranquillam vitā de gentibus
glorificare deū patrē omnipotē
tem. Oremꝰ. Diaconꝰ ſtās a dex
tris dicit. Flectamꝰ genua: ⁊ tūc
clerus ⁊ populus flectūt genua ⁊
ſacerdos proſequitur orationē.

Omnipotens ſempitne deꝰ:
qui gloriam tuā omnibus
in chriſto gentibꝰ reuelaſti: cuſto
di opera miſericordie tue vt eccle
ſia tua toto orbe diffuſa: ſtabili
de in cōfeſſione tui noīs pſeueret
Dicit diaco. Leuate. Sacerdos p
ſequit' orationē dicēdo Per eun
dem. Idem ordo fit in oībꝰ aliis.

Oremus: et pro beatiſſimo pa
pa noſtro. N vt deus ⁊ dn̄s
noſter/ qui elegit eum ī ordinem
epiſcopatꝰ: ſaluū/ atꝙ incolumē
cuſtodiat eccleſie ſue ſancte: ad re
gendum populum ſanctum dei.
Oremus. Flectamꝰ genua.

Omnipotens ſempitne deꝰ:
cuius iudicio vniuerſa fundant':
reſpice propiciꝰ ad preces nr̄as: ⁊
electū nobis antiſtitem/ tua pie
tate cōſerua: vt chriſtiana plebs
que tali gubernatur auctore/ ſub
tanto pontifice credulitatis ſue
meritꝫ augeat'. Leuate. Per dn̄m.
¶ Pro vniuerſis gradibꝰ eccleſie.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag
226 A 3

OReмus: ⁊ ꝑ omnibꝰ epiſcopis/preſbyteris/diaconibꝰ: ſubdiaconibus/ accolitis/ exorciſtis/lectoribꝰ/hoſtiarijs/cõfeſſoribus/virginibꝰ/viduis: ⁊ ꝑ omni populo ſctõ dei. Oremꝰ. Flectamus.

OMnipotens ſempiterne deꝰ: cuiꝰ ſpiritu totum corpus eccleſie tue ſanctificatur et regitᷣ: exaudi nos pro vniuerſis ordinibus ſupplicantes: vt gratie tue munere ab omnibus tibi gradibus fideliter ſeruiatᷣ. Leuate. Per dñm noſtrũ. ¶ Pro imperatore.

OReмus: et pro chriſtianiſſimo imperatore noſtro. N. vt deus ⁊ dñs noſter ſubditas illi faciat omnes barbaras natiões: ad noſtram perpetuam pacem. Oremꝰ. Flectamus genua.

OMnipotens ſempiterne deꝰ: in cuius manu ſunt omnium poteſtates: ⁊ omnia iura regnorum reſpice ad romanũ benignus imperium: vt gentes que in ſua feritate confidũt: potentie tue dextera cõprimãtur. Leuate. Per dñm noſtrum. ¶ Pro cathecuminis.

OReмus: et ꝑ cathecuminis noſtris: vt deꝰ ⁊ dñs noſter adaperiat aures ꝑcordiorꝫ ipſorꝫ/ ianuamqꝫ miſericordie: vt per lauacrũ regenerationis/accepta remiſſione oĩm peccatorũ: ⁊ ipſi digni iueniantᷣ: in chriſto ieſu dño nr̃o. Oremus. Flectamus genua

OMnipotens ſempiterne deꝰ: qui eccleſiã tuã noua ſemp prole fecundas: auge fidẽ ⁊ intellectũ cathecuminis noſtris: vt renati fonte baptiſmatis/adoptionis tue filijs aggregentur. Leuate. Per dñm. ¶ Pro tribulatis.

OReмus: dilectiſſimi nobis deũ patrẽ oĩpotentẽ: vt cũctis mũdũ purget erroribꝰ/ morbos auferat/famẽ depellat/aperiat carceres/vincula diſſoluat/ peregrinantibus ad patriã reditũ/ infirmantibus ſanitatem/nauigantibus portum ſalutis indulgeat. Oremus. Flectamꝰ genua.

OMnipotens ſempiterne deꝰ: meſtorũ conſolatio/laborãtium fortitudo: perueniãt ad te preces de quacunqꝫ tribulatione clamantiũ: vt oẽs ſibi in neceſſitatibus ſuis miãm tuã gaudeãt affuiſſe. Leuate. Per dñm noſtrũ. ¶ Pro hereticis et ſciſmaticis.

OReмus: et pro hereticis ſciſmaticis: vt deus et dñs noſter eruat eos ab erroribus vniuerſis: et ad ſanctam matrem eccleſiam catholicam/ atqꝫ apoſtolicam reuocare dignetur. Oremus. Flectamus genua.

OMnipotens ſempiterne deꝰ: qui ſaluas omnes: et neminẽ vis perire: reſpice ad animas diabolica fraude deceptas: vt omni heretica prauitate depoſita/ errantium corda reſipiſcant: ⁊ ad veritatis tue redeãt vnitatẽ. Leuate. Per dñm noſtrũ. ¶ Pro iudeis.

OReмus: ⁊ pro perfidis iudeis: vt deꝰ ⁊ dñs nr̃ auferat velamen de cordibus eorũ: vt et ipſi agnoſcant ieſum xp̃m dñm nr̃m. Hic nõ dr̃ Flectamꝰ ge. ſed ſi Ore.

Omnipotēs ſempiťne deus qui etiā iudaicā pfidiam a tua miſericordia nō repellis: exaudi preces noſtras/quas pro illius populi obcecatione deferimus: vt agnita veritatis tue luce que chriſtus eſt/ a ſuis tenebris eruantur. Per enndem. Non dicitur Leuate. Pro paganis

Oremus et pro paganis: vt deus omnipotēs auferat iniquitatē a cordibus eorum: et relictis idolis ſuis/ cōuertantur ad deū viuum et verum: et vnicum filium ei⁹ ieſum chriſtū dn̄m noſtrū: cū quo viuit et regnat cum ſpiritu ſancto deus. Per oīa ſecula ſeculorū. Oremus. Flectam⁹ genua.

Omnipotens ſempiterne deus: qui nō mortem peccatorū/ ſed vitam ſemper inquiris: ſuſcipe ppitius orationē noſtrā/et libera eos ab idolorū cultura: et aggrega eccleſie tue ſancte/ ad laudem et gloriam nominis tui. Leuate. Per dn̄m. Deinde duo preſbyteri diſcalceiati induti ſacerdotalibus ſine caſula cātēt Pplē meus.

Popule meus quid feci tibi/ aut in quo contriſtaui te: reſponde mihi: qr eduxi te de terra egypti/ paraſti crucem ſaluatori tuo

Scolares. Agyos otheos. Agy- os iſchyros. Agyos athana- tos eleyſon ymas. Chorus reſpō- dit. Sanctus deus. Sanctus for- tis. Sanctus et immortalis mi- ſerere nobis. Sacerdotes reſpō- deāt. Quia eduxi te p deſertum quadraginta annis: et manna ci- baui te: et introduxi te in terrā ...

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag
226 A 3

tis bonā paraſti crucē ſaluato
ri tuo. Scolares Agyos. otſ.
Chorus Sanctus Sacerdotes
Quid vltra debui facere tibi:et
non feci ego quidē plantaui te
vineā meā fructu decorā/et tu
facta es mihi ſatis amara. ace
to namqꝫ ſitim meam potaſti:et
lancea perforaſti lat⁹ ſaluato
ris tui: Scolares Agyos Chor⁹

Sanctus. Sacerdotes Ecce li
gnum crucis in quo ſalus mū
di pependit: venite adoremus.
ps Beati immaculati in via/
qui ambulant in lege domini.
Sacerdotes detegūt crucem/alte cantātes Ecce lignū crucis
Chorus Crucē tuā adoramus
domine/et ſanctam reſurrectio
nem tuam laudamus et glori
ficamus/ecce enim propter cru

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag
226 A 3

tem venit gaudium in vniuer=
ſo mundo. Ps Deus miſerea=
tur noſtri/ ⁊ benedicat nobis: il=
luminet vultũ ſuũ ſup nos: ⁊ mi
ſereat' nr̃i. Repetat'. Crucẽ. Hỹ

Crux fidelis inter omnes/
arbor vna nobilis/ nulla ſilua
talem profert/ fronde flore ger
mine Dulce lignũ dulces cla=
uos/ dulce pondus ſuſtinet.
Crux fidelis. Pange lingua glo
rioſi prelium certaminis: ⁊ ſup cru
cis tropheũ/ dic triũphũ nobile/
qualit' redẽptor orbis/ immolatus
vicerit Dulce. De parẽtis ptho
plauſti fraude factor cõdolẽs qñ
pomi noxialis/ morſu in mortẽ
corruit: ipſe lignũ tunc notauit/
dãna ligni vt ſolueret Cru. Hoc
opus noſtre ſalutis/ ordo depo
poſcerat: multiformis ꝓditoris
ars vt artẽ falleret/ et medelã fer
ret inde/ hoſtis vnde leſerat Dul
ce. Quãdo venit ergo ſacri/ ple
nitudo tẽporis/ miſſus eſt ab ar
ce patris/ natus orbis conditor
atq; ventre virginali/ factus ho
mo prodijt. Crux. Uagit infans
inter arta/ cõditus preſepia/ mẽ
bra pannis inuoluta/ virgo ma
ter alligat/ et pedes manuſq; cru
ra ſtricta cingit faſcia. Dulce li.
Luſtra ſex qui iam peracta/ tẽ
pus implens corporis/ ſe volẽ
natus ad hoc paſſiõi deditus/ ag
nus in crucis leuat' immolãdu
ſtipite Crux. Hic acetũ fel arun
do ſputa clauis lãcea/ mite corp
perforat' ſãguis vnda ꝓfluit ter
ra põtus aſtra mũdus quo laua
tur flumine. Dulce. Flecte ra
mos arbor alta tẽſa laxa viſcera
et rigor lẽteſcat ille quẽ dedit na
tiuitas/ vt ſupni mẽbra regis mi
ti tendas ſtipite. Crux. Sola di
gna tu fuiſti/ ferre ſeculi precium
atq; portũ ꝑparare/ nauta mun
do naufrago quẽ ſacer cruor pe
unxit/ fuſus agni corpore. Dulce
Gloria honorq; deo/ uſq; quo alti
ſſimo/ vna pr̃i filioq;/ inclito pa
raclito: cui laus eſt et poteſtas/ p

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag
226 A 3

eterna ſcta. Crux fidelis. &c. Añ.

Dum fabricator mundi mortis ſupplicium pateretur in cruce clamans voce magna tradidit ſpiritum: et ecce velū templi ſciſſum eſt: monumenta aperta ſunt terremotus enim factus eſt magnus: quia mortem filij dei clamabat mūdus ſe ſuſtinere nō poſſe. aperto ergo lancea militis latere crucifixi domini exiuit ſanguis et aqua in redemptionē ſalutis noſtre. O ammirabile preciū cuius pondere captiuitas redempta eſt mundi tartarea cōfracta ſūt clauſtra inferni aperta eſt nobis ianua regni. Cruce adorata et ī loco ſuo repoſita accipiat preſbiter corp⁹ dñi q̄d pridie remāſit/ et ponat in patenā. ſimiliter et vinū non cōſecratum/ fūdat atqꝫ illud in calicem: ac deinde ponat ambo ſuper altare coopertū quo facto inclinet ſe ante altare dicens. Cōfiteor. Et iterum eleuās ſe dicat. Oremus preceptis ſalutarib⁹ moniti Pater noſter Libera nos queſumus vſqꝫ Per oīa ſecula ſeculorū. Cū autē reſpōdetur Amen Sumat

de ſancta ⁊ ponat in calicē nihil
dicēs: niſi aliđ ſecrete velit dice-
re. In noīe patris et filij et ſpiri-
tus ſancti. Pax dñi non dicitur/
nec datur oſculũ pacis. Sancti-
ficat' aũt vinũ nō cōſecratũ per
corp⁹ ſāctificatũ. His expletis/cā
tent' veſpe ꝓuati. In vigi. paſche
ad benedictionē ignis. Hymn⁹.

I Nuentor rutili dux bo-
ne luminis/ qui certis vicibus
tempora diuidis/ merſo ſole
cahos ingruit horridum lumē
redde tuis chriſte fidelibus.
Quamuis innumero ſidere re-
giam/lunariq; polum lampade
pinxeris / incuſſu ſilicis lumina
nos tamen monſtras ſaxigeno
ſemine querere. Inuētor rutuli.
Ne neſciret homo ſpem ſibi lu-
minis/ī chriſti ſolido corpore cō-
ditam/ qui dici ſtabilē ſe voluit
petram/ noſtris igniculis vnde
genus venit. Inuentor. Viuax
flāma viget/ceu caua teſtula ſuc-
cum litheolo ſuggerit ebrio ceu
pinus piceam fert alimoniā ceu
ceram teretem ſtuppa calēs bi-
bit. Inuentor. Pinguis quo
olei rore madentibus lichnis a
facibus paſcimus aridis quin et
fila fauis cirpea floreis p̄ſſo mel
le prius collita fingimus. Inuē
tor. Splendēt ergo tuis mune
ribus pater flāmis nobilibus ſ
licet atria abſentēq; diē lux ag
emula quam nox cum lacero
ta fugit peplo. Inuentor rutul
Per quem ſplēdor honor laus
ſapiētia maieſtas bonitas et p
etas tua regnum continuat nu
mine triplici texens perpetu
ſecula ſeculis. Inuentor rutul
dux bone luminis qui. et cetera
Benedictio cerei paſchalis
q; fontiũ. q̄re in fine ſanctor
Lectiones ſequentes legentu
abſq; titulo. Lectio prima
IN principio creauit deus c
lum et terrā. Terra autem
erat inanis et vacua et tenebr
erant ſuper faciē abyſſi: ⁊ ſpirit
dñi ferebatur ſup aquas. Dix
q; deus. Fiat lux. Et facta eſt lux
Et vidit deus lucē q̄ eſſet bon
et diuiſit lucē a tenebris. Appe
lauitq; lucem diē: et tenebras n
ctem. Factumq; eſt veſpere ⁊ m
ne dies vnus. Dixit quoq; deu
Fiat firmamentũ ī medio aqu
rum: et diuidat aquas ab aqu
Et fecit deus firmamentũ. diu
ſitq; aquas que extāt ſub firm
mento ab his que erant ſup fi
mamentũ. Et factũ eſt ita. Voc
uitq; deus firmamentũ celũ. E
factũ eſt veſpere et mane dies

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag
226 A 3

ſcipulis eius ad inuicẽ. Quid eſt
hoc qđ dicit nobis modicũ et nõ
videbitis me: ⁊ iterũ modicũ ⁊ vi
debitis me: et quia vado ad pa-
trẽ: Dicebant ergo. Quid eſt hoc
qđ dicit modicũ: Neſcimus quid
loquitur. Cognouit autẽ ieſus:
quia volebant eũ interrogare: ⁊
dixit eis. De hoc q̃ritis inter vos
quia dixi modicũ et nõ videbitis
me: et iterũ modicũ et videbitis
me. Amẽ amen dico vobis: quia
plorabitis et flebitis vos: mũdꝰ
autẽ gaudebit. Vos aũt cõtriſta-
bimini: ſed triſticia veſtra vertet
in gaudiũ. Mulier cũ parit/triſti
tiã habet: quia venit hora eiꝰ. Cũ
autẽ peperit puerũ: iã nõ memi-
nit preſſure ꝓpter gaudiũ: quia
natus eſt homo in mũdũ. Et vos
igitur: nũc q̇dẽ triſticiã habetis.
Iterũ autẽ videbo vos: et gaude-
bit cor veſtrũ. Et gaudiũ veſtrũ/
nemo tollet a vobis. Offer. Lauda
aĩa mea dñm/laudabo dñm ĩ vita mea:
pſallã deo meo q̃diu ero al'. Secreta.
His nobis dñe myſterijs cõ-
feratur: quo terrena deſide
ria mitigantes: diſcamus amare
celeſtia. Per. Cõio. Modicum et nõ
videbitis me alla: iterũ modicũ et vide-
bitꝫ me: q: vado ad patrẽ al'. al'. Cõplẽ.
Sacramẽta q̃ ſumpſimus q̃s
dñe: et ſpiritalibꝰ nos inſtru
ant alimẽtis: et corporalibus tue
antur auxilijs. Per do. ¶ Fer. iiii
lectio eple btĩ Johis apli. p̃me. ij
Chariſſimi. Hec ſcribo vobꝭ:
vt non peccetis. Sed et ſi q̇s
peccauerit: aduocatũ habemus
apud patrẽ ieſum chriſtũ iuſtum
et ipſe eſt ꝓpiciatio pro pctĩs no-
ſtris. Nõ pro noſtris autẽ tm̃: ſed
etiã pro totius mundi. Et in hoc
ſcimus: quoniã cognouimus eũ/
ſi mãdata eius ſeruamus. Qui di
cit ſe noſſe eum: et mãdata eiꝰ nõ
cuſtodit/mendax eſt: et in hoc ve-
ritas nõ eſt. Qui autẽ ſeruat vbũ
eius: vere in hoc charitas dei pfe-
cta eſt. In hoc ſcimus: q̃m in ipſo
ſumus/ſi in ipſo perfecti fuerimꝰ.
Qui dicit ſe in chriſto manere: de-
bet ſicut ille ambulauit/et ipſe am
bulare. Chariſſimi: nõ mandatũ
nouum ſcribo vobis: ſed manda-
tũ vetus qđ habuiſtis ab initio.
Mandatũ vetus eſt/verbũ qđ au
diſtis. Iterũ mãdatum nouũ ſcri
bo vobis qđ verum eſt: et in ipſo/
et in vobis: quia tenebre trãſierũt
⁊ verum lumẽ iã lucet. Per ieſum
xp̃m: dñm nr̃m. Scdm iohãnẽ. iij
In illo tempore. Facta eſt que
ſtio ex diſcipl'is iohãnis cum
iudeis de purificatione. Et vene-
runt ad iohannẽ: et dixerunt ei.
Rabbi qui erat tecum trans ior-
danẽ cui teſtimonium perhibui-
ſti ecce hic baptiſat: et oẽs veniũt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag
226 A 3

ad eū. Reſpōdit iohānes/et dixit
Nō poteſt homo accipere quicq̄
niſi fuerit ei datū de celo. Ipſi vos
mihi teſtimoniū phibetis/q dixe
rim nō ſum ego chriſtus:ſed quia
miſſus ſum ante illū. Qui habet
ſpōſam:ſponſus eſt. Amicus aūt
ſpōſi qui ſtat et audit eū:gaudio
gaudet propter vocē ſponſi. Hoc
ergo gaudiū meū impletū eſt. Il
lum oportet creſcere:me autē mi
nui. Qui de ſurſum venit:ſup oēs
eſt. Qui eſt de terra/de terra eſt: et
de terra loquitur. Qui de celo ve-
nit:ſuper oēs eſt. Et quod vidit ꝛ
audiuit hoc teſtatᷣ:et teſtimoniū
eiꝰ nemo accipit. Qui aūt accepe-
rit eiꝰ teſtimoniū/ ſignauit quia
deus verax eſt. Quē eñ miſit deꝰ:
verba dei loquitur. Nō enim ad
mēſurā dat deus ſpiritū. Pater
diligit filiū:ꝛ omnia dedit in ma
nu eius. Qui credit in filiū: habet
vitam eternā. Qui autē incredu-
lus eſt filio:nō videbit vitam: ſed
ira dei manet ſuper eum. ¶ Feria
ſexta. Secundum Johannem. rḡ

In illo tempore. Dixit ieſus
diſcipulis ſuis. Ego lux ī mū
dum veni:vt omnis qui credit in
me/in tenebris nō maneat. Et ſi
quis audierit verba mea:ꝛ nō cu
ſtodierit:ego nō iudico eum. Nō
enim veni vt iudicem mūdū: ſed
vt ſaluificē mundū. Qui ſpernit
me/et nō accipit v̓ba mea: habet
qui iudicet eum. Sermo quē locu
tus ſum:ille iudicabit eū in nouiſ
ſimo die. Quia ego ex meipſo nō
ſum locutus:ſed q̄ miſit me pater
ipſe michi mandatū dedit q̄d di-
cam:et quid loquar. Et ſcio:quia
mandatum eius vita eterna eſt.
Que ergo ego loquor: ſicut dixit
michi pater: ſic loquor. ¶ Dñica
quarta poſt paſcha. Introitus.

Cantate dño canticū
nouū allelupa:quia
mirabilia fecit dñs
allelupa: ante cōſpe
ctum gentiū reuela-
uit iuſticiam ſuam alľa alľa. Ps.
Saluauit ſibi dextera eius: ꝛ brachium
ſanctū eius. Gloria patri et filio. Coll.

Deus q̄ fidelīū mentes vniꝰ
efficis voluntatis:da popu
lis tuis id amare quod precipis:
vt id deſiderare quod promittis:vt
int̄ mūdanas varietates/ibi nr̄a
fixa ſint corda:vbi vera ſunt gau
dia. P. Lect. eplē bti iacobi apli. i.

Chariſſimi. Om̄e datū opti
mum: et omne donū perfe-
ctum deſurſum eſt/deſcēdēs a pa-
tre luminū:apud quē nō eſt trāſ-
mutatio: nec viciſſitudinis obū-
bratio. Voluntarie enim genuit
nos verbo veritatis:vt ſimus ini
tiū aliquid creature eius. Scitis
fratres mei dilectiſſimi. Sit autē
omnis homo velox ad audiēdū:
tardus autē ad loquendū:et tar-
dus ad irā. Ira eñ viri:iuſticiam
dei nō operatur. Propt q̄d abij-
ciētes omnē immundiciā:et abū
dantiā malicie: in māſuetudine
ſuſcipite inſitū verbū. Q̄d poteſt
ſaluare:aīas veſtras. Allelupa
Evl de feria. Secūdū Johannem.

In illo tempore. Dixit ieſus
diſcipulis ſuis. Vado ad eū
qui miſit me:et nemo ex vobis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3

interrogat me quo vadis: Sed
quia hec locutus ſum vob̄ꝭ: triſti-
cia impleuit cor veſtrū. Sed ego
veritatem dico vobis: expedit vo
bis vt ego vadā. Si em̄ nō abiero
paraclitus nō veniet ad vos. Si
autē abiero: mittā eū ad vos. Et
cum venerit: ille arguet mūdum
de peccato: et de iuſticia / ⁊ de iudi
cio. De peccato quidem: quia nō
crediderūt ī me. De iuſticia vero:
quia ad patrē vado: ⁊ iā nō vide-
bitis me. De iudicio autem: quia
princeps mundi huius iā iudica-
tus eſt. Adhuc mlt̄a habeo vobis
dicere: ſed non poteſtis portare
modo. Cū autē venerit ille ſpiri-
tus veritatis: docebit vos omnē
veritatem. Nō em̄ loquetur a ſe-
metipſo: ſed quecunq̄ audiet loq̄
tur: et que ventura ſunt annūcia
bit vobis. Ille me clarificabit: q̄
de meo accipiet: et annunciabit
vob̄ꝭ. **Offr.** Iubilate deo vniuerſa ter-
ra: iubilate deo vniuerſa terra: pſalmū
dicite noī eius: venite audite / ⁊ narrabo
vobis omnes qui timetis deū: quāta fe
cit dn̄s anime mee alleluya. **Secreta.**

Deus q̄ nos p̲ hui⁹ ſacrificij
veneranda cōmertia: vni⁹ ſū
meq̄ diuinitatis participes eſſe
feciſti: preſta q̄s: vt ſicut tuam co
gnouimus veritatē: ſic eā dignis
moribus aſſequamur. Per. **Cōio**
Cū venerit paraclitus ſpiritus verita-
tis / ille arguet mūdū de pctō: et de iuſti-
cia: ⁊ de iudicio alla alleluya. **Cōplēda**

Adeſto nobis dn̄e deus no-
ſter: vt per hec que fideliter
ſumpſimus: et purgemur a vicijs
⁊ a periculis oīb⁹ exuamur. Per.

¶ Fer. iiii. Ad theſſalonicēſes i. v

Fratres. Omnes vos filij lu
cis eſtis: ⁊ filij diei. Nō ſum⁹
noctis: neq̄ tenebrarū. Igitur nō
dormiamus ſicut et ceteri / ſed vi-
gilemus: et ſobrij ſimus. Qui em̄
dormiunt / nocte dormiūt: et qui
ebrij ſūt / nocte ebrij ſūt. Nos aūt
qui diei ſumus / ſobrij ſim⁹: induti
loricam fidei et charitatis: et ga-
leā ſpem ſalutis. Quoniā nō po-
ſuit nos deus in irā / ſed in acquiſi
tionē ſalutis: per dn̄m noſtrū ie-
ſum chriſtū: qui mortuus eſt pro
nobis: vt ſiue vigilemus / ſiue dor-
miamus: ſimul cū illo viuamus.
Propter quod cōſolamini inui-
cem: et edificate alterutrū ſicut et
facitis. In chriſto ieſu domino no-
ſtro. **Secundum Iohannem xvij**

In illo tp̄e. Subleuatis ieſus
oculis in diſcipulos ſuos: di-
xit. Pr̄ ſctē ſerua eos in noīe tuo
quos dediſti michi: vt ſint vnum
ſicut ⁊ nos. Cum eſſem cū eis: ego
ſeruabam eos in noīe tuo. Quos
dediſti michi ego cuſtodiui: et ne-
mo ex his perijt / niſi filius perdi-
tionis: vt ſcriptura impleatur.
Nūc autem ad te venio. Et hec lo
quor in mundo: vt habeant gau-
dium meū impletū in ſemetipſis
Ego dedi eis ſermonē tuū / et mū
dus odio eos habuit: q̄ nō ſūt de
mūdo / ſicut et ego nō ſum de mū-
do. Nō rogo vt tollas eos de mū-
do: ſed vt ſerues eos a malo. De
mūdo nō ſunt / ſicut ⁊ ego nō ſum
de mūdo. Sanctifica eos in veri-
tate. Sermo tuus veritas eſt. Si-
cut tu me miſiſti in mundū: ita et

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3

ego miſi eos in mūdū. Et pro eis
ego ſanctifico meipſum: vt ſint et
ipſi ſctificati in veritate. Nō pro
his aūt rogo tm̄: ſed ⁊ p eis q̄ cre-
dituri ſunt p verbū eorū in me: vt
oēs vnū ſint: ſicut tu pater in me
⁊ ego in te: vt et ipſi in nobis vnū
ſint: vt mūdus credat quia tu me
miſiſti. Et ego claritatem quā tu
dediſti michi/ dedi eis: vt ſint vnū
ſicut et nos vnū ſum⁹. Ego in eis
et tu in me: vt ſint cōſummati in
vnū: ⁊ cognoſcat mūdus: quia tu
me miſiſti: et dilexiſti eos/ ſicut et
me dilexiſti. Pater quos dediſti
michi: volo vt vbi ego ſum/ et illi
ſint mecū: vt videant claritatem
meā quā dediſti michi: quia dile-
xiſti me ante cōſtitutionē mundi
Pater iuſte mūdus te nō cogno-
uit: ego autē te cognoui. Et hi co
gnouerūt: quia tu me miſiſti. Et
notū feci eis nomen tuū/ et notū
faciā: vt dilectio qua dilexiſti me:
in ipſis ſit/ et ego in ipſis. ¶ Fe-
ria.vi. Secundū Johannem. xiiij.

In illo tempore. Dixit ieſus
diſcipulis ſuis. Filioli: adhuc
modicum vobiſcum ſum. Quere
tis me: ⁊ ſicut dixi iudeis quo ego
vado/ vos nō poteſtis venire. Et
vobis dico modo. Mandatū no-
uum do vobis: vt diligatis inui-
cem: ſicut dilexi vos/ vt ⁊ vos inui
cē diligat;. In hoc cognoſcēt oēs:
quia mei diſcipuli eſtis: ſi dilectio
nē habueritis ad inuicē. Dicit ei
ſymon petrus. Dn̄e/ quo vadis?
Reſpondit ieſus. Quo ego vado/
nō potes me modo ſequi: ſequer;
autē poſtea. ¶ Dn̄ica.v.poſt paſ.

Vocē iocūditatis an-
nūciate et audiatur
all'a: nūciate vſq; ad
extremū terre: libe-
rauit dn̄s populum
ſuum alleluya alleluya Ps. Jubila
te deo omnis terra: pſalmum dicite no-
mini eius: date gloriam laudi eius. Glo
ria patri ⁊ filio ⁊ ſpiritui ſancto. Colla.

Deus a quo bona cūcta pce-
dūt: largire ſupplicibus tu-
is: vt cogitemus te inſpirāte que
recta ſunt: et te gubernante eadē
faciamus. Per dominum. Lectio
epiſtole beati Jacobi apoſtoli. i.

Chariſſimi. Eſtote factores
verbi: et non auditores tm̄/
fallētes voſmetipſos. Quia ſi q̄s
auditor eſt verbi: et nō factor/ hic
comparabitur viro conſiderāti
vultum natiuitatis ſue in ſpecu-
lo. Conſiderauit enim ſe/ et abijt:
⁊ ſtatim oblitus eſt qualis fuerit
Qui aūt pſpexerit ī lege pfecte li-
bertatis: et pmāſerit in ea: nō au-
ditor obliuioſus fact⁹/ ſed factor
operis: hic btūs in facto ſuo erit.
Si quis autē putat ſe religioſum
eſſe: nō refrenās linguā ſuā/ ſed ſe
ducēs cor ſuū: huius vana eſt reli-
gio. Religio mūda et immacula-
ta apud deū ⁊ patrē hec eſt: viſita
re pupillos ⁊ viduas ī tribulatio
ne eorū: et imaculatū ſe cuſtodire
ab hoc ſecl'o All'a de fer. Seq̄ntia

Mane prima ſabbati/ ſurgēs
dei filius/ noſtra ſpes et glo
ria. Victo rege ſceleris/ redijt ab
inferis/ cū ſumma victoria. Cui⁹
reſurrectio/ omni plena gaudio/
conſolatur omnia. Reſurgētis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3

itaqꝫ/maria magdalena/facta eſt
ꝑnuncia. Ferēs chriſti fratribꝰ/
eiꝰ morte triſtibꝰ/ expectata gau-
dia. O beati oculi: q̄bus regem ſe
culi/morte iā depoſita/ prima eſt
intuita. Hec eſt illa femina/ cuiꝰ
cūcta crimina/ad chriſti veſtigia/
eius lauit gratia. Que dū plorat
et mens orat/facto clamat qđ cor
amat/ ieſū ſup oīa. Nō ignorat
quē adorat: vt ꝑcetur iā deletur/
qđ mens timet cōſcia. O maria
mater pia/ſtella maris appellarꝭ/
operū per merita. Matri xp̄i coe-
quata/dū fuiſti ſic vocata/ſed ho-
nore ſubdita. Illa mūdi impera-
trix/iſta btā peccatrix/ leticie pri-
mordia/fuderunt in eccleſia. Illa
enī fuit porta/ꝑ quā ſalus eſt exor
ta/hec reſurgētis nuncia/mundū
replet leticia. O maria magdale
na/audi vota laude plena/ apud
chriſtū chorū iſtum/clemēter cōci
lia. Et fons ſumme pietatis qui
te lauit a peccatꝭ/ ſeruos ſuos atqꝫ
tuos/mūdet data venia. Amen
dicant oīa. Secūdū Iohānē. xvi.
In illo tempore. Dixit ieſus
diſcipulis ſuis. Amē amē di-
co vobis: ſi quid petieritis patrē
in nomīe meo: dabit vobis. Vſqꝫ
modo nō petiſtis quicq̄ in noīe
meo. Petite et accipietis: vt gau-
diū veſtrū ſit plenū. Hec in puer-
bijs locutꝰ ſum vobis. Veniet ho
ra cū iā nō in prouerbijs loquar
vobis: ſed palā de patre meo an-
nunciabo vobis/in illo die in no-
mine meo petetis. Et nō dico vo-
bis quia ego rogabo patrē de vo
bis. Ipſe enī paī amat vos: quia
vos me amaſtis: et credidiſtis qr
ego a deo exiui. Exiui a patre: et
veni in mundū. Iterū relinquo
mundū: et vado ad patrē. Dicūt
ei diſcipuli eius. Ecce nūc palā lo
queris: et prouerbiū nullū dicis.
Nūc ſcimus quia ſcis oīa: ⁊ nō eſt
opus tibi vt quis te interroget.
In hoc credimꝰ: quia a deo exiſti.
Offr. Benedicite gētes dn̄m deū nr̄m:
et obaudite vocē laudis eius: q̄ poſuit
aīam meā ad vitā/et nō dedit cōmouerī
pedes meos: benedictꝰ dn̄s qui nō amo
uit deprecationē meā: et miſericordiam
ſuam a me alleluya. Secreta.
Suſcipe dn̄e fideliū p̄ces cum
oblationibus hoſtiarum: vt per
hec pie deuotionis officia: ad cele
ſtem gloriā trāſeamꝰ. Per. Cōio.
Cantate dn̄o alleluya: cantate dn̄o ⁊ be
nedicite nomē eius: bene nūciate de die
in diē ſalutare eiꝰ alla alla. Cōplēda.
Tribue nobis dn̄e celeſtis mē
ſe virtute ſaciatis: et deſide-
rare que recta ſunt: et deſiderata
percipere. Per. ¶ Nota fer. ij. i ro
gationibꝰ officiū miſſe ſeq̄ns ſp
dr: niſi fuerit hic duplex feſtū/vel
feſtū ſeruatū: tunc miſſa de roga-
tionibꝰ de fer. iij. ſequit: ſed cū ſe-
cūdum Alla. Oportebat. Et miſſa
de dn̄ica i craſtino aſcēſiōis dr.
Et ſi ibidē aliqđ feſtū fuerit/ tunc
p̄ma miſſ. ibidē de dn̄i. dr ⁊ ſcda de
feſto. ¶ Fe. ij. i rogatiōibꝰ. Intro.
Exaudiuit de tēplo ſā
cto ſuo vocē meā al.
et clamor meꝰ in cō-
ſpectu eiꝰ/introiuit ī
aures eius alla al. Ps.
Diligā te dn̄e fortitudo mea: dn̄s firma

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3

mentũ meum: et refugiũ meum et libe-
rator meus. Gloria patri et filio. Coll.
P Reſta queſumus oĩpotẽs
deus: vt q̃ in afflictione nr̃a
de tua pietate cõfidim⁹: cõtra ad-
uerſa oĩa: tua ſemp ꝓtectiõe mu-
niamur. Per. lec. eple bti Jacobi
C Hariſſimi. Cõfitemi (apli. v
ni alterutrũ pctã vr̃a: ⁊ ora
te ꝓ inuicẽ vt ſaluemi. Multũ em̃
valet depcatio iuſti aſſidua. Heli
as hõ erat ſilis nobis paſſibilis: ⁊
oratiõe orauit vt nõ plueret ſup
terrã: ⁊ nõ pluit annos tres: ⁊ mẽ
ſes ſex. Et rurſũ orauit: et celũ de-
dit pluuiã: et terra dedit fructum
ſuũ. Si q̃s aũt ex vobis errauerit
a veritate ⁊ cõuerterit q̃s eũ: ſcire
debet qm̃ q̃ conuerti fecerit pecca
torẽ ab errore vie ſue: ſaluabit aĩ-
mã eius a morte. Et operit: mul-
titudinẽ pctõꝝ. A llã. v. Cõfitemi-
ni dño qm̃ bon⁹: qm̃ in ſeculũ mĩa eius.
Secũdũ Allã de lec. Scdm lucã. xi
I N illo tpe. Dixit ieſus diſci-
pulis ſuis. Quis veſtrũ habe
bit amicũ: ⁊ ibit ad illũ media no
cte/ et dicet illi. Amice cõmoda mi
chi tres panes: qm̃ amic⁹ me⁹ ve-
nit de via ad me: et non habeo qđ
ponã ante illũ. Et ille deintus re-
ſpõdẽs/ dicat. Noli michi moleſt⁹
eſſe: iã oſtiũ clauſũ eſt ⁊ pueri mei
mecũ ſunt in cubili: nõ poſſũ ſur-
gere/ et dare tibi. Et ille ſi pſeuera
uerit pulſans dico vobis: et ſi nõ
dabit illi ſurgẽs eo ꝙ amic⁹ ei⁹ ſit
ꝓpter improbitatẽ tñ ei⁹ ſurget:
⁊ dabit illi quotquot habet neceſ
ſarios. Et ego vobis dico. Petite
et dabit² vobis. Querite: et inue-
nietis. Pulſate: et aperiet² vobis.
Oĩs em̃ q̃ petit accipit: ⁊ q̃ querit
inuenit: ⁊ pulſanti aperiet². Quis
aũt ex vob; patrẽ petit panẽ: nũ-
quid lapidẽ dabit illi? Aut piſcẽ:
nũquid ꝓ piſce ſerpẽtẽ dabit illi?
Aut ſi petierit ouũ: nũquid porri
get illi ſcorpionẽ? Si ergo vos cũ
ſitis mali noſtis bona data dare
filijs veſtris: quãto magis pr̃ ve-
ſter celeſtis de celo dabit ſpm̃ bo-
nũ: petẽtib⁹ ſe. Offr. Cõfitebor dño
nimis ĩ ore meo: ⁊ ĩ medio mltoꝝ lauda
bo eũ: q̃ aſtitit ad dexterã paupis: vt ſal-
uã faceret a pſeq̃ntibus aĩam meã allã.
S Acrificiũ nr̃e plenitu (Secre.
dinis ieiunãtes tibi dñe pſolui
m⁹ obſecrãtes: vt ei⁹ v̾tute muniti
ſp ad celeſte cõuiuiũ feſtinem⁹. P.
Cõio. Petite et accipietis: querite et in-
uenietis: pulſate et aperietur vobis: ois
enim qui petit accipit/ et qui querit inue
nit: et pulſanti aperiet² allã. Cõpleda.
V Ota nr̃a q̃s dñe pio fauore
proſequere: vt dũ dona tua
in tribulatiõe percipimus: de cõſo
latiõe nr̃a in tuo amore creſcam⁹
Per. ¶ Fer. iij. Intro. Vocẽ iocun
ditatis ꝑ totũ: niſi ꝙ pmũ Allelu-
ya erit allã de fe. Oportebat. Scdm
Allã. v. Cõfitemini vts. in pcedẽti
officio. ¶ In vigi. aſcẽſio. Intro.
O Mnes gẽtes plaudi
te manibus iubilate
deo ĩ voce exultatio-
nis allã allã. Ps. Sub
iecit populos nob; ⁊ gen
tes ſub pedibus noſtris. Gloria. Coll.
P Reſta q̃s oĩps de⁹: vt nr̃e mẽ-
tis intẽtio quo ſolẽnitatis
hodierne glioſus auctor igreſſus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag
226 A 3

eſt/ſemp intēdat: et quo fide pgit cōuerſatione perueniat. Per eū.

Lectio actuum apoſtolorum.iiij.

IN diebus illis. Multitudinis credentiū erat cor vnū: et aīa vna. Nec quiſq̄ eoꝝ q̄ poſſidebat aliq̄d ſuū eſſe dicebat: ſed erant il lis oīa cōia. Et v̄tute magna red debāt apl'i teſtimonium reſurrectionis ieſu xp̄i dn̄i nr̄i: et gr̄a magna erat in oīmbus illis. Neqꝫ eīm quiſq̄ egēs erat īter illos. Quot quot enim poſſeſſores agroꝝ aut domoꝝ erāt: vēdētes afferebāt p̄cia eoꝝ q̄ vēdebāt: et ponebāt ante pedes aploꝝ. Diuidebat' autē ſingulis: p̄ut vnicuiqꝫ opus erat.

Alla. v. Oēs gētes plaudite manibus: iubilate deo in voce exultationis.

Secundum Johannem.xvij.

IN illo tempore. Subleuatis ieſus oculis in celū: dixit. Pater venit hora: clarifica filiū tuū vt filius tu⁹ clarificet te. Sicut dediſti ei poteſtatē oīs carnis: vt oē q̄d dediſti ei/det eis vitā eternam Hec eſt aūt vita eterna: vt cognoſcāt te ſolū verū deū: ⁊ quē miſiſti ieſum chriſtū. Ego te clarificaui ſup terrā: opus cōſūmaui q̄d dediſti michi vt faciā. Et nūc clarifica me tu pr̄ apud temetipſū claritate quā habui priuſq̄ mūd⁹ fieret apud te. Manifeſtaui nomen tuū hoīb⁹ quos dediſti michi de mūdo. Tui erāt: ⁊ michi eos dediſti: et ſermonē meū ſeruauerunt. Nūc cognouerūt q̄ oīa q̄ dediſti michi abs te ſunt: q̄ verba q̄ dedi ſti michi dedi eis. Et ipſi acceperūt ⁊ cognouerūt vere quia a te exiui: et crediderūt q̄ tu me miſiſti. Ego p eis rogo/ nō p mūdo rogo: ſed p his quos dediſti michi: quia tui ſunt. Et mea oīa tua ſunt/ et tua mea ſūt: et clarificat⁹ ſum in eis. Et iā nō ſum in mūdo/ et hij ī mūdo ſunt: et ego ad te venio. Offr.

Viri galilei q̄d admiramini aſpiciētes ī celū: hic ieſus qui aſſumpt⁹ eſt a vobis ī celū ſic veniet quēadmodū vidiſtis eum aſcendentem in celū alla. Secreta.

SAcrificium dn̄e p filij tui ſupplices venerabili quā nūc p̄uenim⁹ aſcēſione deferimus: vt ⁊ nos p ipſum his cōmercijs ſacroſctīs ad celeſtia cōſurgamus. Per eūdē. Cōio. Pater cū eſſem cū eis/ ego ſeruabā eos quos dediſti mihi alleluya: nunc autem ad te venio: nō rogo vt tollas eos de mūdo/ ſed vt ſerues eos a malo alleluya alleluya. Cōplēda.

TRibue queſumus dn̄e: vt p hec ſacra que ſumpſimus/ illuc tēdat nr̄e deuotionis affectus: quo tecum eſt noſtra ſubſtantia: ieſus chriſtus fili⁹ tuus dn̄s noſter. Qui tecum viuit et regnat in vnitate.

In die aſcēſionis. Introitus.

VIri galilei quid ammiramini aſpiciētes in celum alleluya: quemadmodū vidiſtis eū aſcendentem in celum/ ita veniet alleluya alleluya alla. v.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3

In die aſcenſionis domini.

Cūqꝫ intuerentur in celū euntē illū: ecce duo viri aſtiterūt iuxta illos ī veſtib⁹ albis/ q̄ ⁊ dixerūt. Viri ga. Gl'ia. Viri. p ebdo. ps. Oēs gētes plaudite manib⁹ iubilate deo in voce exultationis. Gl'ia.

Colla. Concede q̄s oīpotēs deus: vt q̄ hodierna die vnigenitū tuū redemptorē noſtrum ad celos aſcendiſſe credimus: ipſi quoqꝫ mēte ī celeſtib⁹ habitem⁹. Per eundē.

Lectio actuū aploꝝ. i.

Primū quidem ſermonē feci de omnibus o theophile: q̄ cepit ieſus facere et docere/ vſqꝫ in diē qua precipiēs apoſtolis per ſpiritum ſanctū/ quos elegit aſſūptus eſt. Quib⁹ et p̄buit ſeipſum viuum poſt paſſionē ſuā in multis argumētis: p dies quadraginta apparēs eis: et loquens de regno dei. Et cōueſcēs precepit eis ab hieroſolimis ne diſcederēt ſed expectarent promiſſionē patris/ quā audiſtis inquit per os meū. Quia iohānes quidē baptizauit aqua: vos autem baptizabimini ſpiritu ſctō: nō poſt multos hos dies. Igitur q̄ cōuenerant: interrogabāt eū/ dicētes. Dn̄e: ſi in tēpore hoc reſtitues regnum iſrael? Dixit autē eis. Nō eſt veſtrū noſſe tempora vel momēta/ que pater poſuit ī ſua poteſtate: ſed accipietis virtutē ſupuenientis ſpūs ſcti in vos: et eritis michi teſtes in hieruſalem: et in omni iudea/ ⁊ ſamaria/ et vſqꝫ ad vltimū terre. Et cū hec dixiſſet/ vidētibus illis eleuatus eſt: ⁊ nubes ſuſcepit eū ab oculis eoꝝ. Cunqꝫ intuerētur in celū euntē illū: ecce duo viri aſtiterūt iuxta illos in veſtib⁹ albis: qui et dixerunt. Viri galilei: quid ſtatis aſpicientes in celū? Hic ieſus qui aſſumptus eſt a vobis in celū: ſic veniet quēadmodū vidiſtis eum euntē in celū. Alľa. ℣. Aſcendit de⁹ in iubilatione: ⁊ dn̄s in voce tube. Secū dū Alľa. ℣. Chriſtus reſurgēs ex mortuis iā nō moritur: mors illi vltra nō dominabitur. Per ebdo. Alľa. ℣. Dn̄s in ſyna in ſancto aſcendēs in altū captiuam duxit captiuitatem.

Sequentia.

Summi triumphum regis/ p̄ſequamur laude. Qui celi q̄ terre regit/ ſceptra īferni iure dn̄o Qui ſeſe pro nobis redimendis/ permagnū dedit p̄ciū. Huic nomē extat cōueniens idithū. Nā tranſiliuit oēs ſtrennue/ montes colliculoſqꝫ bethel. Saltū de celo dedit in virginalē ventrē/ inde in pelagus ſeculi. Poſtq̄ illud ſuo mitigauit potētatu/ tetras flegetontis aſſilijt tenebras. Principis illi⁹ diſturbato imperio. Mamiplis plurimis inde erutis/ mundū illuſtrat ſuo iubare. Captiuitatēqꝫ detentā inibi/ victor duxit ſecū. Et rediuiuū iā ſuis ſe p̄buit ſeruis/ et amicis. Deniqꝫ ſaltū dederat hodie maximum/ nubes poloſqꝫ curſu p̄peti tranſiēs. Ce lebret ergo populus hunc diē cre dulus/ cuius morbida idithū corpora in ſemetipſo altis ſedib⁹ tēpora ...

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3

implõremus. Ut a dextris p̄tis q̇ ſedet/ſpiritũ mittat nob; ſctm̄. In finē ſeculi ipſe quoq; ſemp ſit nobiſcũ. Amē. Scdm Marcũ xvi.

IN illo tempore. Recũbētib⁹ vndecim diſcipulis apparuit illis ieſus: et exprobrauit incredulitatem illorum et duriciã cordis: quia his qui viderãt eum reſurrexiſſe non crediderunt. Et dixit eis. Euntes in mundũ vniuerſum: predicate euãgelium omni creature. Qui crediderit et baptizatus fuerit: ſaluus erit. Qui vero non crediderit: condemnabitur. Signa autē eos qui crediderint: hec ſequētur. In nomine meo demonia eijcient: linguis loquētur nouis/ſerpētes tollent. Et ſi mortiferum quid biberint: nõ eis nocebit. Super egros manus imponent: et bene habebũt. Et dñs q̇dem ieſus poſtq̃ locutus eſt eis: aſſumptus eſt in celum: et ſedet a dextris dei. Illi autem profecti p̄dicauerunt vbiq;: dño cooperante/et ſermonē confirmãte: ſequētibus ſignis. Credo dr̄ vſq; ad vigilia p̄ethe. Offē. Aſcēdit deus in iubilatiõe: ꝛ dñs in voce tube all'a. Secre.

SVſcipe dñe munera que pro filij tui glorioſa aſcēſione deferimus: et concede propitius: vt a p̄ſentibus periculis liberemur: et ad vitã perueniamus eternã. Per eundem. Prefatio vſq; ad vigiliã p̄ethe. exclu. de aſcēſione/ſcz Qui poſt reſurrectionem: ſed Cõicãtes ipſo die tm̄ dr̄ Agnus dei. Secundũ. Qui ſedes ad dexteram dei patris miſerere nob;. Agnus dei dona nobis pacem. Cõio. Pſallite domino qui aſcēdit ſup celos celoꝝ ad oriētem all'a.

PReſta queſumus (Cõplēda. omnipotens et miſericors deus: vt que viſibilib⁹ myſterijs ſumenda percepimus: inuiſibili conſequamur effectu. Per. Fe. vi. totũ officiũ de dñica. v. preter tm̄ vnũ Alleluya. Dominus i ſyna. vñs. ꝛ euãge. ſeq̄ns Kyrie eleyſon paſcha. Gl'ia i excel. Scdm Lucã xxiiij

IN illo tempore. Dixit ieſus diſcipulis ſuis. Ecce ego mitto promiſſum patris mei in vos. Vos autē ſedete in ciuitate: quoadvſq; induamini virtute ex alto Eduxit autē eos foras in bethaniã: et eleuatis manibus ſuis benedixit eis. Et factum eſt dum benediceret illis: receſſit ab eis et ferebatur in celum. Et ipſi adorantes regreſſi ſunt in hieruſalem cũ gaudio magno. Et erant ſemper in templo laudantes: et benedicētes deum. ¶ Sabbato Officiũ de aſcēſio. tm̄ vnũ Alleluya. Dñs i ſyna. ¶ Dñica p totũ: ſicut i die aſcēſio. ¶ Fer. ij. et. vi. dr̄ offi. dñicale ſeq̄ns. ¶ Fer. ij. et. vi. Introitus.

EXaudi domie vocem meã qua clamaui ad te alleluya: tibi dixit cor meũ queſiui vultum tuũ/vultũ tuũ dñe requiram: ne auertas faciem tuã a me all'a all'a. P̄s. Dñs illumiatio mea: ꝛ ſalus mea quē timebo. Gl'ia.

OMñps ſempitne deus (Col. fac nos tibi ſemper et deuotam gerere volũtatē: et maieſtati tue ſincero corde ſeruire. Per do.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3

Lect. eple bti Petri apli. ꝑme iiij.
O Hariſſimi. Eſtote prudētes
et vigilate in orationibus.
Ante omnia autem mutuā in vo
biſmetipſis charitatē continuā
habētes: qꝛ charitas operit mul-
titudinē peccatorū. Hoſpitales
inuicē: ſine murmuratiōe. Vnuſ-
quiſqꝫ ſicut accepit gratiā in alte
rutrū illam amminiſtrātes: ſicut
boni diſpenſatores multiformis
gratie dei. Si qs loquitur quaſi
ſermones dei. Si quis miniſtrat
tanqꝫ ex v̄tute quā amminiſtrat
deus: vt in omnib9 honorificet^r
deus. Per ieſum chriſtū: dn̄m no-
ſtrum. Tn̄ vnū Alleluya v̇. Dn̄s
in ſyna. Secundū Johannem. xv.
I N illo tempore. Dixit ieſus
diſcipulis ſuis. Cum venerit
paraclit9 quē ego mittā vobis a
pr̄e/ſpiritū veritatis qui a patre
procedit: ille teſtimonium perhi-
bebit de me: et vos teſtimonium
ꝑhibebitis: quia ab initio mecū
eſtis. Hec locutus ſum vobis: vt
nō ſcandalizemini: abſqꝫ ſynago-
gis faciēt vos. Sed venit hora: vt
omnis q̄ interficit vos/ arbitret^r
obſequiū ſe preſtare deo. Et hec
facient vobis: quia nō nouerunt
patrem neqꝫ me. Sed hec locutus
ſum vob;: vt cū venerit hora eoꝝ:
reminiſcamini: quia ego dixi vo-
bis. Offr. Viri galilei quid admirami
ni aſpicientes in celum: hic ieſus qui aſ-
ſumptus eſt a vob; in celū ſic veniet quē
admodū vidiſtis eū aſcēdētē ī celū alla.
S Acrificia nos dn̄e (Secreta.
immaculata purificēt: ꝛ mē
tibus noſtris ſupne gratie dent
vigorē. Per. Cōio. Pater cū eſſem cū
eis ego ſeruabā eos quos dediſti michi
alla: nūc autē ad te venio nō rogo vt tol
las eos de mūdo: ſed vt ſerues eos a ma
lo alleluya alleluya. Cōplēda.
R Epleti dn̄e muneribus ſa-
cris: da q̄s: vt in gratiarū ſemper
actione maneamus. Per. ¶ Fe. iij
Tātū vnū Alla. v̇. Aſcēdit deus. Ce
tera vt in die. ¶ Feř. iiij. Oīa ſicut
in die: ꝑter q̄ ſequūt^r. Ad hebre. ij.
F Ratres. Vidimus ieſū xp̄m
ꝓpter paſſionē mortis glo
ria ꝛ honore coronatū: vt gratia
dei pro omnibus guſtaret mortē.
Decebat enim eum propter quē
omnia et per quem oīa: q̄ mul-
tos filios in gloriam adduxerat:
auctorem ſalutis eorum per paſ-
ſionem conſummari. Qui enim
ſanctificat et qui ſanctificantur:
ex vno omnes. Propter quā cau-
ſam nō confunditur fratres eos
vocare dicens. Narrabo nomen
tuū fratribus meis: in medio ec-
cleſie laudabo te. Et iterum. Ego
ero fidens in eum. Et iterum. Ec-
ce ego ꝛ pueri mei: quos dedit mi
chi deus. Quia ergo pueri cōmu-
nicauerunt carni et ſanguini: et
ipſe ſimiliter participauit eiſdem
vt per mortem deſtrueret eū qui
habebat mortis imperium: id eſt
diabolum: et liberaret eos qui ti-
more mortis per totam vitā ob-
noxij erāt ſeruituti. Nuſqꝫ enim
angelos apprehendit: ſed ſemen
abrahe apprehendit. Vnde debu
it ꝑ oīa fratribus ſimilari: vt mi-
ſericors fieret ꝛ fidelis pōtifex ad
deū: vt repropitiaret delicta po-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag
226 A 3

puli. In eo eñi in quo paſſus eſt ipſe et tentatus: potens eſt et eis qui tentãtur auxiliari. Unde fratres ſancti vocatiõis celeſtis participes cõſiderate apoſtolũ et põtificem cõfeſſionis noſtre. Ieſum chriſtũ dñm nrm. Tractus vnũ Alla. v. Dñs in ſyna. Scdm lucam. xxiiij

IN illo tempore. Dixit ieſus diſcipulis ſuis. Ecce ego mitto promiſſum patris mei in vos Vos autẽ ſedete in ciuitate: quoadusqꝫ induamini virtute exalto Eduxit autẽ eos foras in bethaniã: et eleuatis manibus ſuis benedixit eis. Et factũ eſt dum benediceret illis: receſſit ab eis et ferebatur in celũ. Et ipſi adorantes regreſſi ſunt in hieruſalẽ cũ gaudio magno. Et erant ſemper in templo laudãtes: et benedicẽtes deũ. ¶ In octa. aſcẽſio. miſſa et ſequentia cũ ceter⁊ ſicut i die. ¶ Fe. vi. Miſſa Exaudi. vtſ. Alla. v. Dñs i ſyna. tractus vnũ. Scdm Johãnẽ. xv

IN illo tempore. Dixit ieſus diſcipulis ſuis. Si mãſeritis in me: et verba mea in vobis mãſerint: quodcũqꝫ volueritis petetis: et fiet vobis. In hoc clarificatus eſt pater meus: vt fructũ plurimũ afferatis: et efficiamini mei diſcipuli. Sicut dilexit me pater: et ego dilexi vos. Manete in dilectione mea. Si precepta mea ſeruaueritis manebitis in dilectiõe mea: ſicut et ego pris mei precepta ſeruaui: ⁊ maneo in eius dilectione. Hec locutus ſum vob⁊: vt gaudiũ meũ in vobis ſit: et gaudium veſtrum impleatur. ¶ In vigilia pẽthecoſ. Lectio pma. Gen. xxij.

TEntauit deus abrahã/ ⁊ dixit ad eum. Abrahã abrahã. At ille reſpondit. Adſum. Ait illi. Tolle filium tuũ vnigenitũ quẽ diligis iſaac: et vade in terram viſionis/ atqꝫ offeres eũ ibi in holocauſtũ ſuper vnũ montium quẽ mõſtrauero tibi. Igitur abrahã de nocte conſurgẽs/ ſtrauit aſinũ ſuũ: ducens ſecũ duos iuuenes/ et iſaac filiũ ſuũ. Cumqꝫ cõcidiſſet ligna in holocauſtũ: abijt in locũ quẽ preceperat ei deus. Die aũt tertio eleuat⁊ oculis vidit locũ procul/ dixitqꝫ ad pueros ſuos. Expectate hic cum aſino: ego et puer illuc vſqꝫ properãtes: poſtqꝫ adorauerim⁹/ reuertemur ad vos. Tulit quoqꝫ ligna holocauſti: et impoſuit ſup iſaac filiũ ſuũ. Ipſe vero in man⁹ portabat ignẽ ⁊ gladiũ Cumqꝫ duo pergerent ſimul: dixit iſaac patri ſuo. Pater mi. At ille reſpõdit. Quid vis fili: Ecce inqt ignis et ligna: vbi eſt victima holocauſti: Dixit aũt abrahã. De⁹ prouidebit ſibi victimã holocauſti fili mi. Pergebãt autẽ pariter: veneruntqꝫ ad locũ quẽ oſtẽderat ei deus. In quo edificauit altare: et deſup ligna cõpoſuit. Cumqꝫ alligaſſet iſaac filiũ ſuũ: poſuit eũ in altare ſup ſtruem lignoꝝ. Extenditqꝫ manũ/ ⁊ arripuit gladiũ: vt immolaret filiũ ſuũ. Et ecce angelus dñi de celo clamauit dicens. Abrahã abrahã. Qui reſpõdit adſum. Dixitqꝫ ei. Nõ extendas manum tuã ſuper puerũ: neqꝫ facias illi quicqꝫ. Nunc cognoui qꝫ timeas

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3

deũ:et nõ pepercisti filio tuo uni-
genito propter me. Leuauit abra
ham oculos ſuos:viditqꝫ poſt ter
gũ arietẽ inter vepres herentem
cornibus:quem aſſumẽs/obtulit
holocauſtũ ꝓ filio. Appellauitqꝫ
nomẽ loci illius:dñs videt. Unde
vſqꝫ hodie dicitur in mõte dñs vi
debit. Uocauit autẽ angelus dñi
abrahã ſecũdo de celo dicẽs: Per
me metipſum iuraui dicit dñs:qꝛ
feciſti hãc rem:et nõ pepciſti filio
tuo vnigenito propter me/bene-
dicam tibi: et multiplicabo ſemẽ
tuũ ſicut ſtellas celi:⁊ velut arenã
que eſt in littore maris. Poſſide-
bit ſemen tuũ portas inimicorũ
ſuorũ:et benedicentur in ſemine
tuo oẽs gẽtes terre:quia obediſti
voci mee. Reuerſuſqꝫ eſt abrahã
ad pueros ſuos: abierũtqꝫ berſa-
bee ſimul: et habitauit ibi. ¶ No-
ta qꝙ Dñs vobiſ. nõ dr: neqꝫ Flecta
mus ge. neqꝫ hic/neqꝫ poſt. Colla.

Deus qui in abrahe famuli
tui ope hũano generi obe-
dientie exẽpla ꝑbuiſti:cõcede no-
bis:et noſtre volũtatis prauita-
tẽ frãgere:et tuorũ preceptoꝝ re
ctitudinem in oĩbus adimplere.
Per dñm. Lectio ſcda. Exodi. xiiij

Factum eſt in vigilia matu-
tina:et ecce reſpiciens dñs
ſuper caſtra egyptiorũ per colũ-
nam ignis et nubis:interfecit ex-
ercitũ eorũ:⁊ ſubuertit rotas cur
ruum ferebãturqꝫ in profundũ.
Dixerũt ergo egyptij: Fugiamꝰ
iſraelẽ:dñs enĩ pugnat pro eis cõ
tra nos. Et ait dñs ad moyſen.
Extende manũ tuã ſuꝑ mare:vt
reuertãtur aque ad egyptios ſu-
per currus et equites eoꝝ. Cumqꝫ
extendiſſet moyſes manũ cõtra
mare:reuerſum eſt primo dilucu-
lo ad priorẽ locũ. Fugientibuſqꝫ
egyptijs/occurrerũt aque:⁊ inuol
uit eos dñs in medijs fluctibus.
Reuerſeqꝫ ſũt aque:et operuerũt
currus et equites cuncti exercitꝰ
pharaonis:qui ſequẽtes ingreſſi
fuerãt mare:nec vnus quidẽ ſuꝑ-
fuit ex eis. Filij aũt iſrael perrexe-
runt ꝑ mediũ ſicci maris:et aque
eis erant/quaſi ꝓ muro a dextris
et a ſiniſtris. Liberauitqꝫ dñs ĩ die
illo iſrael de manu egyptiorũ:et
viderunt egyptios mortuos ſuꝑ
littus maris:et manũ magnã quã
exercuerat dñs cõtra eos. Metu-
itqꝫ populus dñm:⁊ crediderunt
dño:et moyſi ſeruo eius. Tũc ce-
cinit moyſes et filij iſrael carmẽ
hoc domĩo:et dixerũt. Tractus.

Cantemus dño/glorioſe enĩ hono
rificatus eſt:equũ et aſcenſorẽ ꝓ-
iecit in mare:adiutor et protector factus
eſt michi in ſalutẽ. ℣. Hic deus meus et
honorificabo eum:deus patris mei/⁊ ex
altabo eum. ℣. Dominus cõterens bel
la:dominus nomen eſt illi. Collecta.

Deus qui nobis per prophe
tarũ ora precepiſti tempo-
ralia relinquere:atqꝫ ad eterna fe
ſtinare:da famulis tuis:vt que a
te iuſſa cognouimus: implere ce
leſti inſpiratione valeamꝰ. Per.
Lectio tertia. Deuteronomij. xxxi

In diebus illis. Scripſit moy
ſes canticum:et docuit filios
iſrael. Precepitqꝫ dñs ioſue filio
nun/et ait. Confortare:et eſto ro-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag
226 A 3

buſtus. Tu enĩ introduces filios
iſrl' in terrã quã pollicitus ſũ eis.
Et ego ero tecũ. Poſtꝙ̃ ergo ſcri-
pſit moyſes v̇ba legis hui⁹ in vo
lumine/atqꝫ cõpleuit: p̃cepit leui-
tis q̇ portabãt archã federis dñi
dicẽs. Tollite librũ iſtũ: ⁊ ponite
illũ ĩ latere arce federis dñi dei ve
ſtri: vt ſit ibi cõtra te ĩ teſtimoniũ
Ego enĩ ſcio cõtẽtionẽ tuã: et cer
uicẽ tuã duriſſimã. Adhuc viuen
te me: ⁊ ingrediẽte vobiſcũ/ ſemꝑ
cõtẽtioſe egiſtis cõtra dñm: quã-
to magis cũ mortu⁹ fuero: Cõgre
gate ad me oẽs maiores natu ꝑ
tribus vr̃as/ atqꝫ doctores: et lo-
quar audientibus eis ſermones
iſtos: ⁊ inuocabo cõtra eos celũ ⁊
terrã. Noui enĩ poſt mortẽ meã
inique agetis: ⁊ declinabitis cito
de via quã p̃cepi vobꝫ: et occurrẽt
vobꝫ mala ĩ extremo tp̄e: quãdo
feceritis malũ in cõſpectu dñi: vt
irritetꝫ eũ ꝑ op̄a manuũ veſtrarꝫ.
Locut⁹ eſt ergo moyſes audiente
vniuerſo cetu filiorꝫ iſrl' v̇ba car-
mis hui⁹: et ad finẽ vſqꝫ cõpleuit.

Attẽdite celũ et loquar. Tract⁹.
et audiat terra verba ex ore meo
v. Expectetur ſicut pluuia eloquiũ meũ
⁊ deſcẽdãt ſicut ros verba mea: ſicut ym
ber ſup gramĩa/et ſicut nix ſup fenũ: q̇
nomẽ dñi inuocabo. v. Date magnificẽ
tiã deo nr̃o: deus vera opera ei⁹/et oẽs
vie eius iudicia. v. Deus fidelis in quo
nõ eſt iniq̃tas: iuſtus et ſctũs dñs. Col.

Deus q̇ nos ad celebrandam
hãc feſtiuitatẽ p̃ſentẽ vtri-
uſqꝫ teſtamẽti paginis iſtruis: da
nobis itelligere miam tuã: vt ex
perceptione p̃ſentiũ munerũ/ fir
ma ſit expectatio futurorũ. Per.

Lectio quarta. Baruch. iij.
Audi iſrl' p̃cepta vite/auribꝰ
ꝑcipe vt ſcias prudẽtiã. Quid eſt
iſrl' ꝙ ĩ terra inimicorꝫ es: Inuete
raſti ĩ terra aliena/ coinq̇nat⁹ es
cũ mortuis: deputat⁹ es cũ deſcẽ-
dẽtibꝰ in infernũ. Dereliq̇ſti fon-
tẽ ſapiẽtie. Nã ſi in via dei ambu
laſſes: habitaſſes vtiqꝫ ĩ pace ſuꝑ
terrã. Diſce vbi ſit prudẽtia vbi
ſit v̇tus/vbi ſit intellect⁹: vt ſcias
ſimul vbi ſit lõgiturnitas vite et
vict⁹: vbi ſit lumẽ oculorꝫ et pax.
Quis ĩuenit locũ ei⁹: Et q̇s intra-
uit ĩ theſauros ei⁹: Ubi ſũt princi
pes gẽtiũ: et q̇ dñantur ſuꝑ beſti-
as q̃ ſunt ſuꝑ terrã: Qui in auibꝰ
celi ludũt: q̇ argẽtũ theſaurizant
et aurũ/in quo cõfidũt homines:
et nõ eſt finis acq̇ſitiõis eorꝫ. Qui
argẽtũ fabricãt: ⁊ ſolliciti ſũt/nec
eſt inuẽtio operũ illorꝫ. Extermi-
nati ſũt: et ad inferos deſcẽderũt
⁊ alij loco illorꝫ exſurrexerũt. Iuue
nes viderũt lumẽ: ⁊ habitauerũt
ſuꝑ terrã. Viã aũt diſcipline igno
rauerũt: neqꝫ ĩtellexerũt ſemitas
eius/neqꝫ ſuſceperũt eã filij eorũ.
A facie illorꝫ longe facta eſt: nõ eſt
audita in terra chanaan: neqꝫ vi-
ſa eſt ĩ theman. Filij quoqꝫ agar
q̇ exq̇ſierũt prudentiã que de ter-
ra eſt/ negociatores terre: et the-
man: et fabulatores: et exq̇ſitores
prudẽtie et intelligẽtie: viã autẽ
ſapiẽtie neſcierũt/neqꝫ cõmemo-
rati ſunt ſemitas ei⁹. O iſrl' ꝙ̃ ma
gna eſt domus dei: ⁊ ingẽs locus
poſſeſſionis eius. Magnus eſt: et
nõ habet finẽ: excelſus et imẽſus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3

In vigilia Penthecoſtes.

Ibi fuerũt gygantes noĩati:illi q̇
ab initio fuerũt ſtatura magna
ſciẽtes bellũ. Nõ hos elegit dñs:
neq̧ viã diſcipline ĩuenerũt/ꝓpte-
rea perierunt. Et quoniã nõ ha-
buerũt ſapiẽtiã: ĩterierũt ꝓpter
ſuã inſipiẽtiã. Quis aſcẽdit in ce
lũ et accepit eã:et eduxit eã de nu
bibus: Quis trãſfretauit mare et
inuenit eã: et attulit eã ſup aurũ
electũ: Nõ eſt q̇ ſciat vias eiꝰ:neq̧
qui exquirat ſemitas eius. Sed q̇
ſcit vniuerſa nouit eã: et adinue-
nit eã prudentia ſua. Qui p̄para
uit terrã in ſempiterno tẽpore:⁊
repleuit eã bipedibus et quadru
pedibus. Qui emittit lumẽ et va
dit: et vocauit illud/et obedit illi
in tremore. Stelle autẽ dederunt
lumẽ ĩ cuſtodijs ſuis:et letate ſũt
vocate ſunt:et dixerũt. Aſſumus.
Et luxerũt ei cũ iocũditate:qui fe
cit illas. Hic eſt deus noſter:et nõ
eſtimabitur alius aduerſus eum
Hic adinuenit oẽm viã diſcipli-
ne:et tradidit eã iacob puero ſuo
⁊ iſrl' dilecto ſuo. Poſt hec ĩ terris
viſus eſt:⁊ cũ hoĩbꝰ cõuerſatꝰ eſt.

V Inea facta eſt dilecto (Tractꝰ.
in cornu in loco vberi. ṽ. Et ma-
ceriã circũdedit ⁊ circũfodit:et plãtauit
vineã soreth: et edificauit turrim in me-
dio eius. ṽ. Et torcular fodit in ea:vinea
eñi dñi ſabaoth domus iſrael eſt. Coll.

D Eus incõmutabilis virtus
et lumẽ eternũ:reſpice ꝓpi-
tius ad totiꝰ eccleſie mirabile ſa-
cramentũ:et da famulis tuis: vt
hoc qđ deuote agimꝰ:etiã rectitu
dine vite teneamꝰ. Per dñm nr̃m
ieſum xp̄m filiũ tuũ. Qui. Tractꝰ

S Icut ceruꝰ deſiderat ad fõtes aqua
rũ: ita deſiderat aĩa mea ad te deꝰ
ṽ. Sitiuit anima mea ad deum viuum
quando veniam et apparebo ante faciẽ
dei mei. ṽ. Fuerunt michi lachrime mee
panes die ac nocte: dum dicitur michi p
ſingulos dies/vbi eſt deus tuus. Colla.

C Oncede q̄s oĩpotens deus:
vt q̇ ſolẽnitatẽ doni ſancti
ſpiritus colimus: celeſtibus deſi-
derijs accẽſi/fontẽ vite ſitiamus:
dñm nr̃m ieſum chriſtũ filiũ tuũ.
Qui tecũ viuit ⁊ regnat. Letanie.

R Ex ſanctoꝝ angelorũ/ totũ
mũdum adiuua. Ora pri-
mũ tu ꝓ nobis/virgo mater ger-
minis/ et miniſtri regis ſũmi/ or-
dinis angelici. Supplicate xp̄o
regi/cetus apoſtolici/ ſuppliceq̧
permagnorũ ſanguis fuſus mar
tyrũ. Implorate cõfeſſores/cõſo-
neq̧ virgines/ quo donetur ma-
gne nobꝰ/tẽpus indulgẽtie. Om
nes ſancti atq̧ iuſti/ vos p̄camur
cernui: vt purgetur crimẽ omne/
veſtro ſub oramine. Huius xp̄e
rector alme/ plebis vota ſuſcipe:
qui plaſmaſti prothoplauſtũ/ et
genus gignentiũ. ¶ Nota quod vbi
eſt fons addunt versus ſequentes.
M itte ſanctũ nũc amborũ/ſpiri-
tũ paraclitũ:in hãc plebẽ quã re-
center / fons baptiſmi parturit.
H ac interna fõtis huiꝰ/ ſacratũ
myſteriũ:qui profluxit cũ cruore
ſacro chriſti latere. Et letetᷣ mat
ſancta/tota nũc eccleſia:ex proue
ctu renaſcẽtis/tãte multitudinis
P reſta patris atq̧ nati/compar
ſctẽ ſp ũs:vt te ſolum ſemper om-
ni/ diligamus tempore. Amen.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3

¶ Ad miſſam introitus nõ dr. Kyrie eleyſon. Glia in excelſis. Coll.

Preſta q̄s oīpotens deus: vt claritatis tue ſup nos ſplendor effulgeat: et lux tue lucis corda eoꝝ q̄ per grām tuā renati ſūt ſancti ſpūs illuſtratiōe cōfirmet. Per dn̄m nr̄m ieſum xp̄m. In vnitate eiuſdē. Lect. actuū apl'oꝝ. xix.

In diebus illis. Factū eſt cum apollo eſſet corinthi: et paulus peragratis ſuperioribus partibus veniret epheſum: ⁊ inuenit quoſdā diſcipulos: dixitq̄ ad eos Si ſpm̄ ſanctū accepiſtis credentes: At illi dixerūt ad eū. Sed neq̄ ſi ſpūs ſanctus eſt/ audiuimus. Ille vero ait. In quo ergo baptizati eſtis: Qui dixerūt. In iohannis baptiſmate. Dixit autē paulus. Johannes baptizauit baptiſmo penitētie populū dicēs: in eū qui venturus eſſet poſt ipſum vt crederent: hoc eſt in ieſum. Hijs auditis: baptizati ſūt in noīe dn̄i ieſu. Et cū īpoſuiſſet illis manꝰ paulus/ venit ſpūs ſanctus ſup eos: et loquebātur linguis/ et prophetabant. Erāt aūt oēs viri: fere duodecim. Introgreſſus aūt ſynagogā paulus/ cū fiducia loquebat' p tres mēſes: diſputās et ſuadēs de regno dei. Alla. v̄. Cōfitemini dn̄o qm̄ bonus: qm̄ in ſeculū mīa eiꝰ. Alla. nō repetit'/ ſꝫ ſtati icipit' Tractꝰ.

Laudate dn̄m oēs gētes: et collaudate eū oēs populi. v̄. Qm̄ cōfirmata eſt ſup nos mīa eiꝰ: et veritas dn̄i manet in et'nū. Sedm̄ Johanē. xiiij.

In illo tp̄e. Dixit ieſus diſcipulis ſuis. Si diligitis me/ mandata mea ſeruate. Et ego rogabo patrem: et alium paraclitū dabit vobis/ vt maneat vobiſcū in eternū/ ſpiritum veritatꝭ: quē mundus non poteſt accipere: qꝛ non videt eum/ nec ſcit eum. Vos autem cognoſcetis eum: qꝛ apud vos manebit: et in vobis erit. Nō relinquam vos orphanos: veniā ad vos. Adhuc modicum: et mundus me iam non videt. Vos autē videtis me: quia ego viuo: et vos viuetis. In illo die vos cognoſcetis: quia ego ſum in patre meo: ⁊ vos in me/ et ego in vobꝭ. Qui habet mandata mea/ et ſeruat illa: ille eſt qui diligit me. Qui autē diligit me: diliget' a patre meo. Et ego diligam eum: ⁊ manifeſtabo ei meipſum. Credo dicit'. Offr.

Emitte ſpiritum tuum et creabuntur: ⁊ renouabis faciem terre: ſit gloria domini in ſecula alleluya. Secreta.

Munera domine queſumus oblata ſanctifica: et corda noſtra ſancti ſpiritus illuſtratione emunda. Per dominū noſtrū ieſum chriſtū. In vnitate eiuſdē. Prefatio Qui aſcendens. Cōmunicātes et hanc igitur/ de feſto dicantur. Cōio. Vltimo feſtiuitatis die dicebat ieſus/ qui in me credit: flumina de ventre eius fluent aque viue: hoc aūt dixit de ſpiritu quem accepturi erāt credentes in eū: alla alleluya. Cōplēda.

Sancti ſpiritus queſumꝰ dn̄e corda noſtra mūdet infuſio: et ſui roris intima aſperſione fecundet. Per dominum noſtrum ieſum chriſtum. In vnitate eiuſdem ſpiritusſancti deus: per oīa.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3

In die Penthecoſtes.



¶ In die ſctō pēthecoſtes. Intro.
Spiritus dn̄i repleuit
orbem terrarū all'a:
et hoc quod cōtinet
oīa ſcientiam habet
voc; all'a all'a all'a. ps
Cōfirma hoc deus quod operatus es in
nobis: a tēplo ſancto tuo quod eſt in hie
ruſalem. Gloria patri et filio. Collecta
Deus q̄ hodierna die corda fi
delium ſancti ſpūs illuſtra-
tiōe docuiſti: da nobis in eodem
ſpiritu recta ſapere: et de ei⁹ ſemp
conſolatione gaudere. Per dn̄m.
In vnitate eiuſdem. ¶ Non adde
plures. Lectio actuū apl'orum. ij.
In diebus illis. Dum cōplerē
tur dies penthecoſtes: erant
om̄es diſcipuli pariter in eodem
loco. Et factus eſt repente de celo
ſonus tanꝗ̄ aduenientis ſpirit⁹
vehementis: ⁊ repleuit totam do
mum vbi erant apoſtoli ſedētes.
Et apparuerūt illis diſpertite lin-
gue tanꝗ̄ ignis: ſeditqꝫ ſupra ſin-
gulos eorum. Et repleti ſunt oēs
ſpiritu ſancto: et ceperunt loqui
varijs linguis: ꝓut ſpiritus ſan-
ctus dabat eloqui illis. Erāt aūt
in hieruſalem habitātes iudei vi
ri religioſi: ex omni natione que
ſub celo eſt. Facta autem hac voce
conuenit multitudo et mente cō-
fuſa eſt: qm̄ audiebat vnuſquiſqꝫ
lingua ſua illos loquētes. Stupe
bant autem om̄es: et mirabātur
dicentes. Nōne ecce omnes iſti q̄
loquūtur galilei ſūt? Et quomō
nos audiuimus vnuſq̄ſqꝫ linguā
noſtram in qua nati ſumus: Par
thi: et medi: et elamite: ⁊ qui habi
tant meſopotamiam: iudeam: et
capadociam: pontum et aſyam/
phrigiā: et pamphyliam/ egyptū
⁊ partes libie: que eſt circa ſyrenē
et aduene romani/ iudei quoqꝫ ⁊
proſeliti/ cretes et arabes. Audiui
mus eos loquentes noſtris lin-
guis: magnalia dei. Alleluya. v.
Veni ſancte ſpiritus: reple tuorum cor-
da fidelium: et tui amoris in eis ignem
accende. Alleluya. v. Chriſtus reſur-
gens ex mortuis iam nō moritur: mors
illi vltra non dominabitur alleluya.
Sancti ſpiritus/ ¶ Sequentia.
Adſit nobis gratia. Que cor-
da noſtra ſibi/ faciat habitaculū.
Expulſis inde/ cūctis vicijs ſpi-
ritalibus. Spirit⁹ alme/ illuſtra-
tor hominum. Horridas noſtre
mētis/ purga tenebras. Amator
ſctē/ ſenſatorū ſemp cogitatuum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3

Infunde unctionē tuā/ clemens
noſtris ſenſibus. Tu purificator
oīm flagitiorum ſpūs. Purifica
noſtri oculū/ interioris hoīs. Ut
videri ſupremus genitor/ poſſit a
nobis. Mundi cordis/ quē ſoli cer
nere poſſunt oculi. Prophetas
tu inſpiraſti: ut pconia chriſti pre
cinuiſſent inclita. Apoſtolos cō-
fortaſti: uti tropheū xpī p totum
mūdū veherēt. Quando machi-
nā p verbū ſuū fecit deus/ celi/ ter-
re/ mariū. Tu ſup aquas fotur9
eas: numē tuū expādiſti ſpiritus
Tu aīabus/ viuificādis aquas fe
cūdas. Tu aſpirādo/ das ſpirita-
les eſſe hoīes. Tu diuiſum per lin
guas mūdum/ et ritus adunaſti
dñe. Idolatras ad cultū dei reuo
cas/ magiſtrorū optime. Ergo
nos ſupplicātes/ tibi exaudi ppi-
cius ſancte ſpūs. Sine quo pces/
oēs caſſe credūtur: et indigne dei
auribus. Tu q̄ oīm ſeculoꝝ ſctōs
tui noīs docuiſti inſtinctu ample
ctēdo ſpūs. Ipſe hodie aplos xpī
donās munere inſolito/ et cūctis
inaudito ſeculis. Hūc diem glio
ſum feciſti. Sc̄dm Johannē. xiiij.

In illo tempore. Dixit ieſus
diſcipulis ſuis. Si q̄s diligit
me: ſermonē meū ſeruabit. Et pr̄
meus diliget eū: & ad eū veniem9
et māſionē apud eū faciem9. Qui
nō diligit me: ſermones meos nō
ſeruat. Et ſermonē quē audiſtis
nō eſt meus: ſed ei9 q̄ miſit me pa-
tris. Hec locutus ſum vob: apud
vos manēs. Paraclitus aūt ſpūs
ſanctus quē mittet pater in noīe
meo: ille vos docebit oīa: et ſugge
ret vobis oīa quecūq; dixero vo-
bis. Pacem relinquo vobis: pacē
meā do vobis. Nō quomodo mū
dus dat: ego do vobis. Nō turbe-
tur cor veſtrū: neq; formidet. Au-
diſtis quia ego dixi vob: vado et
venio ad vos. Si diligeretis me:
gauderetis v tiq;: q2 vado ad pa-
trem: quia pater maior me eſt. Et
nūc dixi vobis: priuſq̄ fiat: vt cū
factū fuerit/ credatis. Iā nō mul-
ta loquar vobiſcū. Venit eñ pn-
ceps mūdi huius: et in me nō ha-
bet quicq̄. Sed vt cognoſcat mū
dus quia diligo patrē: & ſicut mā
datū dedit michi pater: ſic facio.

Credo dr p oct. Offr. Cōfirma hoc
deus quod operatus es in nobis: a tem-
plo tuo quod eſt in hieruſalem: tibi offe-
rent reges munera allelupa. Secreta.

Munera dñe q̄s oblata ſctifi
ca: et corda noſtra ſcti ſpūs
illuſtratiōe emūda. Per dñm. In
vnitate eiuſdē. Prefatio de ſctō
ſpū dr p oct. Cōicātes et Hāc igit
de feſto uſq; ad fer. quartā incluſi
ue. Cōio. Factus eſt repēte de celo ſon9
aduenietis ſpūs vehemētis/ vbi erāt ſe-
dētes allā: et repleti ſunt oēs ſpū ſancto
loquētes magnalia dei al. al. Cōplen.

Sancti ſpūs q̄s dñe corda no-
ſtra mūdet infuſio: et ſui ro-
ris intima aſperſione fecundet.
Per dñm. In vnitate eiuſdem.

¶ Feria. iij. poſt pēthe. Introitus

Cibauit eos ex adipe
frumēti allā: et de pe
tra melle ſaturauit
eos: allā al. allelupa
Ps. Exultate deo adiuto
ri noſtro: iubilate deo iacob. Glia. Col.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3

Feria.ij.poſt Penthecoſtes.

DEus qui apoſtolis tuis ſan-
ctum dediſti ſpiritum: cõce-
de plebi tue pie petitiõis effectũ:
vt quibꝰ dediſti fidem: largiaris
⁊ pacẽ. Per do. In vnitate eiuſdẽ
¶ Nota infra octa. penthe. ſemp
de feſto cãtatꝰ: et de nullo ſctõ ho-
re aut miſſa/ niſi forſã poſt diẽ pẽ
the. collecta ad miſſ. ſub vno Per
dñm. ſi fuerit aliqua annexa dici
Lectio actuum apoſtolorum. x.
IN diebus illis. Aperiens pe-
trus os ſuum/ dixit. Viri fra-
tres ⁊ patres: nobis precepit dñs
pdicare populo ⁊ teſtificari: quia
ipſe eſt qui cõſtitutus eſt a deo/ iu
dex viuoꝝ et mortuorũ. Huic oẽs
prophete teſtimoniũ perhibent:
remiſſionẽ peccatorũ accipere p
nomẽ eius/ omnes qui credũt in
eũ. Adhuc loquente petro verba
hec: cecidit ſpiritus ſanctus ſuper
omnes qui audiebant verbũ. Et
obſtupuerũt ex circũciſione fide-
les qui venerant cũ petro: quia ⁊
in natiões gratia ſpiritus ſancti
effuſa eſt. Audiebãt enim illos lo-
quẽtes linguis: et magnificãtes
deũ. Tũc reſpondit petrus. Nun
quid aquã qs prohibere poteſt:
vt nõ baptizẽtur hij qui ſpiritũ
ſanctũ acceperũt ſicut et nos: Et
iuſſit eos baptizari: in nomĩe dñi
noſtri ieſu chriſti. Alla. V. Paracli
tus ſpũſſanctus quẽ mittet pater in no
mine meo: ille vos docebit oẽm verita-
tem. Alleluya. V. Veni ſancte ſpiritꝰ
reple tuorum corda fidelium: ⁊ tui amo
ris in eis ignem accende. Sequentia.
VEni ſancte ſpiritus/ et emit
te celitꝰ lucis tue radiũ. Ve
ni pr̃ paupeꝝ/ veni dator muneꝝ
veni lumẽ cordiũ. Cõſolator op
time/ dulcis hoſpes aĩe/ dulce refri
geriũ. In labore reqes/ in eſtu tẽ-
peries: in fletu ſolatiũ. O lux bea
tiſſima/ reple cordis intima/ tuoꝝ
fideliũ Sine tuo numine/ nichil
eſt ĩ lumĩe/ nichil eſt innoxiũ. La
ua qđ eſt ſordidũ/ riga qđ eſt ari-
dũ: ſana qđ eſt ſauciũ. Flecte qđ
eſt rigidũ/ foue qđ eſt frigidũ rege
qđ eſt deuiũ. Da tuis fidelibꝰ/ in
te cõfidẽtibꝰ: ſacrũ ſeptenarium.
Da vͤtutꝫ meritũ/ da ſalutꝫ exitũ:
da penne gaudiũ. Scdm Ioh. iij.
IN illo tempore. Dixit ieſus
diſcipulis ſuis. Sic enĩ deus
dilexit mundũ: vt filiũ ſuũ vnige
nitum daret: vt oĩs qui credit in
ipſum/ non pereat: ſed habeat vi-
tam eternã. Nõ enim miſit deus
filium ſuum in mũdũ: vt iudicet
mundũ: ſed vt ſaluetur mundus
per ipſum. Qui credit in eum/ nõ
iudicatur. Qui autem non credit
iam iudicatus eſt: quia nõ credit
in nomĩe vnigeniti filij dei. Hoc
eſt autẽ iudicium: quia venit lux
in mundũ: et dilexerũt homines
magis tenebras q̃ lucẽ. Erãt enĩ
eoꝝ mala opera. Omĩs enim qui
male agit odit lucẽ: et non venit
ad lucẽ: vt non arguantur opera
eius. Qui autẽ facit veritatem ve
nit ad lucem: vt manifeſtẽtur eiꝰ
opera: qꝛ in deo ſunt facta. Offer.
heſitauerit ī corde ſuo/ſed crediđe
rit:qr q̄dcunq̄ dixerit fiat:fiet ei.

¶ Dñica.iiij.poſt trinit. Introitꝰ.

DOminꝰ illuminatio
mea:et ſalꝰ mea quē
timebo:dñs defēſor
vite mee a quo trepi
dabo:q̄ tribulāt me

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3

inimici mei/infirmati ſunt et ceci derūt. ps. Si conſiſtant aduerſum me caſtra:nō timebit cor meum. Collecta.

PRotector in te ſperātiū deꝰ: ſine quo nichil eſt validum/ nichil ſanctū:multiplica ſup nos miſericordiā tuā:vt te rectore te duce/ſic trāſeamus ꝑ bona tēporalia:vt non amittamus eterna. Per dn̄m nr̄m. Ad romanos.viij

FRatres. Exiſtimo eñ ꝙ nō ſunt cōdigne paſſiōes huiꝰ tēporis: ad futurā gloriā que reuelabitur in nobis. Nā expectatio creature: reuelationē filiorū dei expectat. Vanitati eñ creatura ſubiecta eſt nō volēs:ſed ꝓpter eū q̇ ſubiecit eā in ſpe: quia ⁊ ipſa creatura liberabitur a ſeruitute corruptionis: in libertatē glorie filioꝝ dei. Scimus eñ ꝙ oīs creatura ingemiſcit: et parturit vſq̧ adhuc. Non ſolum autē illa: ſed ⁊ nos ipſi primitias ſpūs habētes: ⁊ ipſi intra nos gemimꝰ adoptionē filioꝝ dei:expectātes redēptionē corporis noſtri. In chriſto ieſu dn̄o noſtro. Gr. Propitius eſto dn̄e peccatis noſtris: nequādo dicāt gentes vbi eſt deus eorū. v. Adiuua nos deus ſalutaris noſter:et propter honorē nomis tui dn̄e libera nos. Alla. v. Dn̄e in virtute tua letabitur rex: et ſuper ſalutare tuū exultabit vehemēter. Scd̄m lu.vi

IN illo tempore. Dixit ieſus diſcipulis ſuis. Eſtote miſericordes: ſicut et pater veſter miſericors eſt. Nolite iudicare ⁊ nō iudicabimini. Nolite cōdēnare: et nō cōdemnabimini. Dimittite: et dimittemini. Date: et dabit᷑ vobis Mēſurā bonā et confertā/et coagitatā: ⁊ ſupereffluentē/dabunt in ſinū veſtrū. Eadē quippe menſura qua mēſi fueritis: remetiet᷑ vobis. Dicebat autē et illis ſimilitudinē. Nūquid poteſt cecus cecū ducere? Nonne ambo in foueā cadunt? Nō eſt diſcipulus ſup magiſtrum. Perfectus autem oñis erit/ſi ſit ſicut magiſter eiꝰ. Quid autem vides feſtucā in oculo fratris tui: trabē autē que in oculo tuo eſt/non conſideras? Aut quo modo potes dicere fratri tuo frater/ſine eijciā feſtucā de oculo tuo ipſe trabē in oculo tuo nō vides? Hypocrita: eijce primū trabē de oculo tuo: et tunc ꝑſpicies vt educas feſtucam de oculo fratris tui. Offer. Illumina oculos meos ne vnq̄ obdormiā in morte: nequādo dicat inimicus meꝰ ꝑualui aduerſus eū. Secre.

REſpice dn̄e munera ſupplicātis eccleſie: et ſaluti credētiū ꝑpetua ſanctificatione ſumēda concede. Per. Cōio. Dn̄s firmamentū meū et refugiū meū: et liberator meus deus meus adiutor meꝰ. Cōplē.

SAncta tua nos dn̄e ſūpta viuificēt: ⁊ miſericordie ſempiterne ꝑparēt expiatos. Per dn̄m

¶ Feria.iiij. Ad thimotheū.ij.iiij

CHariſſime. Dominus mihi aſtitit et confortauit me: vt per me predicatio adimpleatur: ⁊ audiant omnes gentes: et liberatꝰ ſum de ore leonis. Liberauit me dn̄s ab oñi opere malo: et ſaluum faciet in regnum ſuum celeſte. Cui gloria: in ſecula ſeculorū amen. Secundum lucam.xiij.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3

Dominica. v. poſt trinitatem.

IN illo tpe. Acceſſerunt quidā
phariſeorū ad ieſum dicētes
illi. Exi & vade hinc: quia herodes
vult te occidere. Et ait illis. Ite et
dicite vulpi illi. Ecce eiicio demo=
nia: et ſanitates perficio hodie et
cras: et tertia die cōſummor. Ve=
rūtamē oportet me hodie & cras:
et ſequēti die ambulare: quia nō
capit ꝓphetā perire extra hieru=
ſalē. Hieruſalē hierlm/ q̄ occidis ꝓ
phetas: & lapidas eos q̇ mittūtur
ad te: quotiēs volui cōgregare fi=
lios tuos quēadmodū auis nidū
ſuū ſub pennis/ et noluiſti: Ecce re
linquetur vobis dom⁹ veſtra de=
ſerta. Dico aūt vobis: quia nō vi
debitis me donec veniat cū dice=
tis. Benedict⁹ q̇ venit in noīe dn̄i

¶ Feria. vi. Scdm Marcū. x.

IN illo tpe. Exurgēs ieſus ve=
nit in fines iudee vltra iordanē: &
cōueniunt iterū turbe ad eū: et ſi=
cut cōſueuerat iteꝝ docebat illos.
Et accedētes phariſei: interroga=
bāt eū ſi licet viro vxorē dimitte=
re/ tēptātes eū. At ille reſpondēs
dixit eis. Quid vobis p̄cepit moy
ſes? Qui dixerūt. Moyſes pmiſit
libellū repudij ſcribere/ et dimit=
tere. Quibus reſpondēs ieſus ait
Ad duriciā cordis veſtri: ſcripſit
vobis preceptum iſtud. Ab initio
autem creature: maſculū et femi=
nā fecit eos deus. Propter hoc re=
linquet homo patrē ſuū & matrē
et adherebit ad vxorē ſuā: et erūt
duo in carne vna. Itaq; iam non
ſunt duo: ſed vna caro. Qđ ergo
deus cōiunxit: homo nō ſeparet.

¶ Dn̄ica. v. poſt trini. Introitus.

EXaudi dn̄e vocē meā
q̄ clamaui ad te: ad=
iutor me⁹ eſto ne de=
relinquas me: neq; de=
ſpicias me deus ſalu
taris me⁹. Ps. Dn̄s illuminatio meā
et ſalus mea quē timebo. Gl'ia. Colla.

DA nobis q̄s dn̄e: vt et mūdi
curſus pacifice nob; tuo or=
dine dirigatur: et eccleſia tua trā=
quilla deuotiōe letet᷑. Per. Lectio
epiſtole beati Petri apli. pme. iij

CHariſſimi. Oēs vnanimes
in oratione eſtote: cōpatiē=
tes/ fraternitatis amatores/ miſe
ricordes/ modeſti/ humiles. Non
reddētes malū pro malo: nec ma
ledictū ꝓ maledicto: ſed econtra=
rio benedicētes: quia in hoc voca
ti eſtis vt benedictionē hereditā=
te poſſideatis. Qui em̄ vult vitā
diligere: et dies videre bonos: co=
herceat linguā ſuam a malo: et la
bia eius ne loquātur dolū. Decli
nat aūt a malo: et faciat bonū: in=
quirat pacē/ et ſequatur eā: quia
oculi dn̄i ſup iuſtos: et aures eius
in p̄ces eoꝝ. Vultus autē dn̄i ſup
faciētes mala. Et q̇s eſt q̇ vob; no
ceat/ ſi boni emulatores fueritis?
Sed et ſi quid patimini ꝓpter iu=
ſticiā/ beati. Timorē aūt eoꝝ ne ti
mueritis: vt nō cōturbemini. Do
minū autē chriſtū ſanctificate in
cordibus veſtris. Gr. Protector nr̄
aſpice deus: & reſpice ſup ſeruos tuos. V.
Dn̄e deus virtutū exaudi p̄ces ſeruorū
tuorū. Alleluia. V. In te dn̄e ſperaui non
cōfundar in eternū: in tua iuſticia libera
me et eripe me: inclina ad me aurē tuā:
accelera vt eripias me. Scdm lucā. vi.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3

IN illo tpe. Cū turbe irruerēt
in ieſum vt audirēt verbum
dei:et ipſe ſtabat ſecus ſtagnū ge-
nezareth. Et vidit duas naues ſtā-
tes ſecus ſtagnū: piſcatores autē
deſcēderāt/et lauabāt retia. Aſcē-
dēs autē in vnā nauim que erat
ſimonis: rogauit eū vt a terra re-
duceret puſillū. Et ſedēs: docebat
de nauicula turbas. Vt ceſſauit
autē loqui: dixit ad ſimonē. Duc
in altum: et laxate retia veſtra in
capturā. Et reſpondēs ſimon di-
xit illi. Preceptor p totā noctē la-
borātes nichil cepimus: in verbo
autē tuo laxabo rethe. Et cū hoc
feciſſent: cōcluſerūt piſciū multi-
tudinē copioſam. Rūpebat aūt
rethe eoꝝ. Et annuerunt ſocijs q̄
erāt in alia naui: vt venirēt et ad
iuuarēt eos. Et venerūt: et imple
uerūt ambas nauiculas ita vt pe
ne mergerētur. Qđ cū videret ſi-
mō petrus: procidit ad genua ie-
ſu dicens. Exi a me dñe: q2 homo
peccator ſum. Stupor enī circūde
derat eum: et oēs q̄ cū illo erāt in
captura piſciū quā ceperant. Si-
militer aūt iacobū et iohannē fi-
lios zebedei: q̄ erāt ſocij ſymonis.
Et ait ad ſymonē ieſus. Noli ti-
mere: ex hoc iā hoīes eris capiēs.
Et ſubductis ad terrā nauib⁹: re-
lictis oībus: ſecuti ſunt eū. Offr.
Benedicā dñm q̄ tribuit michi intellectū
prouidebā deū in cōſpectu meo ſemper:
qm̄ a dextris eſt michi ne commouear.

AScendāt q̄s dñe (Secreta.
p̄ces humilitatis nr̄e in cō-
ſpectu clemētie tue: et deſcendat
ſup hec oblata virtus tue diuini-
tatis: quā nr̄is quoq3 purifican-
dis mētibus largiat̄. Per. Cōio.
Vnā petij a dño hāc requirā vt inhabitē
in domo dñi: oīnibus diebus vite mee.

MIſteria nos dñe (Cōplenda
queſumus ſancta purificēt
ꝛ ſuo munere tueātur. Per dñm.
¶ Fer.iiij. Ad thimotheū. p̄me.ij.

CHariſſime. Obſecro igitur
primū oīm fieri obſecratio
nes/oratiōes/poſtulationes/gra-
tiarūactiōes/ pro oībus hoīb⁹: p
regibus: et oībus q̄ in ſublimita-
te cōſtituti ſunt: vt quietā et trā-
quillā vitā agamus: in omni pie
tate et caſtitate. Hoc enī bonū eſt
ꝛ acceptū corā ſaluatore nr̄o deo
qui oēs hoīes vult ſaluos fieri: et
ad agnitionem veritatis venire.
Vnus enī deus: vnus ꝛ mediator
dei et hoīm/homo chriſtus ieſus:
q̄ dedit redēptionē ſemetipſum
pro oībus. Cuius teſtimoniū tē-
poribus ſuis cōfirmatū eſt: ī quo
poſitus ſum ego p̄dicator et apo
ſtolus. Veritatem dico nō menti
or. Doctor gentium in fide et ve-
ritate. Secundum Marcum. vij.

IN illo tēpore. Surgens ieſus
abijt in fines tyri et ſydonis
Et ingreſſus domum/ neminem
voluit ſcire: et non potuit latere
Mulier enī ſtatim vt audiuit de
eo cuius filia habebat ſpiritū im
mūdū/intrauit: et procidit ad pe
des eius. Erat enī mulier gētilis
ſyrophenīſſa genere: et rogabat
eum vt demoniū eijceret de filia
ei⁹. Qui dixit illi. Sine pri⁹ ſatura
ri filios. Non eſt enī bonū ſumere
panē filioꝝ: et mittere canib⁹. At

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3

Dominica. vj. poſt trinitatem.

illa reſpondit: et dixit illi. Vtiqꝫ
dñe. Nam et catelli comedūt ſub
menſa: de micis puerorū. Et ait il
li. Propter hūc ſermonem vade:
exijt demoniū a filia tua. Et cū
abijſſet domū: īuenit puellā iacē
tē ſupra lectū: et demoniū exiiſſe
¶ Feria. vi. Scd'm lucā. xij. et. xiij.
IN illo tēpore. Dicebat ieſus
turbis iudeorū. Cum viderī-
tis nubē oriētē ab occaſu: ſtatim
dicitis nimbus venit: ⁊ ita fit. Et
cū auſtrū flātē dicitis: quia eſtus
erit: et fit. Hypocrite: faciē celi et
terre noſtis pbare: hoc aūt tēpus
quomodo nō pbatis? Quid aūt
⁊ a vobis ipſis nō iudicatis qđ iu
ſtum eſt? Cū autē vadis cū aduer-
ſario tuo ad principem in via: da
operā liberari ab illo: ne forte tra
hat te apud iudicem: et iudex tra-
dat te exactori: et exactor mittat
te in carcerem. Dico tibi nō exies
inde donec etiā nouiſſimū minu
tū reddas. Aderant aūt quidam
ipſo in tempore: nunciātes illi de
galileis: quorū ſanguinē pylat⁹
miſcuit cum ſacrificijs eoꝝ. Et re-
ſpondens dixit illis. Putas ꝙ hij
galilei pre oībus galileis peccato
res fuerint: quia talia paſſi ſunt?
Nō dico vobis: ſed niſi penitētiā
habueritis: omnes ſimiliter peri-
bitis: ſicut illi decē et octo ſupra
quos cecidit turris in ſyloe: et oc-
cidit eos. Putatis quia et ipſi de-
bitores fuerīt pter oēs hoīes ha-
bitātes in hierlm? Nō dico vobis:
ſed ſi non penitentiā habueritis:
oēs ſimiliter peribitis. ¶ Domi-
nica. vi. poſt trinita. Introitus.

DOminus fortitudo
plebis ſue: et protector
ſalutariū xpi ſui eſt:
ſaluū fac populum
tuū dñe: et bñdic he-
reditati tue: et rege eos vſqꝫ in ſe-
culum. ps. Ad te domine clamabo: de⁹
meus ne ſileas a me: nequando taceas
a me. Gloria patri et filio. Collecta.
DEus q̇ diligētib⁹ te bona in
uiſibilia pparaſti: infunde
cordibus nr̄is tui amoris affectū
vt te in oībus ⁊ ſup omīa diligen
tes: promiſſiones tuas que omne
deſiderium ſuperant: conſequa-
mur. Per dñm. Ad romanos. vi.
FRatres. Quicunqꝫ baptiza-
ti ſum⁹ in xpo ieſu: in mor-
te ipſius baptizati ſumus. Conſe
pulti eñi ſumus cum illo p baptiſ
mū in mortē: vt quomodo ſurre-
xit chriſtus a mortuis p gloriam
patris: ita ⁊ nos in nouitate vite
ambulemus. Si eñi cōplātati fa-
cti ſumus ſimilitudini mortꝫ ei⁹:
ſimul et reſurrectiōis erim⁹. Hoc
ſciētes: quia vetus homo noſter
ſimul crucifixus eſt vt deſtruatur
corpus peccati: vt vltra nō ſeruia
mus peccato. Qui eñi mortu⁹ eſt:
iuſtificatus eſt a pctō. Si aūt mor
tui ſumus cū chriſto: credimus q̄
ſimul etiā viuem⁹ cū chriſto. Sci-
entes ꝙ chriſtus reſurgēs a mor-
tuis: iā nō morit⁹/ mors illi vltra
nō dñabitur. Qđ eñi mortuus eſt
pctō: mortu⁹ eſt ſemel. Qđ aūt vi-
uit: viuit deo. Ita et vos eſtimate
vos mortuos quidē eſſe peccato:
viuētes aūt deo. In xpo ieſu dño
noſtro. Gr. Cōuertere dñe aliquātu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3

lū:et dep̄care ſup ſeruos tuos.V.Dñe re
fugiū factus es nobis: a generatiōe et p
genie. Alla.V. Omnes gentes plaudi
te manibus: iubilate deo in voce exulta-
tionis. Secundum Mattheum.v.
IN illo tpe. Dixit ieſus diſci-
pulis ſuis. Amen dico vobis:
niſi abundauerit iuſticia veſtra
pluſq̄ ſcribaꝝ ⁊ phariſeoꝝ: nō in
trabitis in regnū celoꝝ. Audiſtis
quia dictum eſt antiquis: nō occi
des. Qui autē occiderit/ reus erit
iudicio. Ego aūt dico vob: quia
oīs q̄ iraſcitur fratri ſuo: reus erit
iudicio. Qui autem dixerit fratri
ſuo racha: reus erit concilio. Qui
autē dixerit fatue: reus erit gehē-
ne ignis. Si ergo offers munus
tuū ad altare: et ibi recordat? fue-
ris: quia frater tuus habet aliqd
aduerſum te: relinque ibi munus
tuū ante altare: et vade pri? recō-
ſiliari fratri tuo. Et tūc veniēs of
feres mun? tuū. Offꝛ. Perfice greſ-
ſus meos in ſemitis tuis: vt nō moueāt
veſtigia mea: inclina aurē tuā et exaudi
verba mea: mirifica miſericordias tuas:
qui ſaluos facis ſperātes in te domine.
PRopiciare dñe ſup (Secreta
plicatiōibus nr̄is: et has ob
lationes famuloꝝ famularumq̄
tuaꝝ benign? aſſume: vt qđ ſingu
li obtulerūt ad honorē tui nois:
cūctis pficiat ad ſalutē. Per. Cōio.
Circuibo et imolabo in tabernaculo ei?
hoſtiam iubilatiōis: cantabo et pſalmū
dicam domino. Complenda.
QVos celeſti dñe dono ſacia-
ſti: pſta q̄s: vt a nr̄is mūdemur oc
cultis: et ab hoſtiū liberemur inſi
diis. P. ¶ Fe.iiii. Ad heb. xii. et. xiii

FRatres. Habem? gratiā p
quā ſeruiam? placētes deo
cū metu et reuerētia. Etenī deus
nr̄/ ignis cōſumēs eſt. Caritas fra
ternitatis maneat ī vob: ⁊ hoſpi
talitatē nolite obliuiſci. Per hāc
enī qdam placuerunt angelis ho
ſpicio recept. Memētote vincto-
rū tāq̄ ſimul vincti: et laborātiū
tāq̄ et ipſi ī corpore morātes. Ho
norabile cōnubiū ī oībus: ⁊ thor?
immaculat?. Fornicatores enī et
adulteros iudicabit de?. Sint mo
res ſine auaricia/ cōtēti pſentib?.
Ipſe enī dixit. Non te deſerā/ neq̄
derelinquā: ita vt cōfidēter dica-
mus. Dñs michi adiutor eſt: nō ti
mebo qđ faciat michi homo. Me
mētote p̄poſitoꝝ veſtroꝝ q̄ vob
locuti ſūt verbū dei quoꝝ intuen
tes exitū cōuerſatiōis imitamini
fidē. Ieſus xp̄s heri et hodie: ipſe
et in ſecula. Scdm Mattheum.x.
IN illo tempore. Cū egreſſus
eſſet ieſus in via precurrens
quidam genuflexo ante illum: ro
gabat eum dicēs. Magiſter bone
qđ faciā vt vitā eternā percipiā.
Ieſus aūt dixit ei. Quid me dicis
bonum: Nemo bonus: niſi vnus
de?. Precepta noſti: ne adulteres/
ne occidas/ ne fureris/ ne falſum te-
ſtimoniū dixeris/ ne fraudē feceris
Honora patrē tuū et matrē. At il
le rn̄dēs ait illi. Magiſter/ hec oīa
obſeruaui a iuuētute mea. Ieſus
aūt intuit? eū: dilexit eū ⁊ dixit ei
Vnū tibi deeſt. Vade quecūq̄ ha-
bes vēde: ⁊ da pauperib?: et habe
bis theſaurū in celo: et veni/ ſeq̄re
me. ¶ Fer.vi. Scdm Marcum.x.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3

Dominica.vij.poſt trinitatem.

IN illo tempore. Venit ieſus in regionem geraſenorum: ⁊ exeũti ei de naui: ſtatim occurrit de monumẽtis homo in ſpiritu immundo: qui domicilium habebat in monumẽtis. Et neqꝫ cathenis iam quiſꝙ̃ poterat eũ ligare: quoniã ſepe cõpedibus et cathenis vinctus/dirupiſſet cathenas: et cõpedes cõminuiſſet: et nemo poterat eũ domare. Et ſemꝑ die ac nocte in monumẽtis et mõtibus erat clamãs: et cõcidens ſe lapidibus. Vidẽs aũt ieſum a lõge cucurrit et adorauit eũ: ⁊ magna voce clamãs dixit. Quid michi et tibi ieſu fili dei altiſſimi: Adiuro te per deũ ne me torqueas. Dicebat eñ illi. Exi ſpũs immũde ab hoĩe iſto. Et interrogabat eum. Quod tibi nomẽ eſt: Et dicit ei. Legio mihi nomẽ eſt: quia multi ſumus. Et dep̃cabatur eũ multum ne ſe expelleret extra regionem. Erat autem ibi circa montẽ grex porcoꝝ magnus paſcẽs in agris: et dep̃cabãtur eũ ſpũs dicentes. Mitte nos in porcos: vt in eos introeamus. Et conceſſit eis ſtatim ieſus. Et exeũtes ſpũs immundi introierũt in porcos. Et magno impetu grex p̃cipitatus eſt i mari ad duo milia: et ſuffocati ſũt in mari. Qui aũt paſcebãt eos/fugerunt: et nunciauerũt in ciuitatẽ/ ⁊ in agros. Et egreſſi ſunt videre quid eſſet factũ. Et venerũt ad ieſum. Et vidẽt illũ qui a demonio vexabatur ſedentẽ veſtitũ et ſane mẽtis: et timuerunt. Et narrauerũt illis q̃ viderãt qualiter factũ eſſet ei q̃ demoniũ habuerat: ⁊ de porcis. Et rogare ceperũt eum vt diſcederet de finibus eorũ. Cumqꝫ aſcẽderet nauim: cepit illũ dep̃cari q̃ a demonio vexatus fuerat: vt eſſet cũ illo. Et nõ admiſit eũ: ſed ait illi. Vade ĩ domũ tuã ad tuos et annũcia illis quãta tibi dñs fecerit: et miſertus ſit tui. Et abijt: ⁊ cepit p̃dicare ĩ decapoli: quãta ſibi feciſſet ieſus: ⁊ oẽs mirabant᷑.

¶ Dñica.vij.poſt trini. Introit᷒.

OMnes gẽtes plaudite manibus: iubilate deo in voce exultationis. Ps. Subiecit populos nob᷒: et gẽtes ſub pedib᷒ noſtris. Gloria patri. Collecta.

DEus virtutũ cui᷒ eſt totum q̃d ẽ optimũ: ĩſere pectoribus nr̃is amorẽ tui noĩs: et p̃ſta in nobis religionis augmẽtũ: vt que ſunt bona nutrias/ ac pietatis ſtudio: que ſunt nutrita cuſtodias. Per dñm. Ad romanos.vi.

FRatres. Humanũ dico: propter infirmitatẽ carnis veſtre. Sicut eñ exhibuiſtis mẽbra veſtra ſeruire immũdicie et iniquitati ad iniquitatẽ: ita nũc exhibete mẽbra veſtra ſeruire iuſticie in ſanctificationẽ. Cũ eñ ſerui eſſetis peccati: liberi fuiſtis iuſticie. Quẽ ergo fructũ habuiſtis tũc in illis: in q̃bus nũc erubeſcitis: Nã finis illoꝝ mors eſt. Nũc vero liberati a pctõ: ſerui aũt facti deo: habetis fructũ veſtrũ in ſctificationẽ: finẽ vero vitã eternã. Stipendia eñ pctĩ mors: gratia aũt dei vita eterna. In xp̃o ieſu: dño nr̃o.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3

Gr. Venite filij audite me/timorē dñi docebo vos. ỽ. Accedite ad eū et illuminamini:et facies veſtre nō cōfundētur. Alla. ỽ. Eripe me de inimicis meis deus meus:et ab inſurgentibus in me libera me. Secūdum Marcum.viij.

IN illo tempore. Cum turba multa eſſet cū ieſu:nec haberent quod manducarent:conuocatis diſcipulis/ait illis. Miſereor ſuper turbā:quia ecce iam triduo ſuſtinēt me:nec habēt quod manducent. Et ſi dimiſero eos ieiunos in domum ſuam:deficient in via. Quidam autē ex eis de lōge venerunt. Et reſponderunt ei diſcipuli ſui. Unde iſtos poterit quis ſaturare panibus in ſolitudine:Et interrogauit eos. Quot panes habetis:Qui dixerunt. Septem. Et precepit turbe diſcūbere ſuper terrā. Et accipiens ſeptē panes/gratias agens fregit:et dabat diſcipulis ſuis vt apponerēt et appoſuerūt turbe. Et habebāt piſciculos paucos:et ipſos benedixit:et iuſſit apponi. Et manducauerūt:et ſaturati ſunt. Et ſuſtulerunt qđ ſuperauerat de fragmētis:ſeptem ſportas. Erāt autem qui manducauerant quaſi quattuor milia:et dimiſit eos. Offer. Sicut in holocauſtū arietū et taurorū:et ſicut in milibus agnorū pinguiū ſic fiat ſacrificium noſtrum in cōſpectu tuo hodie vt placeat tibi quia non eſt confuſio confidentibus in te domine. Secreta.

PRopiciare dñe ſupplicationibus noſtris:et has populi tui oblatiōes benign⁹ aſſume:et vt nullius ſit irritū votū:nullius vacua poſtulatio:preſta q̄s:vt qđ fideliter petimus:efficaciter cōſequamur. Per. Cōio. Inclina aurem tuā:accelera vt eruas nos. Cōplenda.

REpleti dñe munerib⁹ tuis tribue q̄s:vt eorū et mūdemur effectu:et muniamur auxilio Per. ¶ Feī.iiij. Ad romanos.viij

FRatres. Nichil damnationis eſt his qui ſūt in chriſto ieſu:qui nō ſcđm carnē ambulāt. Lex enim ſpirit⁹ vite in chriſto ieſu:liberauit me a lege pctī:et mortis. Nam quod impoſſibile erat legi in quo infirmabatur per carnē:deus filiū ſuū mittens in ſimilitudinē carnis peccati:et de peccato dānauit peccatū ī carne:vt iuſtificatio legis impleretur ī nobis:q̄ nō ſcđm carnē ambulam⁹/ſed ſcđm ſpiritū. Qui enim ſcđm carnē ſunt:que carnis ſūt ſapiūt. Qui vero ſcđm ſpiritū ſunt:q̄ ſūt ſpiritus ſentiunt. Nā prudentia carnis mors eſt:prudētia aūt ſpiritus vita et pax. In xp̄o ieſu dño noſtro. Secūdum Mattheū.xvi.

IN illo tēpore. Acceſſerunt ad ieſum phariſei et ſaducei temptantes:et rogauerunt eum vt ſignū de celo oſtenderet eis. At ille reſpondens/ait illis. Facto veſpere dicitis:ſerenū erit/rubicūdum eſt enim celum. Et mane hodie tēpeſtas/rutilat em̄ triſte celum:faciem ergo celi diiudicare noſtis:ſigna aūt tempoꝝ nō poteſtis. Generatio mala et adultera ſignū querit:et ſignum non dabitur ei: niſi ſignum ione prophete. Et relictis illis abijt. Et cum veniſſent

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3

diſcipuli eius trans fretū: obliti
ſunt panes accipere. Qui dixit il⸗
lis. Intuemini et cauete a fermen
to phariſeorū et saduceorū. At il⸗
li cogitabāt iter ſe dicētes. Quia
panes nō accepimus. Sciēs autē
ieſus/dixit. Quid cogitatis inter
vos modice fidei: quia panes nō
habetis: Nondū intelligitis neqꝫ
recordamini q̇nqꝫ panū: et q̇nqꝫ
milia hoīm: et quot cophinos ſū⸗
pſiſtis. Neqꝫ ſeptē panū et quat⸗
tuor milia hoīm: et quot ſportas
ſumpſiſtis: Quare nō intelligitis
quia nō de pane dixi vobis: caue⸗
te a fermento phariſeorū et ſadu⸗
ceorū. Tunc intellexerūt quia nō
dixerat cauēdū a fermēto panū:
ſed a doctrina phariſeoꝝ et ſadu⸗
ceoꝝ. ❡Fe.vi. Scḋm Mattheū. xij
In illo tpe. Abijt ieſus ſabba⸗
to per ſata: diſcipuli aūt eius
eſurientes ceperūt vellere ſpicas
et manducare. Phariſei aūt vidē
tes/dixerunt ei. Ecce diſcipuli tui
faciunt: quod non licet eis facere
ſabbatis. At ille dixit eis. Nō legi
ſtis q̇d fecerit dauid quando eſu⸗
rijt/et q̇ cum eo erant: quomodo
intrauit in domum dei: et panes
propoſitionis comedit quos nō
licebat ei edere: neqꝫ his q̇ cum eo
erāt: niſi ſolis ſacerdotibus: Aut
nō legiſtis in lege quia ſabbatis
ſacerdotes in templo ſabbatum
violāt et ſine crimine ſunt. Dico
autem vobis: quia tēplo maior
eſt hic. Si autem ſciretis q̇d eſt mi
ſericordiā volo et nō ſacrificium/
nunq̄ condēnaſſetis innocētes.
❡Dn̄ica.viij.poſt trini. Introit⁹

Suſcepimus deus mi⸗
ſericordiā tuā in me⸗
dio templi tui: ſcḋm
nomē tuū deus ita ⁊
laus tua in fines ter⸗
re iuſticia plena eſt dextera tua.
Ps. Magnus dn̄s et laudabilis nimis:
in ciuitate dei noſtri/in mōte ſancto ei⁹.
Glr̄ia patri et filio et ſpiritui ſctō. Coll.
Deus cui⁹ prouidentia in ſui
diſpoſitione nō fallitur: te
ſupplices exoramus: vt noxia cū⸗
cta ſubmoueas: et oīa nobis pfu⸗
tura cōcedas. Per. Ad roma. viij.
Fratres. Debitores ſumus
nō carni: vt ſecūdū carnem
viuamus. Si eñi ſecūdū carnem
vixeritis/moriemini. Si autē ſpū
facta carnis mortificaueritis/vi⸗
uetis. Quicūqꝫ eñi ſpiritu dei agū
tur: hij filij ſunt dei. Non eñi acce
piſtis ſpiritū ſeruitutis iterꝫ in ti⸗
more: ſed accepiſtis ſpm̄ adoptio
nis filiorū in quo clamamus: ab⸗
ba pat. Ipſe eni ſpūs teſtimoniū
reddit ſpūi nr̄o: qꝫ ſumus filij dei.
Si autē filij: et heredes. Heredes
q̇dē dei: coheredes aūt chriſti. Gr.
Eſto mihi in deū protectorē/et in locū re
fugij: vt ſaluū me facias. ỽ. Deus in te
ſperaui; dn̄e nō confundar in eternum.
Allr̄a. ỽ. Te decet hymn⁹ deus in ſyon
et tibi reddetur votū in hiер̄m. ỽ. Reple⸗
bimur i bonis domus tue ſctm̄ eſt tēplū
tuū mirabile i eq̄tate. Scḋm mat. vij
In illo tpe. Dixit ieſus diſci⸗
pulis ſuis. Attēdite a falſis p̄
phetis: q̇ veniūt ad vos i veſtimē
tis ouiū: intrinſecus aūt ſunt lu⸗
pi rapaces. A fructib⁹ eoꝝ cogno⸗
ſcetiſ eos. Nūq̇d colligūt de ſpinis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3

uuas:aut de tribulis ficꝰ? Sic oīs arbor bona/fructus bonos facit. Mala aūt arbor/fructꝰ malos facit. Nō poteſt arbor bona/fructꝰ malos facere: neqꝫ arbor mala/fructꝰ bonos facere. Oīs arbor q̄ nō facit fructū bonū:excidetur/et in ignē mittetur. Igitᷣ ex fructibꝰ eoꝝ cognoſcetis eos. Nō oīs q̇ dicit michi dn̄e dn̄e: intrabit in regnū celoꝝ: ſed q̇ facit volūtatē patris mei q̇ in celis eſt: ipe intrabit in regnū celorū. Offer. Populū humilē ſaluū facies dn̄e/ et oculos ſupboꝝ humiliabis: qm̄ quis deus p̄ter te dn̄e.

Deus q̇ legaliū diffe- Secre. rentias hoſtiarū viniꝰ ſacrificij pfectiōe ſanxiſti: accipe ſacrificiū a deuotis tibi famulis:et pari benedictiōe ſicut munera abel ſctifica:vt qd̄ ſinguli obtulerīt ad maieſtatis tue honorē: cūctis pficiat ad ſalutem. Per. Cōio. Guſtate et videte qm̄ ſuauis eſt dn̄s:beatꝰ vir qui ſperat in eo. Complenda.

Tua nos domīe medicinalis operatio:et a nr̄is pverſitatibus clemēter expediat:et ad ea q̄ ſunt recta/pducat.p. ¶ Fe.iiij. Ad ro. v

Fratres. Scimus qm̄ cū adhuc peccatores eſſemꝰ ſcd̄m tēpus: xp̄s p nobis mortuus eſt. Multo igitᷣ magꝫ nūc iuſtificati in ſanguine ip̄ius: ſalui erimꝰ ab ira p ipſum. Si em̄ cū inimici eſſemus: recōciliati ſumꝰ deo p mortē filij eiꝰ: multomagis recōciliati ſalui erimꝰ in vita ipiꝰ. Nō ſolū aūt:ſed ⁊ gliamur i deo. Per ieſū xp̄m: dn̄m nr̄m. Scd̄m Marcū. ix

In illo tp̄e. Dixit iohānes ad ieſū. Magiſter vidimꝰ quēdā in noīe tuo eijciētē demonia q̇ nō ſeq̇tur nos: et phibuimꝰ eū. Ieſus aūt ait. Nolite phibere eū. Nemo eſt em̄ q̇ faciat virtutē in noīe meo: et poſſit cito male loq̇ de me. Qui em̄ nō eſt aduerſū vos p vobꝫ eſt. Quiſq̇s em̄ potū dederit vobis calicē aq̄ frigide i noīe meo qr xp̄i eſtis: amē dico vobis/ nō perdet mercedē ſuā. Et q̇ſquis ſcādaliʒauerit vnū ex his puſillis credētibus i me: bonū eſt ei magꝫ ſi circūdaretᷣ mola aſinaria collo eiꝰ: et i mare mitteretᷣ. Et ſi ſcādaliʒauerit te manꝰ tua: abſcide illā. Bonū eſt tibi debilē itroire i vitā q̄ꝑ duas manꝰ habētē ire in gehēnā/in ignē inextiguibilē: vbi vermis eoꝝ nō moritᷣ: et ignis nō extinguitᷣ. Et ſi pes tuꝰ ſcādaliʒauerit te: amputa illū. Bonū eſt tibi claudū itroire i vitā eternā: q̄ꝑ duos pedes habētē mitti in gehēnā ignis inextiguibilis: vbi v̇mis eorū nō moritᷣ: ⁊ ignis nō extiguitᷣ Qd̄ ſi oculꝰ tuꝰ ſcādaliʒat te: eijce eū. Bonū eſt tibi luſcū itroire i regnū dei: q̄ꝑ duos oculos habentē mitti i gehēnā ignis vbi v̇mis eorū nō moritᷣ: ⁊ ignis nō extiguitᷣ

¶ Fer.vi. Scd̄m Math. xxiij

In illo tp̄e. Dixit ieſꝰ ſcribis ⁊ phariſeis. Ve vobꝫ ſcribe ⁊ phariſei hypocrite: q̇ clauditꝫ regnū celoꝝ an̄ hoīes. Vos eī nō itratꝫ: nec itroeūtes itrare ſinitꝫ. Ve vob̄ ſcribe ⁊ phariſei hypocrite q̇ comeditis domos viduaꝝ orōnes lōgas orātes: ppt̄ hoc ampliꝰ accipietis iudiciū. Ve vobꝫ ſcribe ⁊ phariſei

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3

hypocrite: qui circuitis mare et
aridã: vt faciatis vnũ proſelitũ.
Et cũ fuerit factus: facitis eũ filiũ
gehẽne duplo/ q̃ vos. Ve vobꝫ du
ces ceci: q̃ dicitis quicũqꝫ iuraue-
rit per templũ nichil eſt. Qui aũt
iurauerit in auro templi debitor
eſt. Stulti et ceci: quid eñi maius
eſt aurũ/ an tẽplũ qđ ſanctificat
aurũ? Et quicũqꝫ iurauerit in al-
tari: nichil eſt. Qui aũt iurauerit
in dono quod eſt ſup illud/ debet.
Ceci: quid eñi maius eſt/ donũ: an
altare qđ ſanctificat donũ? Qui
ergo iurat in altari: iurat in eo ꝛ
in omnibus que ſũt ſup illud. Et
quicũqꝫ iurauerit ĩ templo: iurat
in illo/ ꝛ in eo qui habitat in ipſo
Et q̃ iurat in celo iurat in throno
dei: et in eo qui ſedet ſup eum. Ve
vobis ſcribe et pharisei hypocri-
te: q̃ decimatis mentã et anetũ et
ciminũ: et reliquiſtis que grauio-
ra ſunt legis: iudiciũ et miſericor-
diam et fidem. Hec oportuit face
re: et illa non omittere. ¶ Domi
nica.ix.poſt trinitatis. Introit⁹.

Ecce de⁹ adiuuat me:
et domin⁹ ſuſceptor
eſt aĩe mee: auerte
mala inimicis meis
ĩ veritate tua diſper
de illos protector meus dñe. Ps.
Deus in nomine tuo ſaluum me fac: et
in virtute tua iudica me. Gloria. Colla

Largire nobis q̃s dñe ſemp
ſpiritũ cogitãdi que recta
ſunt propitius et agẽdi: vt q̃ ſine
te eſſe nõ poſſumus ſecũdũ te vi-
uere valeamus. Per dominũ no-
ſtrum. Ad corinthios. prime. x.

Fratres. Nõ ſim⁹ cõcupiſcẽ-
tes malorũ: ſicut et illi con-
cupierũt. Neqꝫ idolatre efficiami
ni/ ſicut quidã ex ipſis: quẽadmo
dũ ſcriptũ eſt. Sedit popul⁹ mã-
ducare et bibere: et ſurrexerũt lu-
dere. Neqꝫ fornicemur ſicut q̃dã
ex ipſis fornicati ſunt: ꝛ ceciderũt
vna die viginti tria milia. Neqꝫ tẽ-
ptemus chriſtũ: ſicut quidã eorũ
temptauerũt: et a ſerpẽtibus pe-
rierũt. Neqꝫ murmurauerítis/ ſi-
cut quidã eoꝝ murmurauerũt: ꝛ
perierunt ab exterminatore. Hec
autẽ oĩa: in figura cõtingebant il
lis. Scripta ſũt autẽ ad correptio
nẽ noſtrã: in quos fines ſeculorũ
deuenerũt. Itaqꝫ qui ſe exiſtimat
ſtare: videat ne cadat. Tẽptatio
vos nõ apphẽdat: niſi humana.
Fidelis autẽ deus eſt: q̃ nõ patiet
vos temptari ſup id qđ poteſtis:
ſed faciet cũ temptatione prouẽ-
tũ: vt poſſitis ſuſtinere. Gr. Dñe
dñs noſter: q̃ admirabile eſt nomẽ tuũ
in vniuerſa terra. V. Quoniam eleuata
eſt magnificẽtia tua ſuper celos. Alle
luya. V. Attendite popule meus legem
meam. Secundum lucam.

In illo tpe. Dixit ieſus diſci-
pulis ſuis parabolã hãc. Homo
quidã erat diues/ q̃ habebat villi-
cũ: et hic diffamatus eſt apud illũ
quaſi diſſipaſſet bona ipſius. Et
vocauit illũ: et ait illi. Quid hoc
audio de te? Redde rationẽ villi-
cationis tue: iam eñi nõ poteris
villicare. Ait aũt villicus intra ſe.
Quid faciã: quia dñs me⁹ aufert
a me villicationẽ? Fodere nõ va-
leo: mendicare erubeſco. Scio q̃d

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag
226 A 3

factã:vt cũ amotus fuero a villi-
catione:recipiãt me in domos ſu
as.Cõuocatis itaq; ſingulis debi
toribus domini ſui:dicebat pmo
Quãtũ debes dño meo.At ille di-
xit.Centũ cados olei. Dixitq; illi
Accipe cautionẽ tuã:et ſede cito/
ſcribe qnquaginta. Deinde alio
dixit. Tu vero quãtũ debes:Qui
ait illi.Cẽtũ choros tritici.Ait illi
Accipe litteras tuas:& ſcribe octo
ginta. Et laudauit dñs villicum
iniquitatis:quia prudenter feciſ-
ſet:quia filij huius ſeculi pruden-
tiores filijs lucis in generatione
ſua ſunt.Et ego vobis dico.Faci-
te vobis amicos de mãmona ini-
quitatis:vt cũ defeceritis/recipi-
ent vos in eterna tabernacula.

Offr. Iuſticie dñi recte letificantes cor-
da:et dulciora ſuper mel et fauum:nã
et ſeruus tuus cuſtodit ea. Secreta.

Suſcipe munera q̃s dñe q̃ tibi
de tua largitate deferimus:
vt hec ſacroſancta myſteria gra-
tie tue operãte virtute:et pſentis
vite nos cõuerſatione ſanctificẽt
et ad gaudia ſempiterna perdu-
cãt.Per. Cõio. Primũ querite regnũ
dei;et oĩa adijcientur vobis dicit dñs.

Sit nob; dñe repa- Cõplẽda.
ratio mentis et corporis ce-
leſte myſterium:vt cuius exequi-
mur actionem:ſentiamus effectũ
Per. Fer.iiij. Ad romanos.vi.

Fratres. Neſcitis quoniam
cui exhibetis vos ſeruos ad
obediẽdũ:ſerui eſtis eius cui obe-
diſtis:ſiue peccati ad mortẽ/ſiue
obeditionis ad iuſticiã:Gratias
autem deo q fuiſtis ſerui peccati:
obediſtis autẽ ex corde in eã for-
mã doctrine:in qua traditi eſtis.
Liberati autẽ a peccato:facti eſtis
ſerui iuſticie. In chriſto ieſu dño
noſtro. Secundum Lucam.xvi.

In illo tpe. Dixit ieſus diſci-
pulis ſuis.Qui fidelis eſt ĩ mi
nimo:et in maiore fidelis eſt.Et q̃
in modico iniquus eſt:et in maio
ri iniquus eſt. Si ergo in iniquo
mãmona fideles nõ fuiſtis:qd ve
rũ eſt quis credet vobis? Et ſi in
alieno fideles nõ fuiſtis:quod ve-
ſtrũ eſt quis dabit vobis? Nemo
ſeruus poteſt duobus dñis ſerui-
re.Aut enĩ vnũ odiet/et alterũ di-
liget:aut vni adherebit/ & alterũ
cõtemnet. Nõ poteſtis deo ſerui-
re/et mãmone.Audiebãt aũt hec
oĩa pharifei qui erãt auari:et de-
ridebãt illũ.Et ait illis.Vos eſtis
qui iuſtificatis vos corã homini-
bus:deus autem nouit corda ve
ſtra.Quia quod hominibus altũ
eſt:abhominatio eſt ante deum.

Feria.vi.Secundum Lucam.xi.

In illo tpe. Rogauit ieſum q̃-
dam phariſeus:vt prãderet
apud ſe. Et ingreſſus recubuit.
Phariſeus autẽ cepit intra ſe re-
putans dicere:quare nõ baptiza-
tus eſſet ante prãdiũ. Et ait dñs
ad illũ.Nũc vos phariſei qd de fo
ris eſt calicis et cathini mũdatis:
qd autẽ intus eſt veſtrũ:plenũ eſt
rapina et iniquitate. Stulte:nõ-
ne qui fecit qd deforis eſt:etiã id
quod deintus eſt fecit.Verũtamẽ
qd ſupereſt:date elemoſynã:et ec
ce oĩa munda ſunt vobis.Sed ve
vobis phariſeis:q̃ decimat; mẽtã

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3

⁊ rutam/et omne olus: ⁊ p̄teritis
iudiciū et charitatē dei. Hec autē
oportuit facere: et illa nō omitte-
re. Ve vobis phariſeis: qui dilligi-
tis primas cathedras in ſynago-
gis: et ſalutationes in foro. Ve vo
bis: quia eſtis vt monumēta que
nō parent: et hoīes ambulantes
ſupra neſciunt. Reſpondēs aūt q̄
dam ex legiſperitis: ait illi. Magi
ſter/hec dicēs etiā cōtumeliā no-
bis facis. At ille ait. Et vobis legiſ
peritis ve: quia oneratis homīes
oneribꝰ q̄ portare nō poſſūt ⁊ ipſi
vno digito vr̄o: nō tāgitis ſarci-
nas. ¶ Dn̄ica.x.poſt trini. Intro.

Dum clamarē ad do-
minū exaudiuit vo-
cem meā ab his qui
appropinquant mi
chi: et hūiliauit eos
q̄ eſt ante ſecula: et manet in eter-
nū: iacta cogitatū tuū in dn̄o/et
ipſe te enutriet. P̄s. Exaudi deꝰ ora-
tionē meā: et ne deſpexeris deprecatio-
nem meam: intende michi et exaudi me.
Glia patri et filio et ſpiritui ſctō. Coll.

Pateant aures mīe tue dn̄e p̄
cibus ſupplicantiū: et vt pe
tentibus deſiderata cōcedas: fac
eos q̄ tibi placita ſunt poſtulare.
Per dn̄m. Ad corinthios p̄me. xij

Fratres. Scitiſ quoniā cū gē
tes eſſetiſ ad ſimulachra mu
ta, put ducebamini euntes. Ideo
notū vobis facio: ꝙ nemo in ſpū
dei loquens/dicit anathema ieſu
Et nemo poteſt dicere dn̄s ieſus:
niſi in ſpiritu ſancto. Diuiſiōes
vero gratiarū ſunt: idē aūt ſpūs
Et diuiſiones miniſtrationū ſūt
idē autē dn̄s. Et diuiſiōes opera-
tionū ſunt: idē vero deus: q̄ ope-
ratur oīa in oībus. Vnicuiq̄ aūt
datur manifeſtatio ſpiritꝰ: ad vti
litatē. Alij quidē per ſpiritū datꝰ
ſermo ſapientie: alij autē ſermo
ſcientie ſcd̄m eundē ſpiritū. Alte-
ri fides: in eodē ſpū. Alij gratia
ſanitatū: in vno ſpiritu. Alij ope
ratio virtutū: alij prophetia: alij
diſcretio ſpirituum. Alij genera
linguarū: alij interp̄tatio ſermo
nū. Hec autē oīa operatur vnus
atq̄ idē ſpūs. Diuidēs ſingulis:
prout vult. Gr. Cuſtodi me domine
vt pupillā oculi: ſub vmbra alarū tuarū
ꝓtege me. V̇. De vultu tuo iudiciū meū
prodeat: oculi tui videant iniquitatem.
Alla. V̇. Exultate deo adiutori noſtro
iubilate deo iacob/ſumite pſalmū iocun
dū cum cythara. Secundū lucā. xix.

In illo tempore. Cum appro-
pinquaret ieſus hieruſalem:
vidēs ciuitatē/fleuit ſuper illā di-
cēs. Quia ſi cognouiſſes et tu. Et
quidem in hac die tua: que ad pa
cem tibi: nunc autē abſcōdita ſūt
ab oculis tuis. Quia venīet dies
in te: et circūdabūt te inimici tui
vallo: et circūdabūt te/et coangu
ſtabunt te vndiq̄: et ad terrā pro
ſternent te: et filios tuos qui in te
ſunt. Et nō relinquent in te lapi-
dē ſuper lapidē: eo ꝙ nō cognoue
ris tempus viſitatiōis tue. Et in-
greſſus in templū: cepit eiicere vē
dētes et ementes/dicēs illis. Scri
ptum eſt: quia domus mea domꝰ
orationis eſt. Vos autem feciſtis
illam / ſpeluncam latronum. Et
erat docens: quotidie in templo.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3

Offer. Ad te dñe leuaui aĩam meã: deus meus in te cõfido nõ erubeſcã: neqꝫ irrideant me inimici mei:eteñi vniuerſi q̃ te expectant nõ confundentur. Secreta.

Concede nobꝫ hec q̃s dñe digne frequẽtare myſteria:qꝛ quotiens huius hoſtie cõmemoratio celebrat᷑: opus noſtre redẽptionis exercetur. Per. Cõio. Acceptabis ſacrificiũ iuſticie oblatiões et holocauſta:ſup altare tuũ dñe. Cõplẽda

Tui nobꝫ dñe cõmunio ſacramẽti:et purificationẽ conferat:et tribuat vnitatẽ. Per dñm.

¶ Feria.iiij. Ad corinthios.xv.

Fratres. Non oĩs caro:eadẽ caro: ſed alia q̃dẽ hominũ: alia pecoꝝ: alia volucrũ/alia aũt piſciũ. Et corpora celeſtia: et corpora terreſtria. Sed alia quidẽ celeſtiũ gloria: alia autẽ terreſtriũ. Alia claritas ſolis:alia claritas lune:et alia claritas ſtellarũ. Stella eñi differt a ſtella in claritate:ſic ⁊ reſurrectio mortuorũ. Seminat᷑ in corruptione: ſurget in incorruptiõe. Seminatur in ignobilitate:ſurget ĩ gloria. Seminatur in infirmitate:ſurget in virtute. Seminatur aũt corpꝰ animale: ſurget corpus ſpiritale. Si eſt corpꝰ animale:eſt et ſpiritale/ ſicut ſcriptũ eſt. Factus eſt primus homo adã in animã viuentem:nouiſſimus adam in ſpiritum viuificantem. Sed nõ prius qđ ſpiritale eſt ſed quod animale: deinde quod ſpiritale. In chriſto ieſu:domino noſtro. Secundum lucam.xxi.

In illo tempore. Dixit ieſus diſcipulis ſuis. Cũ videritis circũdari ab exercitu hieruſalem tunc ſcitote quia appropinquauit deſolatio eius. Tũc q̃ in iudea ſunt fugient ad mõtes:et q̃ in medio eius diſcedãt. Et q̃ in regionibus nõ intrent in eã:quia dies vltionis ſunt hĳ: vt impleãtur oĩa que ſcripta ſunt. Ve autẽ pregnãtibus et nutriẽtibus in illis diebꝰ. Erit eñi preſſura magna ſup terrã:et ira populo huic. Et cadent in ore gladĳ: et captiui ducentur in oẽs gentes. Et hieruſalẽ calcabitur a gentibus:donec impleãt᷑ tempora nationũ. Et erũt ſigna in ſole et luna et ſtellis: ⁊ in terris preſſura gentiũ pre cõfuſione ſonitus maris/et fluctuũ: areſcentibus hominibus pre timore et expectatiõe: que ſupueniẽt vniuerſo orbi. ¶ Fe.vi. Scđm lucam.xxi.

In illo tempore. Dixit ieſus diſcipulis ſuis. Attendite vobis:ne forte grauentur corda veſtra in crapula: et ebrietate et curis huius vite: et ſuperueniat in vos illa dies repẽtina. Tanq̃ laqueus eñi ſupueniet:in oẽs q̃ ſedent ſuper faciẽ omnis terre. Vigilate itaqꝫ orãtes oĩ tẽpore vt digni habeamini fugere iſta oĩa que vẽtura ſũt: et ſtare ante filiũ hoĩs. ¶ Dñica.xi.poſt tri. Intro.

Deus in loco ſcõ ſuo/ deus qui inhabitare facit vnanimes ĩ domo: ipſe dabit virtutẽ et fortitudinẽ plebis ſue. Ps. Exurgat deus et diſſipẽt᷑ inimici eius:et fugiant qui oderunt eũ a facie eius. Gloria patri. Collecta.

Dominica. xj. poſt trinitatem.

Deus qui omnipotētiā tuā
parcendo maxime et miſe-
rādo manifeſtas: multiplica ſup
nos gratiā tuā: vt ad tua promiſ
ſa currentes: celeſtiū bonorū faci-
as eſſe conſortes. Per dominum
noſtrum. Ad corinthios. p̄me. xv.
Fratres. Notū vobis facio
euāgeliū quod p̄dicaui vo-
bis: qd̄ et accepiſtis/in quo et ſta-
tis: per qd̄ et ſaluamini. Qua ra-
tione predicauerim vobis ſi tene
tis: niſi fruſtra credidiſtis. Tradi-
di enim vobis in primis/qd̄ et ac-
cepi: quoniā chriſtus mortuꝰ eſt
pro peccatis noſtris ſcd̄m ſcriptu
ras: et quia ſepultus eſt/⁊ quia re
ſurrexit tertia die ſecūdū ſcriptu-
ras: et quia viſus eſt cephe: et poſt
hec vndeci. Deide viſus eſt pluſq̄
quingentis fratribus ſimul: ex q̄-
bus multi manēt vſq̄ adhuc: q̄dā
aūt dormierūt. Deinde viſus eſt
iacobo: deinde apoſtolis oīb⁹.
Nouiſſime aūt oīm: tanq̄ aborti
uo viſus eſt ⁊ michi. Ego enī ſum
minimus apoſtolorū: q̄ non ſum
dign⁹ vocari apoſtolus: quoniā
perſecutus ſum eccleſiā dei. Gra-
tia autē dei ſum: id quod ſum. Et
gratia eius in me vacua nō fuit.
Gr. In deo ſperauit cor meū ⁊ adiutus
ſum: et refloruit caro mea/et ex volunta-
te mea cōfitebor illi. ℣. Ad te dñe clama-
ui: deus me⁹ ne ſileas/ne diſcedas a me.
Alla. ℣. Dñe deus ſalutis mee: in die
clamaui et nocte corā te. Sequentia.
Stans a longe qui plurima
perpetrarat facinora. Atq̄
ſua reuoluens ſecū crimina. No
lebat alta cōtemplari celi ſidera.
Sed pectus tondens/hec prome
bat ore lachrimis. Deus propiti
us eſto michi peccatori. Et mea
oīa/pius dele facinora. Hac vo-
ce benignam promeruit clemen-
tiā. Necnō et iuſtificatus venit/
domum ſuam. Cuius nos ſacra
ſectantes exempla/dicamus deo.
Deus benigne noſtri miſerere/
laxans debita. Mitis et nos iuſt
ifica. Secundum lucam. xviij
In illo tēpore. Dixit ieſus ad
quoſdā qui in ſe cōfidebāt tanq̄
iuſti: et aſpernabātur ceteros: pa
rabolā iſtā. Duo homines aſcen-
debant in templū: vt orarēt. Vn⁹
phariſe⁹: et alter publican⁹. Pha-
riſeus ſtans hec apud ſe orabat.
Deus gratias ago tibi: quia non
ſum ſicut ceteri hominū: rapto-
res/iniuſti adulteri/velut etiā hic
publicanus. Ieiuno bis in ſabba
to: decimas do oīm que poſſideo
Et publicanus a lōge ſtans: nole-
bat nec oculos ad celū leuare: ſed
percutiebat pectus ſuū dicēs. De⁹
propicius eſto michi peccatori.
Amē dico vobis: deſcendit hic iu-
ſtificatus in domū ſuam ab illo.
Quia omnis qui ſe exaltat humi
liabitur: et qui ſe humiliat exalta
bit. Offe. Exaltabo te dñe q̄m ſuſcepi-
ſti me: nec delectaſti inimicos meos ſup
me: domine clamaui ad te: et ſanaſti me.
Secreta. Tibi dñe ſacrificia
dicata reddantur: que ſic ad
honorē nois tui deferēda tribui-
ſti: vt eadem fieri remedia noſtra
preſtares. Per. Cōio. Honora dñm
de tua ſubſtātia: et de primitijs frugum
tuarum: vt impleāt horrea tua ſaturitate.

⁊ vino torcularia redũdabũt. Cõplen.

Q Veſumus domine deus no-
ſter vt quos diuinis repara
re nõ deſinis ſacramẽtis: tuis nõ
deſtituas benign⁹ auxilijs. Per.

¶ Fer.iiij. Ad corinthios. pme.vi.

F Ratres. Neſcitis qm̃ corpo
ra veſtra membra ſunt xp̃i?
Tollens ergo membra chriſti: fa-
ciam membra meretricis? Abſit.
An neſcitis quoniã qui adheret
meretrici: vnum corpus efficitur?
Erunt enim duo inquit in carne
vna. Qui autẽ adheret domino:
vnus ſpiritus eſt. Fugite fornica-
tionẽ. Omne enim peccatum qđ
cunqꝫ fecerit homo: extra corpus
eſt. Qui autem fornicatur: in cor-
pus ſuum peccat. An neſcitis qm̃
membra veſtra templũ ſunt ſpi-
ritus ſancti: qui in vobis eſt/ quẽ
habetis a deo: et non eſtis veſtri?
Empti eni eſtis p̃cio magno. Glo
rificate et portate deum: in corpo
re veſtro. Scdm̃ Marcum. viij.

I N illo tempore. Exierũt pha
riſei: et ceperunt conquirere
cum ieſu: querẽtes ab eo ſignum
de celo temptantes eum. Et inge
miſcens ſpiritu ait. Quid genera
tio iſta ſignum querit? Amẽ dico
vobis: ſi dabitur generationi iſti
ſignum. Et dimittens eos aſcen-
dit iterum nauim: et abijt trans
fretum. Et obliti ſunt panem ſu-
mere: et niſi vnum panem nõ ha
bebãt ſecum in naui. Et precipie-
bat eis dicens. Videte et cauete a
fermento herodis et phariſeorũ.
Et cogitabant ad alterutrum di
centes: quia panes non habem⁹.
Quo cognito ait illis ieſus. Quid
cogitatis: quia panes non habe-
tis? Nondum cognoſcitis/ nec in-
telligitis? Adhuc cecatũ habetis
cor veſtrum. Oculos habẽtes nõ
videtis: et aures habentes nõ au
ditis. Nec recordamini quando
quinqꝫ panes fregi in quinqꝫ mi-
lia: et quot cophinos fragmen-
torum plenos ſuſtuliſtis. Dicunt
ei. Duodecim. Quando ⁊ ſeptem
panes in quattuor milia: quot
ſportas fragmentorum tuliſtis?
Et dicunt ei. Septem. Et dicebat
eis. Quomodo nondum intelli-
gitis? Et veniunt bethſayda. Et
adducunt ei cecum: et rogabant
eum vt illum tangeret. Et appre
ſa manu ceci: eduxit eum extra vi
cum. Et expuens in oculos eius:
impoſitis manibus ſuis: interro
gauit eũ ſi quid videret. Et aſpi-
ciẽs ait. Video homines velut ar
bores ambulãtes. Deinde iterũ
impoſuit manus ſup oculos eius
⁊ cepit videre: et reſtitutus eſt: ita
vt clare videret omnia. Et miſit
illum: in domum ſuam. ¶ Fe-

I ria.vi. Secũdum lucam. xij.
N illo tempore. Dixit ieſus
diſcipulis ſuis. Omni cui multũ
datũ eſt: multũ queretur ab eo/ ⁊
cui comendauerunt multũ: plus
petẽt ab eo. Ignem veni mittere
in terram: et quid volo niſi vt ac-
cendatur. Baptiſma autẽ habeo
baptizari: et quomodo coartor
vſqꝫ dũ pficiatur. Putatis quia
pacem veni mittere in terrã. Nõ
dico vob᷑: ſed ſeparationẽ. Erũt
enim ex hoc quinqꝫ in domo vna

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3

diuiſi/tres i duo:et duo in tres di=
uidentur. Pater in filium:et fili⁹
in patrem ſuum. Mater in filiam
⁊ filia in matrem. Socrus in nu=
rum ſuam:et nurus in ſocrū ſuā.

¶ Dñica.xij. poſt trint. Introit⁹.

DEus in adiutorium
meū intende: dñe ad
adiuuādum me feſti=
na: confundantur et
reuereantur inimici
mei qui querunt animam meā.
Ps. Auertantur retrorſum et erubeſcāt
qui volunt michi mala. Gloria. Coll'a.

OMnipotēs ſempiterne de⁹:
qui abūdantia pietatis tue
⁊ merita ſupplicum excedis ⁊ vo
ta: effūde ſuper nos miſericordiā
tuam: vt dimittas que cōſcientia
metuit: et adiicias qđ oratio non
pſumit. Per. Ad corinthios. ij. iij

FRatres. Fiduciam talē ha=
bemus per chriſtū ad deū:
nō q ſufficientes ſimus cogitare
aliquid a nobis quaſi ex nobis:
ſed ſufficientia noſtra ex deo eſt.
Qui et idoneos nos fecit mini=
ſtros noui teſtamenti: nō littera/
ſed ſpiritu. Littera enim occidit:
ſpiritus autem viuificat. Quod
ſi miniſtratio mortis litteris de=
formata in lapidibus fuit in glo=
ria: ita vt nō poſſent intendere fi=
lij iſrael in faciem moyſi: propter
gloriam vultus eius que euacua
tur: quomodo nō mag⁹ miniſtra
tio ſpiritus erit in gloria. Nam ſi
miniſtratio damnatiōis gloria
eſt: multomagis abūdat miniſte=
rium iuſticie in gloria. Gr. Benedi
cam dominum in omni tempore: ſemp
laus eius in ore meo. V. In domino lau=
dabitur anima mea: audiant manſueti
et letentur. Alleluya. V. Domine re=
fugium factus es nobis: a generatione
et progenie. Secūdū Marcum. vij.

IN illo tempore. Exiens ieſus
de finibus tyri: venit per ſy=
donem ad mare galilee: inter me
dios fines decapoleos. Et addu=
cunt ei ſurdū et mutū: et depreca=
bantur eū vt imponat illi manū.
Et apprehendens eū de turba ſe=
orſum: miſit digitos ſuos in auri
culas eius. Et expuens tetigit lin
guā eius. Et ſuſpiciens in celū/ in=
gemuit: et ait illi. Effeta: quod eſt
adaperire. Et ſtatim aperte ſunt
aures eius: ⁊ ſolutū eſt vinculum
lingue eius: et loquebat' recte. Et
pcepit illis: ne cui diceret. Quāto
autē eis precipiebat: tāto magis
plus predicabāt: et eo ampli⁹ ad=
mirabātur dicentes. Bene oia fe=
cit: ⁊ ſurdos fecit audire/ ⁊ mutos
loqui. Offe. Precatus eſt moyſes i cō=
ſpectu dñi dei ſui ⁊ dixit: precat⁹ eſt moy
ſes in conſpectu dñi dei ſui et dixit: qua=
re dñe iraſceris in populo tuo/ parce ire
anime tue memēto abraā iſaac et iacob:
qbus iuraſti dare terrā fluētē lac ⁊ mel:
et placat⁹ fact⁹ eſt dominus de maligni
tate quā dixit facere pplo ſuo. Secreta

REſpice domine queſumus
noſtram propicius ſeruitu
tē: vt quod offerimus/ ſit tibi mu
nus acceptum: ſit etiā noſtre fra=
gilitati ſubſidiū. Per dñm. Cōio
De fructu operū tuoꝝ dñe ſaciabit' ter=
ra: vt educas panē de terra: et vinū letifi
cat cor hoīs: vt exhilaret faciē i oleo/ ⁊ pa
nis cor hominis confirmet. Cōplēda.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3

SEntiamus dn̄e q̄s tui perceptione ſacramenti ſubſidiū mētis et corporis:vt in vtroq̧ ſaluati celeſtis remediꝫ plenitudine glorꝫemur.Per dn̄m noſtrū ieſū.

¶Feria.iiij.Ad corinthios.ij.iiij.

FRatres.Nō predicam⁹ noſmetipſos:ſed ieſum chriſtū dn̄m noſtrū.Nos autē ſeruos veſtros per ieſum.Quoniā deus q̄ dixit de tenebris lumē ſplēdeſcere:ipſe illuxit in cordibus noſtris ad illuminationē ſcientie claritatis dei:in facie ieſu chriſti.Habemus autē theſaurū iſtū in vaſis fictilibus:vt ſublimitas ſit virtutis dei:et non ex nobis.In oībus tribulationē patimur:ſed nō anguſtiamur.Aporiamur:ſed nō deſtituimur.Perſecutionem patimur:ſed nō derelinq̄mur.Humiliamur:ſed nō cōfundimur.Deijcimur:ſed nō perimus.Semp enī mortificationem ieſu in corpore noſtro circumferentes:vt et vita ieſu:in corporibus noſtris manifeſtetur.Secundū Mattheū.ix.

IN illo tempore.Trāſeūte ieſu ſecuti ſunt eū duo ceci clamantes et dicentes.Miſerere nr̄i fili dauid.Cū aūt veniſſet domū acceſſerūt ad eū ceci.Et dicit eis ieſus.Creditis:quia hoc poſſum facere vobis.Dicunt ei.Vtiq̧ dn̄e.Tūc tetigit oculos eorum:dicēs.Scd̄m fidē veſtrā:fiat vobis.Et aperti ſunt oculi eoꝝ.Et cōminatus eſt illis ieſus dicēs.Videte ne quis ſciat.Illi autē exeūtes:diffamauerunt eum in tota terra illa.Egreſſis autē illis:ecce obtulerūt ei hoīem mutū/demoniū habentem.Et eiecto demonio locutus eſt mutus.Et mirati ſūt turbe dicētes.Nunq̄ apparuit ſic in iſrael.Phariſei autē dicebāt.In principe demonioꝝ eiicit demones.Et circuibat ieſus ciuitates oēs ⁊ caſtella/docēs in ſynagogis eoꝝ:⁊ predicās euāgeliū regni.Et curās oēm languorē ⁊ oēm infirmitatē.¶Fer.vi.Scd̄m Matthe.xi.

IN illo tpe.Cepit ieſus exprobrare ciuitatibus in q̄bus facte ſūt plurime virtutes ei⁹:quia nō egiſſent penitētiā.Ve tibi corozaym:ve tibi bethſayda/quia ſi ī tyro et ſydone facte eſſent virtutes que facte ſūt in vobis:olim in cilicio et cinere penitētiā egiſſent.Verūtamē dico vobis/tyro ⁊ ſydoni remiſſius erit ī die iudicij/q̄ vobis.Et tu capharnaū:nū quid vſq̧ in celū exaltaberis?Et ſi exaltata fueris:vſq̧ in infernū deſcendes.Quia ſi in ſodomis facte fuiſſent virtutes que facte ſūt in te:forte māſiſſent vſq̧ in hunc diē.Verūtamen dico vobis:quia terre ſodomorum remiſſius erit in die iudicij q̄ tibi. ¶Dominica.xiij.poſt trinitatem.Introit⁹.

REſpice dn̄e ī teſtamētū tuū:et aīas pauperū tuoꝝ ne derelinquas in finē:exurge dn̄e et iudica cauſam meā:et ne obliuiſcaris voces querentiū te.Ps.Vt quid deus repuliſti ī finē:irat⁹ eſt furor tu⁹ ſup oues paſcue tue.Gloria patri et filio.Colla.

OMn̄ps ſempiterne deus:de

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3

cuius munere venit: vt tibi a fide
lib⁹ tuis digne et laudabiliter ſer
uiatur: tribue nobis queſum⁹: vt
ad ꝓmiſſiones tuas ſine offenſio
ne curram⁹. Per. Ad galathas. iij
FRatres. Abrahe dicte ſunt
promiſſiones: et ſemini ei⁹.
Nõ dicit et ſeminib⁹ quaſi in mul
tis: ſed quaſi in vno et ſemini tuo
qui eſt chriſtus. Hoc autẽ dico te
ſtamentũ confirmatũ a deo que
poſt quadringentos et triginta
annos facta eſt lex: nõ irritũ fecit
ad euacuandã promiſſionẽ. Nã
ſi ex lege hereditas: iã nõ ex ꝓmiſ
ſione. Abrahe aũt ꝑ repromiſſio
nẽ donauit deus. Quid igit² lex:
Propter trãſgreſſores poſita eſt:
donec veniret ſemẽ cui ꝓmiſerat
ordinata ꝑ angelos in manu me
diatoris. Mediator autẽ vnius
nõ eſt: deus aũt vnus eſt. Lex ergo
aduerſus promiſſa dei: Abſit. Si
enĩ data eſſet lex que poſſet viui
ficare: vere ex lege eſſet iuſticia.
Sed cõcluſit ſcriptura om̃ia ſub
peccato: vt promiſſio ex fide ieſu
chriſti: daretur credentibus. Gr.
Reſpice dñe in teſtamentũ tuũ: et aĩas
pauperũ tuorũ ne obliuiſcaris in finẽ.
ỽ. Exurge dñe et iudica cauſam tuã: me
mor eſto opprobrij ſeruorũ tuoꝝ. Alla.
ỽ. Venite exultem⁹ dño: iubilemus deo
ſalutari noſtro. ỽ. Preoccupemus faci
em eius in confeſſione: et in pſalmis iu
bilemus ei. Secundum lucam. x.
IN illo tpe. Dixit ieſus diſci
pulis ſuis. Beati oculi qui vi
dent que vos videtis. Dico enim
vobis: ꝙ multi prophete et reges
voluerũt videre que vos videtis:
⁊ nõ viderũt: et audire que audi
tis: et nõ audierũt. Et ecce ꝗdã le
giſperitus ſurrexit temptãs eũ ⁊
dicẽs. Magiſter: ꝗd faciẽdo vitã
eternã poſſidebo: At ille dixit ad
eum. In lege ꝗd ſcriptũ eſt: Quo
modo legis: Ipſe reſpõdẽs dixit.
Diliges dñm deũ tuũ ex toto cor
de tuo: et ex tota aĩa tua/ et ex oĩ
bus viribus tuis: et ex om̃i mẽte
tua: et ꝓximũ tuũ ſicut teipſum.
Dixitq; illi. Recte reſpõdiſti. Hoc
fac et viues. Ille autẽ volẽs iuſtifi
care ſeipſum: dixit ad ieſũ. Et ꝗs
eſt meus ꝓximus: Suſpiciẽs autẽ
ieſus: dixit. Homo quidam deſcẽ
debat ab hieruſalẽ ĩ hierico: ⁊ in
cidit in latrones. Qui etiã deſpo
liauerunt eũ: et plagis impoſitis
abierũt ſemiuiuo relicto. Accidit
autem vt ſacerdos quidam deſcẽ
deret eadem via: et viſo illo prete
riuit. Similiter et leuita cũ eſſet
ſecus locũ et videret eũ/ ꝑtrãſijt.
Samaritanus autẽ quidã iter fa
ciens venit ſecus eũ: et videns eũ
miſericordia mot⁹ eſt. Et appro
pians alligauit vulnera eius: in
fundẽs oleũ ⁊ vinũ. Et imponẽs
illũ in iumẽtũ ſuũ: duxit in ſtabu
lũ ſuũ et curã eius egit. Et altera
die protulit duos denarios: et de
dit ſtabulario: et ait. Curã illius
habe. Et quodcunq; ſupereroga
ueris: ego cũ rediero reddã tibi.
Quis horũ triũ videt² tibi ꝓxim⁹
fuiſſe illi: qui incidit in latrones:
At ille dixit. Qui fecit miſericor
diã in illũ. Et ait illi ieſus. Vade:
et tu fac ſimiliter. Offr. In te ſpera
ui domine dixi tu es deus meus: in ma

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3

nibus tuis tempora mea. Secreta.

Hoſtias q̄s dñe propici⁹ intende: quas ſacris altarib⁹ exhibemus: vt nobis indulgētiā largiēdo tuo noīdent honorem Per. Cōio. Panē de celo dediſti nobis domine: habentem omne delectamentū: et omnē saporē ſuauitatis. Cōplē.

Viuificet nos q̄s dñe huius participatio ſancta myſterij: et pariter nobis expiationem tribuat et munimen. Per dñm.

¶ Feria.iiij. Ad corinthios.ij.v.

Fratres. Scimus quoniā ſi terreſtris domus nr̄a hui⁹ habitationis diſſoluatur q̄d edificationē habemus ex deo domū nō manufactā: ſed eternā in celis Nam et in hoc ingemiſcimus habitationē noſtrā que de celo eſt ſuperindui cupientes: ſi tamē veſtiti et nō nudi inueniamur. Nā ꝛ qui ſumus in hoc tabernaculo ingemiſcim⁹ grauati: eo ꝙ nolumus expoliari: ſed ſupueſtiri vt abſorbeatur q̄d mortale eſt a vita. Qui aūt efficit nos in hoc ipſū deus q̄ dedit nobis pignus ſpūs. Audētes igitur ſemp et ſcientes: quoniā dū ſumus in hoc corpore peregrinamur a dño. Per fidem enim ambulamus: et nō per ſpeciem. Audemus autē et bonam voluntatē habemus: magis peregrinari a corpore: et p̄ſentes eſſe ad dominū. Et ideo contendim⁹ ſiue abſentes/ ſiue preſentes placere illi. Omnes enim nos manifeſtari oportet ante tribunal xp̄i: vt referat vnuſquiſꝙ propria corporis prout geſſit/ ſiue bonū/ ſiue malum. Scientes ergo timorem dñi: hoībus ſuademus/ deo autē manifeſti ſumus. Spero aūt ꝛ in conſcientijs veſtris: manifeſtos nos eſſe. Per ieſū xp̄m: dñm nr̄m.

Secundum Mattheum.xij.

In illo tēpore. Abeuntes phariſei conſilium faciebāt aduerſus ieſum: quomodo eum perderent Jeſus autem ſciēs receſſit inde: et ſecuti ſunt eum multi: et curauit eos oēs. Et precepit eis ne manifeſtū eū facerēt: vt adimpleretur quod dictum eſt per iſayā ꝓphetā dicentē. Ecce puer meus quem elegi dilect⁹ meus in quo bene cō placuit anime mee. Ponam ſpiritum meū ſuper eū: et iudicium gentibus nūciabit. Nō cōtendet neꝙ clamabit: neꝙ audiet aliq̄s in plateis vocem eius. Arundinē quaſſatā nō confringet: et linum fumigans non extinguet/ donec eiiciat ad victoriam iudicium: et in nomine eius: gētes ſperabūt.

¶ Feria.vi. Secundū lucam.xiij.

In illo tpe. Ibat ieſus p ciuitates et caſtella docēs: et iter faciēs in hieruſalē. Ait autē illi q̄dā Dñe ſi pauci ſunt qui ſaluantur. Ipſe autē dixit ad illos. Contēdite intrare per anguſtam portam quia dico vobis: multi querēt intrare et nō poterūt. Cum autem intrauerit paterfamilias: et clauſerit oſtiū/ incipietis foris ſtare: ꝛ pulſare ad oſtiū dicētes. Dñe aperi nobis. Et reſpōdēs dicet vob⁊. Neſcio vos vnde ſitis. Tūc icipietis dicere. Mādūcauim⁹ corā te ꝛ bibim⁹: et ī plateis nr̄is docuiſti.

Et dicet vobis. Neſcio vos: vnde ſitis. Diſcedite a me oēs operarij iniq̄tatis. Ibi erit fletus ⁊ ſtridor dentiū. Cū videritis abraham: ⁊ iſaac/ et iacob: et oēs ꝓphetas in regno dei: vos autē expelli foras. Et venient ab oriēte et occidente ⁊ aquilone et auſtro: et accūbent in regno dei. Et ecce ſunt nouiſſimi qui erant primi: et ſunt primi qui erant nouiſſimi. ¶ Dominica.xiiij. poſt trinita. Introitus.

Protector noſter aſpice deus: et reſpice in faciē chriſti tui: quia melior eſt dies vna ī atrijs tuis ſuper milia. Ps. Quam dilecta tabernacula tua dn̄e virtutū: cōcupiuit ⁊ deficit aīa mea in atria dn̄i. Gloria patri et filio. Coll.

Omnipotens ſempiterne deꝰ: da nobis fidei ſpei et charitatis augmentū: et vt mereamur aſſequi quod promittis: fac nos amare quod p̄cipis. Per dn̄m noſtrum ieſum xp̄m. Ad galathas. v

Fratres. Spiritu ambulate ⁊ deſideria carnis nō perficietis. Caro enī cōcupiſcit aduerſus ſpiritū: ſpiritꝰ autē aduerſus carnē. Hec enim ſibi inuicē aduerſantur: vt nō quecūq; vultis illa faciatis. Quod ſi ſpiritu ducemini: non eſtis ſub lege. Manifeſta autē ſunt opera carnis: que ſunt fornicatio/ immunditia/ luxuria/ idolorū ſeruitus/ veneficia/ inimicitie/ cōtentiones/ emulatiōes/ ire rixe/ diſſentiōes/ ſecte/ inuidie/ homicidia/ ebrietates/ cōmeſſatiōes et his ſimilia. Que predico vobis ſicut p̄dixi: quoniā q̄ talia agunt regnū dei nō cōſequētur. Fructꝰ aūt ſpiritus eſt charitas/ gaudiū/ pax/ patiētia/ lōganimitas/ bonitas/ benignitas/ manſuetudo/ fides/ modeſtia/ cōtinētia/ caſtitas. Aduerſus huiuſmodi: non eſt lex. Qui autē ſunt chriſti: carnē ſuam crucifixerūt: cū vicijs et cōcupiſcētijs. Gr. Bonū eſt confidere in dn̄o: q̄ȝ confidere in hoīe. V. Bonū eſt ſperare in dn̄o: q̄ȝ ſperare in principibus. Alla. V. Q̄m deus magnus dn̄s: et rex magnus ſuper omnem terrā. Scd̄m luca. xvij.

In illo tp̄e. Dum iret ieſus in hieruſalē: trāſibat ꝑ mediā ſamariā et galileā. Et cū īgrederetur quoddam caſtellū: occurrerunt ei decē viri leproſi. Qui ſteterūt a longe: et leuauerūt vocē dicētes. Jeſu preceptor miſerere noſtri. Quos vt vidit/ dixit. Ite oſtēdite vos ſacerdotibꝰ. Et factū eſt dū irent: mūdati ſunt. Vnus aūt ex illis vt vidit quia mūdatus eſt regreſſus eſt cū magna voce/ magnificans deū. Et cecidit in faciē ante pedes eius: gratias agēs. Et hic erat ſamaritanus. Reſpōdēs aūt ieſus dixit. Nōne decē mūdati ſunt: et nouē vbi ſunt: Nō eſt inuētus qui rediret et daret gloriā deo/ niſi hic alienigena. Et ait illi. Surge vade: quia fides tua: te ſaluum fecit. Offer. Immittit angelꝰ dn̄i in circuitu timentiū eū: ⁊ eripiet eos: guſtate et videte: q̄m ſuauis eſt dominus. Secre.

Propiciare dn̄e populo tuo: ꝓpiciare muneribus vt hac oblatiōe placatꝰ: et indulgētiā nobis tribuas: et poſtu-

lata ꝯcedas. Per. Cōio. Panis quē ego dedero caro mea eſt: pro ſeculi vita.

Sumptis dn̄e celeſti- (Cōplē. bus ſacramētis ad redēptionis eterne q̄s: proficiam⁹ augmē- tū. Per. ¶ Fe.iiij. Ad corinth.ij. vi

Fratres. Nolite iugū ducere cū infidelibus. Que enī participatio iuſticie cū iniq̄tate. Aut q̄ ſocietas luci ad tenebras: Que autē conuentio chriſti ad belyal. Aut que pars fideli cū infideli: Quis autem cōſenſus templo dei cum idolis: Vos enim eſtis tēplum dei viui: ſicut dicit domin⁹. Quoniam inhabitabo in illis: et inambulabo inter eos. Et ero illorum deus: et ipſi erunt michi populus. Propter quod exite de medio eorum: ⁊ ſeparamini dicit dn̄s: et mundamini vos qui portatis vaſa dn̄i: et immundū ne tetigeritis: et ego recipiā vos/ ⁊ ero vobis ī patrē: et vos eritis michi in filios et filias/ dicit dn̄s omnipotens. Has igitur promiſſiōes habentes fratres chariſſimi: mūdemus nos ab omni inquinamēto carnis et ſpiritus: perficientes ſanctificationē ſpiritus in timore dei. In chriſto ieſu: domino noſtro. Secūdum Marcum. vi.

In illo tempore. Cōuenīētes apoſtoli ad ieſum: renūciauerūt ei omnia que egerāt et docuerāt. Et ait illis. Venite ſeorſum in deſertum locū: et requieſcite puſillū. Erant enim qui veniebāt et redibant multi: et nec ſpaciū manducandi habebāt. Et aſcendētes in nauim: abierūt in deſertū locum ſeorſum: et viderunt eos abeūtes ⁊ cognouerūt multi: et pedeſtres de oībus ciuitatib⁹ cucurrerūt illuc: et ꝑuenerūt eos. Et exiens vidit turbā multā ieſus: ⁊ miſertus eſt ſup eos: q̄ erant ſicut oues nō habētes paſtorē. Et cepit illos docere multa. ¶ Fe.vi. Sc̄dm̄ Lu. viij

In illo tp̄e. Iter faciebat ieſus per ciuitates ⁊ caſtella: predicās et euāgelizans regnum dei: ⁊ duodecim cū illo: et mulieres aliq̄ que erant curate a ſpiritibus malignis: et infirmitatibus. Maria que vocatur magdalene: de qua ſeptē demonia exierāt: et iohanna vxor chuze procuratoris herodis: et ſuſanna: et alie multe q̄ miniſtrabāt ei: de facultatibus ſuis.

¶ Dn̄ica.xv.poſt trint. Introit⁹.

Inclina dn̄e aurē tuā ad me et exaudi me: ſaluum fac ſeruū tuū deus meus ſperantē in te: miſerere michi dn̄e: qm̄ ad te clamaui tota die. p̄s. Letifica animā ſerui tui: qm̄ ad te domine leuaui animā meā. Gloria. Coll.

Cuſtodi domine queſumus eccleſiam tuam ꝓpiciatiōe perpetua: et quia ſine te labitur humana mortalitas tuis ſemper auxilijs: et abſtrahatur a noxijs: ⁊ ad ſalutaria dirigat^r. Per dn̄m nr̄m ieſum xp̄m. Ad galathas. vi.

Fratres. Si ſpiritu viuem⁹: ſpiritu et ambulemus. Nō efficiamur inanis glorie cupidi: inuicem prouocantes/ inuicē inuidentes. Fratres et ſi preoccupatus fuerit homo ī aliquo delicto:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3

vos qui ſpiritales eſtis huiuſmo-
di inſtruite in ſpiritu lenitatis: cõ-
ſiderãs teipſum ne et tu tempte-
ris. Alter alterius onera portate
⁊ ſic adimplebitis legem chriſti.
Nam ſi quis exiſtimat ſe aliquid
eſſe cum nichil ſit: ipſe ſe ſeducit.
Opus autem ſuum probet vnuſ-
quiſq;: et ſic in ſemetipſo tantum
gloriam habebit: et nõ in altero.
Vnuſquiſq; enim onus ſuũ por-
tabit. Communicet autem is qui
cathezizatur verbo: ei q̃ ſe cathezi-
zat in omnibus bonis. Nolite er-
rare: deus non irridetur. Que enĩ
ſeminauerit homo: hec et metet.
Quoniam q̃ ſeminat in carne ſua
de carne et metet corruptionem.
Qui autem ſeminat in ſpiritu: de
ſpiritu metet vitam eternã. Bo-
num autem facientes nõ deficia-
mus: tempore enim ſuo metem⁹
nõ deficientes. Ergo dum tẽpus
habemus: operemur bonum ad
omnes. Maxime autem: ad dome-
ſticos fidei. Gr. Bonũ eſt cõfiteri dño
et pſallere nomini tuo altiſſime. ℣. Ad
annunciandũ mane miam tuã: et veri-
tatem tuã per noctem. Alleluya. ℣.
Dñe exaudi orationẽ meã: ⁊ clamor me⁹
ad te veniat. Scdm Mattheum. vi.

In illo tempore. Dixit ieſus
diſcipulis ſuis. Nemo poteſt
duobus dñis ſeruire. Aut enĩ vnũ
odio habebit/ et alterum diliget:
aut vnum ſuſtinebit/ et alterũ cõ-
temnet. Non poteſtis deo ſeruire
et mãmone. Ideo dico vobis ne
ſoliciti ſitis anĩe veſtre quid mã-
ducetis: neq; corpori veſtro quid
induamini. Nonne anĩa plus eſt
q̃ eſca: et corpus pluſq̃ veſtimen-
tum. Reſpicite volatilia celi: que
nõ ſerunt neq; metunt: neq; con-
gregant in horrea: et pater veſter
celeſtis paſcit illa. Nõne vos ma-
gis pluris eſtis illis. Quis autem
veſtrũ cogitãs poteſt adiicere ad
ſtaturam ſuam cubitum vnũ: Et
de veſtimento quid ſoliciti eſtis.
Conſiderate lilia agri quomodo
creſcunt: nõ laborant neq; nent.
Dico autẽ vobis: quoniã nec ſa-
lomon in omĩ gloria ſua/ cooper-
tus eſt ſicut vnũ ex iſtis. Si aũt fe-
num agri quod hodie eſt: et cras
ĩ clibanũ mittitur/ deus ſic veſtit:
quãto magis vos minime fidei:
Nolite ergo ſoliciti eſſe dicentes/
quid mãducabimus: aut quid bi-
bemus: aut quo operiemur: Hec
enĩ omnia/ gentes inquirũt. Scit
enĩ pater veſter: quia his omnib⁹
indigetis. Querite ergo primum
regnũ dei/ et iuſticiam eius: et hec
omnia adiicientur vobis. Off.
Expectãs expectaui dñm et reſpexit me:
et exaudiuit deprecationem meam: ⁊ im-
miſit in os meum canticum nouũ/ hym-
num deo noſtro. Secreta.

Concede nob⁹ q̃s dñe: vt hec
hoſtia ſalutaris: et noſtrorũ fiat
purgatio delictorũ: et tue ꝓpicia-
tio pietatis. Cõio. Qui mãducat car-
nẽ meã: et bibit ſanguinẽ meũ i me ma-
net et ego in eo dicit dñs. Cõplenda.

Vrificent ſemp et muniant
tua ſacramẽta nos de⁹ ⁊ ad
ꝑpetue ducãt ſaluatiõis effectũ.
Per dñm. ¶ Fe.iiij. Ad coloſſen. i.

Fratres. Gratias agim⁹ deo
patri q̃ dignos nos fecit in

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3

partē fortis ſanctorū in lumine: q̄ eripuit nos de poteſtate tenebrarū: et tranſtulit in regnū filij dilectionis ſue. In quo habemus redemptionē/ in remiſſionē peccatorū: qui eſt imago dei inuiſibilis: primogenitus om̄is creature quoniā in ipſo condita ſunt vniuerſa in celis et in terra: viſibilia ⁊ inuiſibilia: ſiue throni/ ſiue dn̄ationes/ ſiue principatus/ ſiue poteſtates: oīa per ipſum et in ipſo creata ſunt. Et ipſe eſt ante oēs: ⁊ omnia in ipſo conſtāt. Et ipſe eſt caput corporis eccleſie: q̄ eſt principium primogenitus ex mortuis: vt ſit in omnibus ipſe primatum tenēs ieſus chriſtus: dominꝰ noſter. Secundum Mattheū. v.

In illo tempore. Dixit ieſus diſcipulis ſuis. Audiſtꝭ: quia dictū eſt antiquis nō periurabis reddes autē dn̄o iuramēta tua. Ego autem dico vobis: non iurare omnino/ neqꝫ p̄ celū: quia thronus dei eſt/ neqꝫ p̄ terrā: quia ſcabellum eſt pedū eius. Neqꝫ p̄ hieroſolymā q̄ ciuitas eſt magni regis. Neqꝫ per caput tuū iurauerꝭ: quia nō potes vnū capillū albū facere: aut nigrū. Sit autē ſermo veſter: eſt eſt/ nō nō. Quod aūt his abundantius eſt: a malo eſt. Audiſtis quia dictū eſt: oculū pro oculo: dentē pro dente. Ego autē dico vobis: nō reſiſtere malo. Sed ſi q̄s te percuſſerit in dexterā maxillam tuam: prebe illi et alterā. Et ei qui vult tecum in iudicio cōtēdere: et tunicam tuam tollere/ dimitte ei et pallium. Et quicunqꝫ te angariauerit mille paſſus: vade cū illo et alia duo. Qui aūt petit a te: da ei. Et volenti mutuare ne auertarꝭ. ¶ Fe.vi. Scd̄m lu. xx.

In illo tempore. Factū eſt in vna dierum docente ieſu populum in templo et euangelizāte conuenerunt principes ſacerdotū et ſcribe cū ſenioribus: ⁊ aiunt dicētes ad illū. Dic nobis in qua poteſtate hec facis? Aut quis eſt q̄ dedit tibi hanc poteſtatē? Reſpōdens autem ieſus: dixit ad illos. Interrogabo vos et ego vnū verbum: reſpondete michi. Baptiſmum iohānis de celo erat: an ex hominibus? At illi cogitabant intra ſe dicentes. Quia ſi dixerimꝰ de celo/ dicet. Quare ergo non credidiſtis illi? Si autem dixerimus ex hominibus: vniuerſa plebs lapidabit nos. Certi ſunt enim: iohannem prophetam eſſe. Et reſponderunt ſe neſcire vnde eſſet. Et ieſus ait illis. Neqꝫ ego dico vobis: in qua poteſtate hec facio.

¶ Dn̄ica.xvi.poſt trinit. Introitꝰ

Miſerere michi domine: quoniā ad te clamaui tota die: quia tu dn̄e ſuauis/ ac mitis es: et copioſus in miſericordia omnibus inuocantibus te. Ps. Inclina dn̄e aurem tuam et exaudi me: quoniā inops et pauper ſum ego. Gloria patri et filio. Colla.

Eccleſiam tuam dn̄e miſeratio continuata mundet et muniat: et quia ſine te nō poteſt ſalua cōſiſtere: tuo ſemp̄ munere gubernetur. Per. Ad ephe ſios. iij

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3

Dominica.xvj.poſt trinitatem.

FRatres. Obſecro vos ne de
ficiatis in tribulationibus
meis pro vobis:que eſt gloria ve-
ſtra. Hui⁹ rei gratia flecto genua
mea ad patrē dn̄i noſtri ieſu xp̄i:
ex quo oīs paternitas in celis et
in terra noīatur:vt det vob; ſcd̄m
diuitias glorie ſue virtutē corro-
borari per ſpiritū eius in interio
ri homine chriſtū habitare p fidē
in cordibus veſtris. In charitate
radicati et fundati:vt poſſitis cō-
prehendere cū oībus ſanctis:que
ſit latitudo/lōgitudo/ſublimitas
⁊ profundū. Scire etiā ſupeminē
tē ſcientie charitatē chriſti:vt im
pleamini in oēm plenitudinem
dei. Ei autē q̄ potens eſt oīa face-
re ſupabūdāter:quā petim⁹ aut
intelligimus:ſcd̄m virtutē q̄ ope
ratur in nobis:ipſi gloria in eccle
ſia/⁊ in chriſto ieſu:in oēs genera
tiones:ſeculi ſeculorū amen. Gr.
Timebūt gentes nomē tuū dn̄e:et oēs
reges terre gloriam tuā. ṽ. Quoniā edi
ficauit dn̄s ſyon:⁊ videbitur in maieſta
te ſua. Alla. ṽ. Confitemini dn̄o:et in
uocate nomen eius:annūciate inter gē-
tes opera eius. Secūdū lucam. vij.
IN illo tempore. Ibat ieſus in
ciuitatē que vocatur naym:
⁊ ibāt cū illo diſcipuli eius:et tur
ba copioſa. Cū autem appropin-
quaret porte ciuitatis:ecce defū-
ctus efferebatur:filius vnic⁹ ma-
tris ſue. Et hec vidua erat:et tur-
ba ciuitat; multa cū illa. Quā cū
vidiſſet dn̄s:miſericordia motus
ſuper eam/dixit illi. Noli flere. Et
acceſſit:et tetigit loculū. Hij autē
q̄ portabāt ſteterūt. Et ait. Ado-
leſcens:tibi dico ſurge. Et reſedit
qui erat mortuus:et cepit loq̄. Et
dedit illū matri ſue. Accepit autē
oēs timor:⁊ magnificabant deū
dicentes. Quia propheta magn⁹
ſurrexit in nobis:et quia deus vi
ſitauit/plebē ſuā. Offr. Dn̄e in auxi
liū meū reſpice:cōfundātur et reuereāt
qui querūt aīam meā vt auferāt eam.
TUa nos dn̄e ſacramē(Secre.
ta cuſtodiāt:et cōtra diabo
licos tueātur ſemp incurſus. Per
Cōio. Dn̄e memorabor iuſticie tue ſoli
us:deus docuiſti me a iuuētute mea:et
vſq; in ſenectam et ſenium deus ne de-
relinquas me. Complenda.
MEntes nr̄as et corpora poſ
ſideat queſumus dn̄e doni celeſt;
operatio:vt nō nr̄ ſenſus ī nobis
ſed iugiter eius preualeat effect⁹.
Per dn̄m. ¶ Fe.iiij. Ad coloſſen. ij
FRatres. Videte ne q̄s vos
decipiat per philoſophiā ⁊
inanē fallaciā: ſcd̄m traditionē
hominū:ſcd̄m elementa mundi:
⁊ nō ſcd̄m chriſtū:quia in chriſto
inhabitat oīs plenitudo diuini-
tatis corporaliter:et eſtis in illo
repleti:q̄ eſt caput oīs principat⁹
et poteſtatis. In quo et circūciſi
eſtis circūciſione nō manufacta:
in expoliatione corporis carnis:
ſed in circūciſiōe chriſti. Cōſepul
ti ei in baptiſmo:in quo et reſur-
rexiſtis per fidē operatiōis dei q̄
ſuſcitauit illū a mortuis. Et vos
cum eſſetis mortui in delictis:et
preputio carnis veſtre:conuiuifi
cauit cum illo donans vobis oīa
delicta. Per ieſum chriſtum:dn̄m
noſtrum. Secundum lucam. vij.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3

IN illo tempore. Dixit ieſus turbis iudeorũ. Maior inter natos mulierũ ꝓpheta iohanne baptiſta nemo eſt. Qui autẽ minor eſt in regno dei: maior eſt illo. Et oĩs populus audiẽs et publicani iuſtificauerunt deũ baptizati baptiſmo iohannis. Phariſei autẽ et legiſperiti cõſiliũ dei ſpreuerunt in ſemetipſos: nõ baptizati ab eo. Ait autẽ dñs. Cui ergo ſimiles dicã homines generatiõis huius: et cui ſimiles ſũt? Similes ſunt pueris ſedentibus in foro: ⁊ loquentibus adinuicem/ et dicẽtibus. Cãtauimus vobis tybijs/ ⁊ nõ ſaltaſtis: lamentauimus/ et non ploraſtis. Venit autem iohãnes baptiſta: neqꝫ manducãs panem/ neqꝫ bibens vinũ: et dicitis/ demoniũ habet. Venit filius hominis manducãs et bibens: et dicitis: ecce homo deuorator bibẽs vinum: amicus publicanorum/ ⁊ peccatorum. Et iuſtificata eſt ſapientia: ab omnibus filijs ſuis.

¶ Feria. vi. Scđm Marcum. viij.

IN illo tempore. Venit ieſus in bethſapda: et adducunt ei cecum: et rogabant eũ vt illũ tangeret. Et apprehenſa manu ceci: eduxit eũ extra vicũ. Et expuens in oculos eius: impoſitis manib⁹ ſuis: interrogauit eũ ſi aliq̃d videret. Et aſpiciẽs ait. Video hoĩes velut arbores ambulãtes. Deinde iterũ impoſuit man⁹ ſuꝑ oculos eius: ⁊ cepit videre. Et reſtitutus eſt: ita vt videret clare oĩa. Et miſit illum in domum ſuam/ dicens. Vade in domũ tuam: et ſi in vicũ introieris: nemini dixeris.

¶ Dñica. xvij. poſt tri. Introit⁹.

IVſtus es dñe: et rectũ iudiciũ tuũ: fac cum ſeruo tuo ſcđm miſericordiã tuã. Ps. Beati immaculati in via: qui ambulãt in lege dñi. Gloria. Collecta.

TVa nos dñe q̃s gratia ſemꝑ et preueniat et ſequatur: ac bonis operibus iugiter ꝓ̃ſtet eſſe intentos. Per. Ad epheſios. iiij.

FRatres. Obſecro vos ego vinctus ĩ dño: vt digne ambuletis vocatiõe qua vocati eſtis cũ omni humilitate: et mãſuetudine: cum patientia ſupportãtes inuicẽ in charitate. Solliciti ſeruare vnitatẽ ſpũs: in vinculo pacis. Vnum corpus et vnus ſpũs: ſicut vocati eſtis in vna ſpe vocatiõis veſtre. Vnus dñs/ vna fides/ vnũ baptiſma. Vnus de⁹ ⁊ pater oĩm qui eſt ſuꝑ oẽs et per oĩa: et in omnibus nobis q̃ eſt benedictus in ſecula ſeculoꝝ amẽ. Gr. Beata gẽs cuius eſt dñs deus eorũ: populus quem elegit dñs in hereditatem ſibi. ℣. Verbo dñi celi firmati ſunt: et ſpiritu oris ei⁹ oĩs virtus eorũ. Alla. ℣. Paratũ cor meũ deus paratũ cor meũ: cantabo et pſallã in gloria mea. Secundũ Lucã. xiiij.

IN illo tempore. Cum intraret ieſus in domo cuiuſdam principis phariſeorum ſabbato manducare panem: et ipſi obſeruabant eũ. Et ecce homo q̃dã hydropicus erat ante illũ. Et reſpõdens ieſus: dixit ad legiſperitos et phariſeos. Si licet ſabbato curare? At illi tacuerunt. Ipſe vero

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3

apprehēſum ſanauit eū/ac dimi-
ſit. Et reſpondens ad illos: dixit.
Cuius veſtrū aſinus aut bos ī pu
teū cadet: et nō cōtinuo extrahet
illum die ſabbati? Et nō poterāt
adhec reſpōdere illi. Dicebat aūt
et ad inuitatos parabolā: inten-
dēs quomodo primos accubit⁊
eligerent: dicēs ad illos. Cū inui-
tatus fueris ad nuptias: nō diſcū
bas in primo loco: ne forte hono
ratior te ſit inuitat⁊ ab eo. Et ve-
niens is qui te et illū vocauit: di-
cat tibi. Da huic locū. Et tūc inci-
pias cū rubore/nouiſſimū locum
tenere. Sed cū vocatus fueris: va-
de et recūbe in nouiſſimo loco: vt
cū venerit qui te inuitauit dicat
tibi. Amice: aſcēde ſuperius. Tūc
erit tibi gloria: corā ſimul diſcum
bentibus. Quia oīs qui ſe exaltat
humiliabitur: et qui ſe humiliat
exaltabitur. Offꝛ. Oraui deū meum
ego daniel dicens exaudi dñe preces ſer
ui tui: illumina faciē tuā ſup ſanctuariū
tuū: et ꝓpicius intēde pp̄lm iſtū ſup quē
inuocatū eſt nomē tuū deus. Secreta.

Munda nos dñe ſacrificij pre
ſentis effectu: et perfice mi-
ſeratus in nobis: vt eius merea-
mur eſſe participes. Per. Cōio.
Vouete et reddite dño deo veſtro omēs
qui in circuitu eius affertis munera: ter
ribili et ei q̄ aufert ſpm̄ ꝑncipū/terribili
apud omnes reges terre. Complēda.

Vrifica dñe q̄s mentes nr̄as
benignus: et renoua celeſti-
bus ſacramētis: vt cōſequēter et
corporū ꝑſens pariter et futurū/
capiamus auxilium. Per dñm.
¶ Fe. iiij. quattuor tpm. Introit⁊

Exultate deo adiutori
noſtro: iubilate deo
iacob ſumite pſalmū
iocundū cū cythara:
canite initio menſis
tuba: quia preceptū in iſrael eſt/et
iudiciū deo iacob. Ps. Teſtimoniū
in ioſeph poſuit illud: cū exiret de terra
egypti. Sine Dñs vobiſcum. Ore-
mus. Flectamus genua. Collecta

Miſericordie tue remedijs q̄s
ſum⁊ dñe fragilitas nr̄a ſub
ſiſtat: vt que ſua cōditiōe atterit̄
tua clementia reparet̄. Per dñm
noſtrum. Lectio amos ꝓphete. c. ix.

Ec dicit dñs. Ecce dies veni
ent: et cōprehendet arator
meſſorē: et calcator vue mittentē
ſemen. Et ſtillabūt mōtes dulce-
dinē: et oēs colles culti erunt. Et
cōuertā captiuitatē populi mei
iſrael: et edificabunt ciuitates de-
ſertas: et habitabūt in eis. Et plā
tabunt vineas: et bibēt vinū ear.
Et facient ortos: et comedēt fru-
ctus eoꝝ. Et plantabo eos ſup hu
mū ſuā: et nō euellā eos vltra de
terra ſua quā dedi eis. Dicit dñs
omnipotēs. Gr. Propitius eſto dñe
peccatis noſtris: nequādo dicāt gentes
vbi eſt deus eorū. ỽ. Adiuua nos de⁊ ſa
lutaris nr̄: et propter honorē nominis tui
dñe libera nos. Dñs vobiſcū. Sine
Flectamus genua. Collecta

Preſta q̄s dñe familie tue ſup
plicanti: vt dū a cibis corporali-
bus ſe abſtinet: a vicijs mēte ieiu-
net. Per dñm noſtrum. Lectio li-
bri heſdre prophete. Neemie. viij.

IN diebus illis. Cōgregatus
eſt oīs popul⁊ quaſi vir vn⁊

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3

ad plateā : q̄ eſt ad portā aquaꝝ:
et dixerunt heſdre ſcribe vt affer-
ret librū leg' moyſi : quem p̄cepit
dn̄s iſraeli. Attulit ergo heſdras
ſacerdos legē corā mltitudine vi-
rorū et mulierū: cunctiſqꝫ q̇ pote-
rant intelligere in die prima mē-
ſis ſeptimi:et legit in eo aperte in
platea que erat ante portā aqua
rū a mane vſqꝫ ad mediā diem:in
cōſpectu virorū et mulierū/et ſa-
piētiū. Et aures oīs populi erāt
erecte ad librū. Stetit autem heſ-
dras ſcriba ſup gradum ligneum
quē fecerat ad loquendū:et ſtete-
rūt iuxta eū. Et aperuit heſdras
librū corā omni populo. Et bene
dixit heſdras dn̄o deo magno:et
reſpōdit oīs populus. amē amē:
eleuās manus ſuas. Et incuruati
ſunt: et adorauerūt proni in ter-
rā. Porro leuite ſilentiū faciebāt
in populo:ad audiendā legē. Po
pulus autē ſtabat in gradu ſuo:⁊
legerūt in libro legis dei diſtincte
⁊ aperte ad intelligendū: et intel
lexerunt cū legeretur. Dixit autē
neemias ſacerdos et heſdras ſcri-
bis et leuitis. Dies ſanctificatus
eſt dn̄o deo noſtro: nolite lugere/
⁊ nolite flere. Et dixit eis. Ite ⁊ co
medite pinguia et bibite mulſū:
⁊ mittite partes eis: qui nō p̄pa-
rauerūt ſibi: quia ſanct⁹ dies dn̄i
eſt. Et nolite cōtriſtari:gaudium
etenī dn̄i eſt: fortitudo nr̄a. Gr.
Quis ſicut dn̄s deus noſter qui in altis
habitat:⁊ hūilia reſpicit ī celo ⁊ ī terra. ℣.
Suſcitās a terra inopē:⁊ de ſtercore eri-
gens pauperē. Secūdum Mar. ix.
In illo tp̄e. Reſpondēs vnus
de turba:dixit ad ieſū. Magiſter/
attuli filiū meū ad te:habētē ſpi-
ritū mutū: Qui vbicūqꝫ eū appre
henderit : allidit illū et ſpumat/⁊
ſtridet dētibus et areſcit. Et dixi
diſcipulis tuis vt eiicerēt illum:⁊
non potuerunt. Qui reſpondens
eis:dixit. O generatio incredula:
ꝙdiu apud vos ero:ꝙdiu vos pa
tiar? Afferte illū ad me. Et attule-
runt eū. Et cū vidiſſet eū: ſtatim
ſpūs cōturbauit illū:⁊ eliſus ī ter
ra volutabatur ſpumās. Et īter-
rogauit patrē eius. Quātū tēpo
ris eſt:ex quo hoc ei accidit? At ille
ait. Ab infantia. Et frequēter eū
⁊ in ignē et in aquas miſit: vt eū
perderet. Sed ſi quid potes:adiu
ua nos miſert⁹ noſtri. Jeſus autē
ait illi. Si potes credere:oīa poſſi
bilia ſunt credēti. Et cōtinuo ex-
clamās pater pueri cū lachrimis
aiebat. Credo dn̄e: adiuua incre-
dulitatē meā. Et cū videret ieſus
cōcurrentē turbā: cōminatus eſt
ſpiritui immūdo dicens illi. Sur-
de et mute ſpiritus: ego precipio
tibi exi ab eo:et ampli⁹ ne introe
as in eū. Et exclamās et multum
diſcerpens eū:exijt ab eo. Et fact⁹
eſt ſicut mortuus: ita vt multi di-
cerent:quia mortu⁹ eſt. Jeſus aūt
tenēs manū eius eleuauit eum:⁊
ſurrexit. Et cū introiſſet ī domū:
diſcipuli eius ſecreto interroga-
bant eū. Quare nos nō potuim⁹
eiicere eū? Et dixit illis. Hoc gen⁹
in nullo poteſt exire:niſi ī oratio-
ne et ieiunio. Offer. Meditabar ī mā
datis tuis que dilexi valde:⁊ leuabo ma
nus meas ad mandata tua que dilexi.

Hec hoſtia dn̄e q̄s (Secreta.
emūdet noſtra delicta:⁊ ad
ſacrificiū celebrādū ſubditorum
tibi corpora mētesq; ſanctificet.
Per. Cōio. Comedite pinguia ⁊ bibi-
te mulſum: et mittite partes eis q̄ nō p̄-
parauerūt ſibi: ſanctus enī dies dn̄i eſt
nolite contriſtari: gaudium etenim dn̄i
eſt fortitudo veſtra. Complenda.

Sumentes dn̄e dona celeſtia
ſuppliciter te dep̄camur: vt
que ſedula ſeruitute donāte te ge
rimus: dignis ſenſibus tuo mune
re capiamus. Per dn̄m noſtrum.

¶Feria.vi.quattuor temporum.

Letetur cor querētiū
dn̄m: querite dn̄m ⁊
cōfirmamini/ queri-
te faciē ei⁹ ſemp. Ps.
Cōfitemini dn̄o et inuo-
cate nomē eius: annūciate inter gentes
opera eius. Dn̄s vobiſcū. Oremus
Flectamus genua leuate. Colla.

Preſta q̄s oīpotens deus: vt
obſeruationes ſacras an-
nua deuotione recolentes: et cor-
pore tibi placeamus ⁊ mēte. Per
dn̄m no. lectio oſee pphete. xiiij.

Hec dicit dn̄s deus. Cōuerte-
re iſrael ad dn̄m deū tuum:
quoniā corruiſti in iniq̄tate tua.
Tollite vobiſcū verba et cōuerti-
mini ad dn̄m: ⁊ dicite ei. Oēm au
fer iniquitatē: et accipe bonum ⁊
reddemus vitulos labior̄ noſtro
rū. Aſſur non ſaluabit nos: ſuper
equū nō aſcēdemus: nec dicemus
vltra: dij nr̄i opera manuū nr̄a-
rum: quia eius qui in te eſt miſere
beris populi. Sanabo cōtritiōes
eor̄: diligā eos ſpōtanee: q2 auer-
ſus eſt furor me⁹ ab eis. Ero quaſi
ros: et iſrl' germinabit ſicut liliū.
Et erūpet radix ei⁹ vt libani ibūt
rami ei⁹. Et erit quaſi oliua glia
eius: ⁊ odor ei⁹ vt libani. Cōuertē
tur ſedētes in vmbra eius: viuent
tritico: et germinabūt q̄ſi vinea.
Memoriale eius: ſicut vinū lyba-
ni. Ego exaudiā et dirigā eū: ego
vt abietē virentē: ex me fruct⁹ tu⁹
inuētus eſt. Quis ſapiēs et intelli
git iſta: itelligēs et ſciet hec: Quia
recte vie dn̄i: et iuſti ambulabunt
in eis. Gr. Cōuertere dn̄e aliquātulū
et dep̄care ſup ſeruos tuos. V. Domine
refugium factus es nobis a generatiōe
et progenie. Secūdū Mattheū. xv.

In illo tpe. Dixit ieſus diſci-
pulis ſuis. Miſereor turbe:
quia triduo iā pſeuerant mecū: ⁊
nō habēt qd̄ mādu cēt. Et dimit-
tere eos ieiunos nolo: ne deficiāt
in via. Et dicūt ei diſcipuli. Vnde
ergo nobis in deſerto panes tan
tos: vt ſaturemus turbā tātam:
Et ait illis ieſus. Quot panes ha-
betis: At illi dixerunt. Septem: et
paucos piſciculos. Et p̄cepit tur-
be: vt diſcumberēt ſuper terram.
Et accipiēs ſeptē panes et piſces:
⁊ gratias agens fregit/ dedit diſci
pulis: et diſcipuli ſui dederūt po-
pulo. Et comederūt omnes: et ſa-
turati ſunt. Et qd̄ ſupfluit de fra-
gmentis: tulerunt ſeptē ſportas
plenas. Erant autem qui mādu-
cauerunt quattuor milia homi-
num: extra paruulos et mulieres
Et dimiſſa turba aſcēdit in naui-
culā: et diſcipuli eius cū eo. Offe.
Benedic aīa mea dn̄o: et noli obliuiſci

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3

omnes retributiones eius: et renouabi
tur ſicut aquile iuuētus tua. Secreta.
Accepta tibi ſint dñe q̄s nr̄i
dona ieiunij: que et expiā-
do nos tua gratia dignos effici-
ant: ⁊ ad ſempiterna pmiſſa pdu
cāt. Per. Cōīo. Aufer a me oppꝛobriū
et contēptū: q2 mādata tua exq̄ſiui dñe:
nā et teſtimonia tua meditatio mea eſt.
Queſumus oīps deꝰ. Cōplē.
vt de perceptis munerib9
gratias exhibentes: beneficia po
tioꝛa ſumamꝰ. Per dñm noſtrū.
¶ Sabbato quattuoꝛ tempoꝛū.
Venite adoꝛemꝰ deū/
⁊ pꝛocidamus ante
dñm / ploꝛemꝰ ante
eū q̄ fecit nos: quia
ipſe eſt dñs deus nr̄.
Ps. Venite exultemus dño: iubilemus
deo ſalutari noſtro. Gloꝛia patri ⁊ filio.
Dīne Dominus vobiſcum. Oꝛe-
mus. Flectamus genua. Collecta
Omnipotēs ſempiterne deꝰ:
qui per cōtinentiā ſalutarē
⁊ coꝛpoꝛibus mederis et mentibꝰ
maieſtatem tuam ſupplices exo-
ramus: vt pia ieiunantium dep̄-
catione placatus: et pꝛeſentia no
bis ſubſidia p̄beas et futura. Per
dominū. Lectio libꝛi leuitici. xxiij
In diebus illis. Locutꝰ eſt dñs
ad moyſen dicens. Decimo
die menſis huius ſeptimi dies ex-
piationū erit celeberrimus: et vo
cabitur ſanctus. Affligetiſq; aīas
veſtras in eo: et offeretis holocau
ſtū dño. Omne opus ſeruile non
facietis ī tēpoꝛe diei huius: quia
dies pꝛopiciationis eſt: vt pꝛopi-
cietur vobis dñs deꝰ veſter. Oīs

aīa que afflicta nō fuerit die hac:
peribit de populis ſuis. Et q̄ ope-
ris quippiā fecerit: delebo eā de
populo ſuo. Nihil ergo operis fa
cietis in eo. Legittimū ſempiter-
nū erit vobis ī cūctis generatio-
nibus: ⁊ habitaculis veſtris. Sab
batū requietionis eſt: affligetiſq;
anīas veſtras. Die nono menſis
ſeptimi a veſpera vſq; ad veſper:
celebꝛabitis ſabbata veſtra. Di-
cit dñs omnipotēs. Gr. Pꝛopicius
eſto dñe peccatis noſtris: nequādo dicāt
gentes vbi eſt deus eoꝛū. V. Adiuua nos
deus ſalutaris noſter: et pꝛopter hono-
rem nominis tui dñe libera nos. Oꝛe-
mus. Flectamus genua. Collecta
Da nobis queſumꝰ omnipo-
tens deus: vt ieiunādo tua
gratia ſatiemur: et abſtinēdo cū-
ctis efficiamur hoſtibꝰ foꝛtioꝛes.
Per do. Lectio libꝛi leuitici. xxiij.
In diebus illis. Locutꝰ eſt dñs
ad moyſen dicēs. Quintode
cimo die mēſis huius ſeptimi: q̄n
congregaueritis oēs fructus ter-
re veſtre: celebꝛabitis ferias dñi ſe
ptē diebus. Die pꝛimo ⁊ die octa
uo erit ſabbatū: id eſt requies. Su
metis vobis die pꝛimo fructꝰ ar-
boꝝ pulcherrime: ſpatulaſq; pal-
marū: et ramos ligni dēſarū frō-
diū: et ſalices de toꝛrente: et leta-
bimini coꝛā dño deo veſtro: cele-
bꝛabitiſq; ſolennitatē eius ſeptē
diebus per annū. Legitimū ſem-
piternū erit in generationibꝰ ve-
ſtris. Mēſe ſeptimo feſta celebꝛa-
bitis: et habitabitis in vmbꝛacu-
lis ſeptem diebus. Omnis qui de
genere eſt iſrael manebit ī taber-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3

naculis: vt diſcant poſteri veſtri/
q̄ in tabernaculis habitare fece-
rim filios iſrael: cum educerē eos
de terra egypti. Ego dn̄s: de⁹ vr̄.
Gr. Protectoꝛ noſter aſpice de⁹: et reſpi-
ce ſuper ſeruos tuos. V. Dn̄e deus virtu-
tū exaudi preces ſeruoꝛū tuoꝛum. Ore-
mus. Flectam⁹ genua. Le. Colla.

Tuere q̄s dn̄e familiā tuā: vt
ſalutis eterne remedia q̄ te
aſpirāte req̄rim⁹ te largiēte cōſe-
quamur. P. Lec. michee pphe. vij.

Domīe de⁹ nr̄ paſce populū
tuū in virga tua gregē he-
reditatis tue: habitātes ſolos in
ſaltu: iuxta dies antiquos. Vide-
bunt gētes: et cōfundētur ſup oī
foꝛtitudine ſua: quoniā q̄s deus
ſimilis tui: Qui aufers iniquita-
tē: et tranſfers peccatū reliquiaꝝ
hereditatis tue. Nō immittet vl-
tra furoꝛē ſuū: quoniā volens eſt
miſericoꝛdiā. Reuertetur: et miſe-
rebitur noſtri. Deponet iniq̄ta-
tes noſtras: ⁊ proijciet in pꝛofun-
dū maris oīa peccata noſtra. Da-
bis veritatē iacob: miſericoꝛdiā
abꝛahā: que iuraſti patribus no-
ſtris a diebus antiquis: dn̄e deus
noſter. Gr. Ad dn̄m dū tribularer cla-
maui: et exaudiuit me. V. Domine libe-
ra aīam meā a labijs iniq̄s: et a lingua
doloſa. Orem⁹. Flectam⁹ ge. Colla.

Preſta queſumus domīe ſic
nos ab epulis carnalib⁹ ab-
ſtinere: vt a vicijs irruētibus pa-
riter ieiunemus. Per dn̄m nr̄m.
Lectio zacharie pꝛophete. viij.

In diebus illis. Factū eſt ver-
bum domini ad me dicens.
Hec dicit domin⁹ deus exercituū.
Sicut cogitaui vt affligerem vos
cum ad iracūdiam me pꝛouocaſ-
ſent patres veſtri: et non ſum mi-
ſertus: ſic conuerſus cogitaui in
diebus iſtis vt benefaciam hieru-
ſalem ⁊ domui iuda. Nolite time-
re. Hec ſunt ergo verba que facie-
tis. Loquimini veritatē vnuſq̄ſq̄
cū pꝛoximo ſuo. Veritatē et iudi-
cium pacis iudicate in poꝛtis ve-
ſtris: et vnuſquiſq̄ malum cōtra
amicum ſuum ne cogitetis in coꝛ-
dibus veſtris: et iuramentū men-
dax ne diligatis. Omnia enī hec
ſūt que odi: dicit dominus. Et fa-
ctum eſt verbum dn̄i exercituum
ad me dicens. Hec dicit dn̄s exerci-
tuum. Ieiunium quarti et ieiu-
nium quinti: ⁊ ieiunū ſeptimi/ ⁊
ieiuniū decimi: erit domui iude
in gaudium et leticiam: et in ſolē-
nitates pꝛeclaras. Veritatē tm̄
⁊ pacem diligite. Dicit dn̄s oīpo-
tens. Gr. Dirigatur oꝛatio mea ſicut
incenſum in conſpectu tuo dn̄e. V. Ele-
uatio manuū meaꝝ: ſacrificiū veſperti-
nū. Oremus. Flectamus ge. Coll.

Ut nos domine tribuis ſolē-
ne tibi deferre ieiunium: ſic
nobis queſumus indulgētie tue
pꝛeſta ſubſidiū. Per dominū no-
ſtrum. Lectio danielis pphete. iij.

In diebus illis. Angelus dn̄i
deſcēdit cum azaria et ſocijs
eius in foꝛnacem: et excuſſit flam-
mam ignis de foꝛnace: et fecit me-
diū foꝛnacis quaſi ventum roꝛis
flantē. Flāma aūt diffuſa eſt ſup
foꝛnacē cubitis quadꝛaginta no-
uē: et incēdit quos reperit iuxta
foꝛnacē de caldeis miniſtros reg.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3

qui eam incēdebāt. Illos autem nō tetigit ignis/neq; cōtriſtauit: nec quicq̄ moleſtie intulit. Tunc hij tres q̄ſi ex uno ore laudabant ⁊ glorificabant/et benedicebant deum in fornace/dicētes. ¶ Hymnus trium puerorum.

Benedictus es dn̄e deus patrum noſtrorū. Et laudabilis/et glorioſus/et ſuperaltatus in ſecula. Et benedictum nomē glorie tue quod eſt ſanctū. Et laudabile/et glorioſum in ſecula. Benedictus es in templo ſancto glorie tue. Et laudilis/et glorioſus/et ſuperexaltatus in ſecula. Benedictus es ſup thronū ſanctū regni tui. Et laudabilis/ et glorioſus/et ſupaltatus in ſecula. Benedict⁹ es ſuper ſedē ſanctā deitatis tue. Et laudabilis/et glorioſus/ et ſup exaltatus in ſecula. Benedictus es ſuper ſceptrū diuinitatis tue. Et laudabilis/et glorioſus/ et ſup exaltatus in ſecula. Benedict⁹ es q̄ ſedes ſup cherubin intuēs abyſſos. Et laudabilis/et glīoſus/et ſuperexaltatus in ſecula. Benedictus es q̄ ambulas ſup pēnas uētorū. Et laudabilis/et glīoſus/et ſuperexaltatus in ſecula. Benedicant te oēs angeli ⁊ ſancti tui. Et laudent te et glorificent in ſecula. Benedicāt te celi ⁊ terra: mare ⁊ oīa que in eis ſunt. Et laudēt te ⁊ glorificent in ſecula. Gloria pr̄i et filio et ſpiritui ſancto. Et laus ⁊ honor/poteſtas et imperiū. Sicut erat in pncipio/et nūc/⁊ ſemp ⁊ in ſecula ſeculor. Amē. Et laus ⁊ honor/poteſtas ⁊ imperiū. Benedictus es dn̄e de⁹ patrū noſtrorū. Et laudabilis/et glorioſus/et ſuperexaltat⁹ in ſecula. Hic dr̄ Dn̄s vobiſcū. Sine Flectamus ge. Col.

Deus q̄ trib⁹ pueris mitigaſti flāmas igniū: concede ꝓpicius: ut nos famulos tuos non exurat flamma viciorū. Per dominum noſtrum Ad hebreos .ix.

Fratres. Tabernaculum factum eſt primū in quo erāt candelabra: et menſa et propoſitio panū: q̄ dicitur ſancta. Poſt uelamentū aūt ſcd̄m tabernaculum quod dicitur ſancta ſanctor aureū habens thuribulū: et arcā teſtamenti circuntectam auro ex omi parte: in qua urna aurea habens manna: et virga aaron que fronduerat: et tabule teſtamenti/ ſuperq; eam erant cherubin glīe obūbrātia ꝓpiciatoriū: de q̄bus nō eſt modo dicendum p ſingula. His vero ita cōpoſitis: in priori quidē tabernaculo ſemp introibant ſacerdotes ſacrificiorū officia cōſummātes. In ſecūdo vero ſemel in anno ſolus pontifex: nō ſine ſanguine quē offerret ꝓ ſua ⁊ populi ignorantia. Hoc ſignificante ſpiritu ſancto nondū ꝓpalatā eſſe ſanctorū viā: adhuc priore tabernaculo habēte ſtatū: que parabola eſt temporis inſtantis Iuxta quā munera et hoſtie offeruntur: que nō poſſunt iuxta cōſcientiam perfectū facere ſeruientem ſolūmodo in cibis et in potibus: et in varijs baptiſmatibus: ⁊ iuſticijs carnis: uſq; ad tempus correctionis impoſitis. Chriſtus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3

autem aſſiſtens pontifex futuro-
rum bonoꝝ peramplius et perfe-
ctius tabernaculum nō manufa-
ctum: id eſt non huius creationis
neqꝫ per ſanguinem hircorū aut
vitulorū: ſed per propriū ſangui-
nē introiuit ſemel in ſancta: eter-
na redemptione inuēta. Tract⁹.

L Audate dn̄m omnes gētes: et col
laudate eum omnes populi. ṽ.
Quoniam confirmata eſt ſuper nos mi
ſericordia eius: et veritas domini ma-
net in eternum. Secūdū lucam. xiij

I N illo tēpore. Dicebat ieſus
turbis ſimilitudinem hanc.
Arborem fici habebat quidā plā
tatam in vinea ſua: et venit que-
rens fructū in illa: et nō inuenit.
Dixit autem ad cultorem vinee.
Ecce anni tres ſunt: ex quo venio
querens fructum in ficulnea hac:
⁊ non inuenio. Succide ergo illā.
Vt quid etiā terram occupat: At
ille reſpōdens dixit illi. Domine:
dimitte illam ⁊ hoc anno: vſqꝫ dū
fodiam circa illam: et mittā ſter-
cora. Et ſiquidem fecerit fructum
ſin autem in futuro ſuccides eam
Erat autem docens in ſynagoga
eoꝝ ſabbatis. Et ecce mulier que
habebat ſpiritū infirmitatis an-
nis decem et octo: et erat inclina-
ta: nec omnino poterat ſurſum
reſpicere. Quam cum vidiſſet ie-
ſus: vocauit eam ad ſe/et ait illi.
Mulier/dimiſſa es ab infirmita-
te tua. Et impoſuit illi manus: et
cōfeſtim erecta eſt: et glorificabat
deum. Reſpondens autē archiſy-
nagogus/indignās quia ſabba-
to curaſſet ieſus: dicebat turbe.
Sex dies ſūt in q̄bus oportet ope
rari. In his ergo venite et curami
ni: et nō in die ſabbati. Reſpōdit
aūt ad illū dn̄s: et dixit. Hypocri-
te: vnuſq̄ſqꝫ veſtrū ſabbato nō ſol
uit bouē ſuū aut aſinū a p̄ſepio ⁊
ducit ad aq̄re. Hāc aūt filiā abra-
he quā alligauit ſathanas ecce de
cē et octo annis: nō oportuit ſol-
ui a vīculo iſto die ſabbati: Et cū
hec diceret erubeſcebāt oēs aduer
ſarij eius. Et oīs populus gaude-
bat in vniuerſis que glo̕ioſe fiebāt
ab eo. Offer. Dn̄e de⁹ ſalut̕ mee i die
clamaui et nocte coram te; intret oratio
mea in cōſpectu tuo domine. Secreta.

C Oncede q̄s oīpotens deus:
vt oculis tue maieſtat̕ mu-
nus oblatum: et gratiā nobis de-
uotionis obtineat: et effectū bea-
te pennitatis acq̄rat. Per. Cōio.
Menſe ſeptimo feſta celebrabitis: cū in
tabernaculis habitare feceri filios iſra-
el cū educerem eos de terra egypti: ego
dominus deus veſter. Complenda.

P Erficiāt in nobis domine
queſumus tua ſacramēta
q̄d continēt: vt que nūc ſpecie ge-
rim⁹ rerū veritate capiam⁹. Per.
Dn̄ica.xviij.poſt trinit. Introi.

D A pacē dn̄e ſuſtinen
tibus te: vt prophe-
te tui fideles inueni-
ant⁹: exaudi p̄ces ſer
ui tui et pleb̄ tue iſra-
el. Ps. Letat⁹ ſum in his que dicta ſunt mi-
chi: in domū dn̄i ibimus. Gloria. Coll.

D A queſumus dn̄e pp̄lo tuo
diabolica vitare cōtagia: ⁊
te ſolū dn̄m pura mente ſectari.
Per dn̄m. Ad corinthios. p̄me. i.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3

FRatres. Grãs ago deo meo ſemper pro vobis ĩ gratia dei que data eſt vobis in chriſto ieſu: quia in omnibus diuites facti eſtis in illo in omni verbo: ⁊ in omni ſciẽtia/ ſicut teſtimonium chriſti cõfirmatũ eſt in vobis: ita vt nichil vobis deſit ĩ vlla gratia expectãtibus reuelationẽ dñi noſtri ieſu chriſti. Qui et cõfirmabit vos vſqꝫ in finem ſine crimine: in die aduentus dñi nr̃i: ieſu chriſti. Gr. Letatus ſum in his que dicta ſunt michi: in domũ domini ibimus. v. Fiat pax in virtute tua: et abũdantia in turribus tuis. Alla. v. In exitu iſrael de egypto: dom⁹ iacob de populo barbaro. v. Facta eſt iudea ſctificatio eius iſrl' poteſtas eius. Scdm Mattheum. xxij

IN illo tempore. Acceſſerunt ad ieſum pharïſei: et interrogauit eum vnus ex eis legiſdoctor temptãs eũ. Magiſter: quod eſt mãdatũ magnũ in lege: Ait illi ieſus. Diliges dñm deum tuũ ex toto corde tuo: et ex tota anima tua: et in tota mẽte tua. Hoc eſt maximũ et primũ mandatũ. Secundũ autẽ ſimile eſt huic. Diliges proximũ tuũ ſicut teipſum In his duobus mãdatis vniuerſa lex pendet et prophete. Cõgregatis autẽ phariſeis: interrogauit eos ieſus dicens. Quid vobis videtur de chriſto: cuius filius eſt: Dicunt ei. Dauid. Ait illis. Quomodo ergo dauid ĩ ſpiritu vocat eum dñm dicens. Dixit dñs dño meo: ſede a dextris meis. Donec ponã inimicos tuos: ſcabellũ pedum tuorũ: Si ergo dauid vocat eũ dñm quomodo filius eius eſt: Et nemo poterat reſpondere ei verbũ: neqꝫ auſus fuit quiſq̃ ex illa die: eum amplius interrogare. Offr. Sãctificauit moyſes altare dño offerẽs ſuper illud holocauſta: et immolans victimas fecit ſacrificium veſpertinum in odorem ſuauitatis dño deo in conſpectu filiorum iſrael. Secreta.

MAieſtatem tuam dñe ſuppliciter depc̃amur: vt hec ſancta que gerimus: ⁊ a p̃teritis nos delictis exuãt et futuris. Per do. Cõio. Tollite hoſtias ⁊ introite ĩ atria eius: adorate dñm in aula ſancta eius. Cõplẽda.

SAnctificationib⁹ tuis omp̃s deus: et vicia noſtra curẽtur: et remedia nob ſ eterna puenĩãt. Per Ad colloſſen. iij

FRatres. Mortificate membra veſtra que ſunt ſup terram. Fornicationẽ/ immunditiã libidinem/ concupiſcentiã malã/ ⁊ auariciam: que eſt ſimulachrorꝫ ſeruitus. Propter que venit ira dei ſuper filios incredulitatis: in quibus ambulaſtis aliquãdo: cũ viueretis in illis. Nunc autem deponite et vos omnia/ iram/ indignationem/ maliciã/ blaſphemiã turpem ſermonem de ore veſtro. Nolite mentiri inuicem: expoliãtes vos veterem hominẽ cũ actibus ſuis: et induentes nouũ: eũ q̃ renouatur ĩ agnitionẽ dei ſcdm imaginem eius: qui creauit eum. Vbi nõ eſt gẽtilis et iudeus: circũciſio et p̃puciũ/ barbarus et ſcita: ſeruus et liber/ ſed oĩa et in oĩbus chriſt⁹. Scdm Mattheũ. xxij.

IN illo tempore. Dixit ieſus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3

diſcipulis ſuis parabolam hanc.
Simile factum eſt regnū celorum
homini qui ſeminauit bonum ſe
men in agro ſuo. Cū autē dormi-
rent homines/venit inimicus eiꝰ
et ſuperſeminauit zizania in me-
dio tritici: et abijt. Cū aūt creuiſ-
ſet herba et feciſſet fructum: tunc
apparuerunt et zizania. Acceden
tes aūt ſerui patriſfamilias: dixe
runt ei. Dñe: nonne bonū ſemen
ſeminaſti ī agro tuo? Unde ergo
habet zizania? Et ait illis. Inimi-
cus homo hoc fecit. Serui autem
dixerunt ei. Uis imus: et colligi-
mus ea? Et ait. Non. Ne forte col-
ligentes zizania: eradicetis ſimul
⁊ triticum. Sinite vtraqꝫ creſcere
vſqꝫ ad meſſem: ⁊ in tempore meſ
ſis dicā meſſoribus. Colligite pri
mum zizania: et alligate ea ī faſci-
culos ad cōburendum. Triticum
aūt congregate: in horreū meum

Feria.vi. Scdm Mattheū. xiij.

In illo tempore. Dixit ieſus
diſcipulis ſuis parabolā hāc
Simile eſt regnum celorum gra-
no ſynapis quod accipiēs homo
ſeminauit in agro ſuo: quod mi-
nimū quidem eſt oībus ſeminibꝰ
Cum autem creuerit: maius eſt
omībus oleribus: et fit arbor: ita
vt volucres celi veniant: et habi-
tent in ramis eius. Aliā parabo-
lam locutus eſt eis. Simile eſt re-
gnū celorum fermēto quod acce-
ptum mulier abſcondit in farine
ſatis tribus: donec fermentatum
eſt totū. Hec omnia locutus eſt ie
ſus ī parabolis ad turbas: et ſine
parabolis nō loquebatur eis: vt
impleretur quod dictū erat p pro-
phetam dicentē. Aperiam in pa-
rabolis os meum/ eructuabo ab-
ſcondita: a conſtitutione mundi

Dñica.xix.poſt trini. Introitꝰ.

Salus populi ego ſū
dicit dñs/ de quacūqꝫ
tribulatione clama-
uerint ad me exaudi
am eos: et ero illorū
dñs imperpetuum. Ps. Attēdite po
pule meꝰ legē meā: inclinate aurē veſtrā
in verba oris mei. Gloria patri. Colla.

Dirigat corda noſtra q̄s dñe
tue miſerationis operatio:
quia tibi ſine te placere non poſ
ſumus. Per do. Ad epheſios. iiij.

Fratres. Renouamini ſpiri-
tu mentis veſtre: et induite
nouū hominē qui ſcdm deū crea
tus eſt: in iuſticia et ſanctitate ve
ritatis. Propter quod deponen-
tes mendaciū: loquimini verita-
tem vnuſquiſqꝫ cū proximo ſuo:
quoniā ſumus inuicem mēbra.
Iraſcimini: et nolite peccare. Sol
non occidat: ſuper iracundiā ve-
ſtram. Nolite locum dare diabo-
lo. Qui furabatur: iā non furetur
Magis aūt laboret operādo ma
nibus ſuis quod bonū eſt: vt ha-
beat vnde tribuat: neceſſitatē pa
cienti. Gr. Dirigatur oratio mea ſicut
incenſum in cōſpectu tuo dñe. V. Eleua
tio manuū mearū ſacrificiū veſpertinū
Alla. V. Dilexi quoniā exaudiuit do-
minus vocē meā. Scdm Matthe. ix.

In illo tempore. Aſcēdens ie-
ſus in nauiculam tranſfreta
uit: et venit in ciuitatē ſuam. Et
ecce offerebant illi paraliticū ia-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag
226 A 3

centem in lecto. Videns autem ie
ſus fidem illorum/ dixit paraliti-
co. Confide fili: remittuntur tibi
peccata tua. Et ecce quidā de ſcri-
bis dixerūt intra ſe. Hic blaſphe-
mat. Et cum vidiſſet ieſus cogita
tiones eorum/ dixit. Vt quid cogi
tatis mala ī cordibus vr̄is? Quid
eſt facilius dicere/ dimittūtur tibi
peccata tua: an dicere/ ſurge ⁊ am
bula? Vt autem ſciatis quoniā fi-
lius hominis habet poteſtatē in
terra dimittendi peccata: tūc ait
paralitico. Surge: tolle lectū tuū
et vade in domum tuam. Et ſur-
rexit: ⁊ abijt in domum ſuam. Vi
dentes autem turbe: timuerunt.
Et glorificauerunt deum: qui de-
dit poteſtatem talem hominib⁹.
Offer. Si ambulauero in medio tribu-
lationis viuificabis me dn̄e: ⁊ ſup iram
inimicorū meorū extendes manū tuam
⁊ ſaluū me fecit dextera tua. Secreta.
Deus qui nos ꝑ huius ſacrifi
cij venerāda cōmertia vni-
us ſummeq́ diuinitatis partici-
pes efficis: preſta q̄s: vt ſicut tuā
cognoſcimus veritatem: ſic eam
dignis mētibus et moribus aſſe-
quamur. Per dn̄m noſtrū ieſum.
Com. Tu mandaſti mādata tua cuſto-
diri nimis: vtinā dirigāt² vie mee ad cu-
ſtodiēdas iuſtificatiōes tuas. Cōplen.
Gratias tibi referimus do-
mine ſacro munere vegeta-
ti: tuam miſericordiam deprecā-
tes: vt dignos nos ei⁹ participa-
tione pficias. Per dn̄m no. ¶ Epi-
ſtola. Ad theſſalonicenſes. ij.ij.
Fratres. State et tenete tra
ditiōes quas didiciſti: ſiue
ꝑ ſermonē/ ſiue per epiſtolā no-
ſtram. Ipſe autem domin⁹ noſter
ieſus chriſtus et pater noſter q̄ di-
lexit nos: ⁊ dedit nobis cōſolatio
nē eternā ⁊ ſpem bonā in gratia
exhortet² corda veſtra ⁊ cōfirmet
in oī opere et ſermone bono. De
cetero fratres orate pro nobis vt
ſermo dei currat et clarificetur ſi-
cut et apud vos: vt liberemur ab
importunis et malis hominib⁹.
Non enim oīm eſt fides. Fidelis
autem deus eſt: qui confirmabit
vos et cuſtodiet a malo. Confidi-
mus aūt fratres de vobis in dn̄o:
quoniā quecūq́ ꝑcepimus et faci
tis/ et facietis. Dn̄s autē dirigat
corda veſtra: in charitate dei: ⁊ pa
tientia xp̄i. Sc̄d̄m Mattheū. xiij.
In illo tempore. Acceſſerunt
ad ieſum diſcipuli eius dicē-
tes. Ediſſere nobis parabolam zi
zaniorum agri. Qui reſpondens
ait. Qui ſeminat bonum ſemē/ eſt
filius hominis. Ager autē/ eſt mū
dus. Bonum vero ſemen/ hij ſunt
filij regni: zizania autem filij ſūt
neq̄. Inimicus autem qui ſemi-
nauit ea: eſt diabol⁹. Meſſis vero
cōſummatio ſeculi eſt. Meſſores
autem/ angeli ſūt. Sicut ergo col
liguntur zizania/ et igni conburū
tur: ſic erit in conſummatione ſe-
culi. Mittet filius hominis ange
los ſuos: et colligēt de regno om-
nia ſcandala: et eos qui faciunt
iniquitatem: et mittent eos in ca
minū ignis. Ibi erit fletus et ſtri-
dor gētium. Tunc iuſti fulgebūt
ſicut ſol in regno patris eorum.
Qui habet aures audiēdi audiat

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3

Dominica.xx.poſt trinitatem.

¶ Feria.vi. Secundū Marcū.

IN illo tempore. Interrogat⁹ ieſus a diſcipulis de conſummatione ſeculi dixit eis. Cum videritis abhominationē deſolationis ſtantem vbi nō debet: qui legit intelligat. Tūc qui in iudea ſunt fugiāt in montes: et qui ſup tectum ne deſcendāt in domum: nec introeat vt tollat quid de domo ſua. Et qui in agro erit: nō reuertatur retro tollere veſtimētū ſuum. Ve autem pregnantibus ꝛ nutriētibus in illis diebus. Orate vero vt hyeme nō fiant. Erunt enim dies illi tribulatiōis tales: quales nō fuerunt ab initio creature: quā condidit deus vſq̧ nūc/ neq̧ fient. Et niſi breuiaſſet dn̄s dies: nō fuiſſet ſalua omnis caro. Sed propter electos quos elegit: breuiauit dies. Et tūc ſi q̇s vobis dixerit: ecce hic eſt chriſtus/ecce illic: ne credideritis. Exurgēt enim pſeudo chriſti: ꝛ pſeudo ꝓphete/ꝛ dabūt ſigna et portēta ad ſeducē dos/ ſi fieri pōt etiā electos. Vos ergo videte: ecce p̄dixi vobis oīa.

¶ Dn̄ica.xx.poſt trint. Introit⁹.

OMnia que feciſti nobis dn̄e/ in vero iudicio feciſti: quia peccauimus tibi: et mādatis tuis nō obediuimus: ſed da gloriam nomini tuo/ et fac nobiſcum ſcḋm multitudinē miſericordie tue. Ps. Magn⁹ dominus et laudabilis nimis: ī ciuitate dei noſtri in mōte ſancto eius. Gl̄ia. Coll.

OMnipotēs et miſericors de⁹: vniuerſa nobis aduerſantia propiciatus exclude: vt mente et corpore pariter expediti: que tua ſūt liberis mētibus exequamur. Per dn̄m nr̄m ieſum. Ad epheſios.v.

FRatres. Videte quomodo caute ambuletis: nō quaſi inſipientes/ſed vt ſapiētes. Redimētes tempus: quoniā dies mali ſunt. Propterea nolite fieri imprudentes: ſed intelligentes que ſit volūtas dei. Et nolite inebriari vino in quo eſt luxuria: ſed implemini ſpiritu ſancto: loquentes vobiſmetipſis in pſalmis: et in hymnis et canticis ſpiritalib⁹: cantantes et pſallentes in cordibus veſtris dn̄o. Gratias agētes ſemp pro om̄ibus in noīe dn̄i noſtri ieſu chriſti: deo et patri. Subiecti inuicē: in timore chriſti. Gr.

Oculi oīm in te ſperant dn̄e: et tu das illis eſcam in tempore oportuno. V̇. Aperis tu manū tuam: et imples oē animal benedictione. Alleluya. V̇. Laudate dominū omnes gentes: ꝛ collaudate eū om̄es populi. Scḋm Mattheū.xxii.

IN illo tempore. Loquebatur ieſus cū diſcipulis ſuis in parabolis dicens. Simile factum eſt regnū celorū homini regi: q̇ fecit nuptias filio ſuo. Et miſit ſeruos ſuos vocare inuitatos ad nuptias: et nolebāt venire. Iterum miſit alios ſeruos/dicens. Dicite inuitatis. Ecce prādium meum paraui: tauri mei/ꝛ altilia occiſa ſūt ꝛ omnia parata: venite ad nuptias. Illi autē neglexerunt. Et abierunt: alius in villam ſuam: alius vero ad negociationem ſuā. Reli qui vero tenuerunt ſeruos eius:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3

⁊ cōtumelijs affectos/ occiderūt. Rex autem cum audiſſet iratus eſt: et miſſis exercitibus ſuis/ perdidit homicidas illos: et ciuitatem illorum ſuccendit. Tunc ait ſeruis ſuis. Nuptie quidem parate ſunt: ſed qui inuitati erant/ nō fuerunt digni. Ite ergo ad exitus uiarum: et quoſcunq; inueneritis/ uocate ad nuptias. Et egreſſi ſerui eius in uias: congregauerunt omnes quos inuenerūt bonos et malos: et implete ſunt nuptie diſcūbentium. Intrauit autem rex ut uideret diſcumbentes: ⁊ uidit ibi hominem non ueſtitū ueſte nuptiali: et ait illi. Amice: quomodo huc intraſti/ nō habēs ueſtem nuptialem: At ille obmutuit. Tunc dixit rex miniſtris. Ligatis manibus eius et pedibus: mittite eum in tenebras exteriores: ibi erit fletus/ et ſtridor dentium. Multi enī ſunt uocati: pauci uero electi. Offꝛ. Super flumina babylonis illic ſedimus et fleuimus dū recordaremur tui ſyon. Secreta.

Hec munera queſumus domine que oculis tue maieſtatis offerimus: ſalutaria nobis eſſe concede. Per dñm noſtrum. Cōio. Memento uerbi tui ſeruo tuo domine ī quo michi ſpem dediſti: hec me cōſolata eſt in humilitate mea. Cōplēda

Tua nos queſumus domine medicinalis operatio: et a noſtris aduerſitatibus clemēter expediat: et tuis faciat ſemper inherere mandatis. Per. Fer. iiij. Ad theſſalonicenſes. ij. ulti.

Fratres. Denunciamus uobis in nomine domini noſtri ieſu chriſti: ut ſubtrahatis uos ab omni fratre ambulante inordinate: ⁊ nō ſcdm traditionem quam acceperūt a nobis. Ipſi enim ſcitis: queadmodum oporteat imitari nos. Quoniā non inquieti fuimus inter uos: neq; gratis panē mādūcauimus ab aliquo: ſed in labore et fatigatione/ nocte ⁊ die operantes/ ne quem ueſtrum grauaremus. Non quaſi non habuerimus poteſtatem: ſed ut noſmet ipſos formā daremus uobis ad imitandum nos. Nam et cum eſſemus apud uos: hoc denūciabamus uobis: quoniam ſi quis nō uult operari/ nec manducet. Audiuimus enim inter uos quoſdā ambulantes in quiete: nichil operantes/ ſed curioſe agentes. His autem qui huiuſmodi ſūt: denūciamus et obſecramus ī domino ieſu chriſto: ut cum ſilentio operātes ſuum panem manducēt. Uos autem fratres: nolite deficere/ benefacientes. In chriſto ieſu: dño noſtro. Secundum Lucam. xiiij.

In illo tēpore. Dicebat ieſus cuidā principi phariſeorum Cum facis prandiū aut cenā: noli uocare amicos tuos: neq; fratres tuos/ neq; cognatos/ neq; uicinos/ neq; diuites: ne forte et ipſi te reinuitent: et fiat tibi retributio. Sed cum facis conuiuiū: uoca pauperes/ et debiles/ cecos/ et claudos/ et beatus eris: quia non habent retribuere tibi. Retribuetur enī tibi: in reſurrectiōe iuſtorū. Hec cū audiſſet q̄dā de ſimul

diſcumbentibus: dixit illi. Beat⁹
q̇ manducabit panē: i regno dei.
Feria.vi. Secūdum Lucam. vi.
IN illo tempore. Dixit ieſus
diſcipulis ſuis. Beati eritis
cum vos oderint homines: et cū
ſeparauerint vos: et exprobraue-
rint et eiecerint nomen veſtrum
tanq̄ malū propter filiū homīs.
Gaudete in illa die et exultate: ec-
ce enim merces veſtra mlta eſt in
celo. Scdm̄ hec enim faciebāt pro
phetis patres eorum. Verūtamē
ve vobis diuitibus: qui habetis
conſolationē veſtram. Ve vobis
qui ſaturati eſtis: quia eſurietis.
Ve vobis qui ridetis nunc: quia
lugebitis et flebitis. Ve cum bene
dixerint vobis omnes homines:
ſecundū hec faciebant pſeudo p-
phetis patres eorum. Sed vobis
dico qui auditis. Diligite inimi-
cos veſtros: benefacite his q̇ ode-
runt vos. Benedicite maledicēti-
bus vobis: et orate pro calūniātī
bus vos. Et qui te percutit in ma
xillam: prebe illi ⁊ alteram. Et ab
eo q̇ auffert tibi veſtimentū: etiā
tunicā noli prohibere. Omī aūt
petēti te tribue: et qui aufert que
tua ſūt/ne repetas. Et prout vul-
tis vt faciant vobis homines: et
vos facite illis ſimiliter. Et ſi dili-
gitis eos/qui vos diligūt: que vo
bis eſt gratia? Nam et peccatores
diligentes ſe/diligunt. Et ſi bene-
feceritis his q̇ vobis benefaciunt
que vob⁊ eſt gratia? Siquidem et
peccatores hoc faciunt. Et ſi mu-
tuum dederitis his a quibus ſpe-
ratis recipere; q̄ gratia eſt vobis?
Nam et peccatores peccatoribus
fenerantur: vt recipiant equalia
Veruntamē diligite inimicos ve
ſtros: benefacite/ et mutuum da-
te/nihil iude ſperātes. Et erit mer
ces veſtra: multa ī celis. Domi-
nica.xxi. poſt trinita. Introitus.
IN voluntate tua dn̄e
vniuerſa ſunt poſita
⁊ nō eſt qui poſſit re-
ſiſtere voluntati tue:
tu enī feciſti oīa/ celū
⁊ terram et vniuerſa que celi am-
bitu continētur: dn̄s vniuerſorū
tu es. Ps. Beati immaculati in via; qui
ambulāt in lege dn̄i. Gloria pr̄i. Coll.
LArgire queſumus domine
fidelibus tuis indulgentiā
placatus et pacem: vt pariter ab
omnibus mundentur offenſis: ⁊
ſecura tibi mente deſeruiāt. Per
dn̄m noſtrum ie. Ad epheſios. vi.
FRatres. Cōfortamini in do
mino: et ī potētia virtutis
eius. Induite vos armaturā dei
vt poſſitis ſtare aduerſus inſidi-
as diaboli. Quoniam nō eſt no-
bis colluctatio aduerſus carnē ⁊
ſanguinem: ſed aduerſus princi-
patus et poteſtates: et aduerſus
mundi rectores tenebrarum ha-
rum: contra ſpiritalia nequitie
in celeſtibus. Propterea accipite
armaturā dei: vt poſſitis reſiſte-
re in die malo: et in omnibus ꝑfe-
cti ſtare. State ergo ſuccincti lū-
bos veſtros in veritate: et induti
loricam iuſtitie: et calciati pedes
in preparatione euangelij pa-
cis. In omnibus ſumentes ſcu-
tum fidei in quo poſſitis omnia

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3

tela nequiſſimi ignea extiguere.
Et galeā ſalutis aſſumite: et gla-
diū ſpiritus: quod eſt verbū dei.
Gr. Dñe refugiū factus es nobis: a ge-
neratione et progenie. V. Priuſq̄ȝ mon-
tes fierent aut formaretur terra ꝛ orbis
a ſeculo et in ſeculum tu es deus. Alla
V. De profundis clamaui ad te dñe: dñe
exaudi vocē meā. Scd̄m Johānē. iiij
In illo tpe. Erat quidā regu-
lus cuius filius infirmabat²
capharnaū. Hic cū audiſſet: quia
ieſus adueniret a iudea ī galileā:
abijt ad eū ꝛ rogabat eū vt deſcē-
deret et ſanaret filium eius. Inci-
piebat enim mori. Dixit ergo ie-
ſus ad eū. Niſi ſigna et prodigia
videritis nō creditis. Dicit ad eū
regul⁹. Dñe deſcende priuſq̄ȝ mo-
riatur filius meus. Dicit ei ieſus.
Uade: filius tuus viuit. Credidit
homo ſermoni quē dixit ei ieſus:
ꝛ ibat. Jam autē eo deſcendente/
ſerui occurrerūt ei: et nūciauerūt
dicentes: quia filius eius viueret.
Interrogabat ergo horā ab eis:
in qua melius habuerit. Et dixe-
runt ei. Quia heri hora ſeptima:
reliq̄t eū febris. Cognouit ergo
pater quia illa hora erat in qua
dixit ei ieſus: filius tuus viuit. Et
credidit ipſe: et domus eius tota.
Offer. Vir erat ī terra hus noīe iob ſim-
plex et rectus/ac timēs deū: quē ſathan
petijt vt tēptaret: et data eſt ei poteſtas
a dño in facultate et in carne ei⁹: perdi-
ditq̄ȝ oēm ſubſtātiā ipſi⁹/et filios: carnē
quoq̄ȝ ei⁹ graui vlcere vulnerauit. Sec.
Celeſtē nobis p̄beāt hec my-
ſteria queſumus dñe medi-
cinā: et vicia nr̄i cordis expurgēt.
Per dñm. Cōio. In ſalutari tuo aīa
mea: et in verbum tuum ſperaui: quādo
facies de perſequentibus me iudicium:
iniqui perſecuti ſunt me adiuua me do-
mine deus meus. Complēda.
Ut ſacris reddamur dñe di-
gni muneribus: fac nos q̄s tuis
ſemp̄ obedire mādatis. Per do.
¶ Fer. iiij. Ad thimotheū. p̄me. i.
Chariſſime. Finis p̄cepti eſt
charitas: de corde puro ꝛ cō-
ſcientia bona: et fide nō ficta. A q̄-
bus q̄dam aberrātes cōuerſi ſūt
in vaniloquium: volentes eſſe le-
gis doctores: nō intelligētes/neq̄ȝ
que loquūtur: neq̄ȝ de q̄bus affir-
māt. Scimus autē quia bona eſt
lex: ſi q̄s ea legitime vtatur. Sciē-
tes hoc quia lex iuſto nō eſt poſi-
ta/ſed iniuſtis et nō ſubditis: im-
pijs et peccatoribus/ſceleratis: ꝛ
contaminatis/ patricidis et ma-
tricidis/homicidis: et fornicarijs:
maſculoꝝ cōcubitoribus/plagia-
rijs/mendacibus et periuris. Et
ſi q̄d aliud ſane doctrine aduerſa-
tur: que eſt ſcd̄m euāgeliū glorie
bti dei qd̄ creditū eſt mihi. Gr̄as
ago ei qui me cōfortauit: ī chriſto
ieſu dño noſtro. Scd̄m lucam. vi.
In illo tēpore. Factum eſt vt
intraret ieſus in ſynagogā
ꝛ doceret. Et erat ibi homo: ꝛ ma-
nus eius dextera erat arida. Ob-
ſeruabant autem ſcribe et phari-
ſei ſi in ſabbato curaret: vt inue-
nirēt vnde accuſarēt eū. Ipſe vō
ſciebat cogitatiōes eoꝝ: ꝛ ait hoī
q̄ habebat manū aridam. Surge
ꝛ ſta ī mediū. Et ſurgēs ſtetit. Ait
aūt ad illos ieſus. Interrogo vos

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3

ſi licet ſabbatꝫ benefacere/an ma-
le: animã ſaluã facere/an perdere
Et circũſpectis om̃ibus: dixit ho-
mini. Extẽde manũ tuã. Et extẽ-
dit: ⁊ reſtituta eſt manus eiꝰ. Ipſi
autem repleti ſunt inſipientia: ⁊
colloquebãtur ad inuicem: quid-
nam facerent de ieſu. ¶ Feria. vi.
Secũdum Mattheum. viij.
In illo tempore. Cũ veniſſet
ieſus ĩ domum petri: vidit ſocrũ
eius iacentẽ et febricitantẽ. Et te
tigit manũ eius: et dimiſit eam fe
bris. Et ſurrexit ⁊ miſtrabat eis.
Veſpere autẽ facto: obtulerũt ei
multos demonia habẽtes. Et eij-
ciebat ſpiritus verbo: et oẽs ma-
le habẽtes curauit: vt adimplere
tur quod dictũ eſt ꝑ iſayam ꝓphe
tam dicentem. Ipſe infirmitates
noſtras accepit: et egrotationes
noſtras portauit. ¶ Domini-
ca. xxij. poſt trinitatẽ. Introitus.
Si iniq̃tates obſerua-
ueris dñe: dñe q̃s ſu-
ſtinebit: quia apud
te propiciatio eſt deꝰ
iſrael. Ps. De ꝓfundis
clamaui ad te dñe: dñe exaudi vocẽ meã
Gloria pr̃i et filio et ſpiritui ſctõ. Coll.
Familiã tuã q̃s dñe cõtinua
pietate cuſtodi: vt a cũctis
aduerſitatibus te protegẽte ſit li
bera: et in bonis actibus tuo noĩ
ſit deuota. Per. Ad philippẽſes. i
Fratres. Cõfidimus in dño
ieſu: quia qui cepit ĩ vobis
opus bonũ: perficiet vſqꝫ in diem
chriſti ieſu. Sicut eſt mihi iuſtum
hoc ſentire ꝓ omnibus vobis: eo
ꝙ habeã vos in corde et in vincu-
lis meis: et in defenſione: et cõfir-
matione euãgelij: ſocios gaudij
mei omnes vos eſſe. Teſtis enim
michi eſt deus: quomodo cupiã
vos omnes in viſceribus ieſu xp̃i
Et hoc oro: vt charitas veſtra ma
gis/ ac magis abũdet in ſciẽtia ⁊
in omni ſenſu: vt probetis potio
ra: vt ſitis ſinceres: et ſine offenſa
in diẽ chriſti ieſu: repleti fructu iu
ſticie. Per ieſum chriſtũ: in gloria
⁊ laude dei. Gr. Ecce ꝗ͞ bonũ et ꝗ͞ io-
cũdũ: habitare fratres in vnũ. V. Sicut
vnguentũ in capite: quod deſcendit in
barbã: barbã aaron. V. Mandauit dñs
benedictionem: et vitam vſqꝫ in ſeculũ.
Alla. V. Lauda aĩa mea dñm/ lauda-
bo dñm in vita mea: pſallam deo meo
ꝗ͞diu ero. Scdm Mattheum. xviij
In illo tempore. Dixit ieſus
diſcipulis ſuis ſimilitudinẽ
hanc. Simile eſt regnũ celorũ hoĩ
regi: q̃ voluit rationẽ ponere cũ
ſeruis ſuis. Et cũ cepiſſet rationẽ
ponere: oblatus eſt ei vnꝰ q̃ debe-
bat decẽ milia talẽta. Cũ aũt nõ
haberet vnde redderet iuſſit eum
dñs eius venũdari: et vxorẽ eius/
⁊ filios: et omnia que habebat/ et
reddi. Procidẽs autẽ ſeruus ille-
rogabat eũ dicens. Pacientiã ha
be in me: et oĩa reddã tibi. Miſer-
tus autẽ dñs ſerui illius/ dimiſit
eũ: et debitũ dimiſit ei. Egreſſus
aũt ſeruus ille: inuenit vnũ de cõ-
ſeruis ſuis: qui debebat ei centũ
denarios. Et tenens: ſuffocabat
eũ dicens. Redde quod debes. Et
procidẽs cõſeruus eius/ rogabat
eum dicens. Pacientiã habe ĩ me
⁊ omnia reddam tibi. Ille autem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3

noluit: ſed abijt et miſit eū in carcerē: donec redderet debitū. Videntes autē cōſerui eius que fiebāt: cōtriſtati ſunt valde. Et venerūt: ⁊ narrauerūt dn̄o ſuo oīa que facta fuerāt. Tunc vocauit illū dn̄s ſuus: et ait illi. Serue neq̄ oīe debitū dimiſi tibi qm̄ rogaſti me. Nonne ergo oportuit et te miſereri cōſerui tui: ſicut et ego tui miſertus ſum? Et iratus dn̄s eiꝰ: tradidit eū tortoribꝰ: quoadusq; redderet vniuerſum debitū. Sic ⁊ pater meus celeſtis faciet vobꝭ ſi nō remiſeritꝭ vnuſquiſq; fratri ſuo: de cordibus veſtris. Offer. Recordare mei dn̄e omnipotentatui dominans: da ſermonem rectum et beneſonantem in os meum: vt placeant verba mea in conſpectu principum. Secreta.

Suſcipe dn̄e propicius hoſtias: quibus et te placari voluiſti: ⁊ nobis ſalutē potēti pietati reſtitui. Per dn̄m noſtrū. Cōio. Dico vobꝭ gaudiū eſt angelis dei: ſup vno peccatore penitētiā agēte. Complenda.

Immortalitatis alimoniā cōſecuti q̄s dn̄e: vt qd̄ ore pcepimus pura mente ſectemur. Per.

¶ Feria. iiij. Ad romanos. viij.

Fratres. Spe ſalui facti ſumus. Spes autē que videtᷣ nō eſt ſpes. Nā quod videt quis/ quid ſperat: Si autē quod nō videmus ſperamus: per pacientiā expectamus. Similiter aūt: ⁊ ſpiritus adiuuat infirmitatē nr̄am Nam quid oremus ſicut oportet neſcimus: ſed ipſe ſpūs poſtulat pro nobis gemitibꝰ inenarrabilibus. Qui aūt ſcrutatur corda: ſcit quid deſideret ſpiritus: quia ſecūdum deum: poſtulat pro ſanctis.

Secundum Marcum. iiij.

In illo tempore. Dixit ieſus diſcipulis ſuis. Videte q̇d audiatis. In qua mēſura mēſi fueritis/ remetietᷣ vobis: ⁊ adiicietᷣ vobis Qui enī habet/ dabitᷣ illi: et q̇ non habet: etiā qd̄ habet auferetᷣ ab eo. Et dicebat. Sic eſt regnum dei queādmodū ſi hō iaciat ſemētē ī terrā et dormiat ⁊ exurgat nocte ac die: et ſemē germinet et increſcat: dū neſcit ille. Vltro enī terra fructificat: ꝑmū herbā/ deinde ſpicā: deinde plenū frumētū ī ſpica. Et cū ex ſe ꝓduxerit fructꝰ ſtatim mittit falcē: quoniā adeſt meſſis

¶ Feria. vi. Secūdū Marcum. ij.

In illo tpe. Cū p̄teriret ieſus vidit leui alphei ſedentē ad theloneū: et ait illi. Seq̄re me. Et ſurgēs ſecutus eſt eū. Et factū eſt dū accūberet in domo illiꝰ: multi publicani et peccatores ſimul diſcūbebāt cū ieſu ⁊ diſcipulis eius Erāt enī multi q̇ ſeq̄bantᷣ eū. Et ſcribe et phariſei vidētes: q2 man ducaret cū publicanis et peccatoribus: dixerūt diſcipulis eiꝰ. Quare cū publicanis ⁊ pctōribus mādu cat et bibit magiſter vr̄: Hoc audito ieſus ait illis. Non neceſſe habēt ſani medico: ſed q̇ male habēt. Nō enī veni vocare iuſtos: ſ; pctōres. ¶ Dn̄ica vacāte. Intro.

Si iniquitates obſeruaueris domine: domine quis ſuſtinebit quia apud te ꝓpiciatio eſt deus iſrael. Ps.

De ꝓfundis clamaui ad te dñe: domine
exaudi orationē meam. Gloria. Colla.
Excita dñe q̄s tuoꝝ fidelium
voluntates: vt diuini operis
fructū propēſius exequētes: pie-
tatis tue remedia maiora perci-
piant. Per. Ad philippenſes. iij.
Fratres. Imitatores mei
eſtote: et obſeruate eos qui
ita ambulāt: ſicut habetis formā
nr̄am. Multi enī ambulāt: quos
ſepe dicebā vobis. Nūc autem et
flens dico inimicos crucis chriſti:
quorū finis interitus: quoꝝ deus
venter eſt: et gloria in confuſione
ipſoꝝ qui terrena ſapiūt. Noſtra
autē cōuerſatio in celis eſt. Vnde
etiā ſaluatorē expectamus dñm
noſtrū ieſum chriſtum q̇ reforma-
bit corpus humilitatis noſtre cō-
figuratum corpori claritatis ſue
ſcdm operationē virtutꝫ ſue qua
poſſit etiā ſubiicere ſibi om̄ia. In
chriſto ieſu dño noſtro. Gr. Ecce q̄
bonū et q̄ iocundū: habitare fratres in
vnū. ỽ. Sicut vnguētū in capite: quod
deſcendit in barbā barbā aaron. ỽ. Mā-
dauit dn̄s benedictionē: et vitā vſq̧ i ſe-
culum. Alla. ỽ. Lauda anīa mea dn̄m
laudabo dominū i vita mea: pſallā deo
meo q̄diu ero. Scdm Matthe. xxij.
In illo tēpore. Abeūtes pha-
riſei conſiliū inierūt: vt cape-
rēt ieſum in ſermone. Et mittūt
ei diſcipulos ſuos cū herodianis
dicentes. Magiſter ſcimus quia
verax es: et viā dei in veritate do-
ces: et nō eſt tibi cura de aliquo nō
enī reſpicis ꝑſonā hominū. Dic
ergo nobis: quid tibi videtur: Li-
cet cenſum dari ceſari an nō: Co-
gnita aūt ieſus nequicia eoꝝ ait.
Quid me temptatis hypocrite:
Oſtendite michi nūmiſma cēſus.
At illi obtulerūt ei denarium. Et
ait illis ieſus. Cuiꝰ eſt imago hec
et ſuperſcriptio. Dicūt ei. Ceſaris.
Tūc ait illis ieſus. Reddite ergo
que ſunt ceſaris ceſari: et que ſūt
dei deo. Offe. Recordare mei dñe om-
nipotentatui dominās: da ſermonē re-
ctum et beneſonantē in os meū vt pla-
ceāt verba mea in cōſpectu principum.
Propiciꝰ eſto dñe (Secreta.
ſupplicatiōibus noſtris: et
populi tui oblatiōibus ꝓcibuſq̧
ſuſceptis: omniū noſtroꝝ ad te
corda cōuerte: vt a terrenis cupi-
ditatibus liberi: ad celeſtia deſi-
deria tranſeamꝰ. Per dñm. Cōio
Dico vobis gaudiū eſt angelis dei ſup
vno peccatore pn̄iam agēte. Cōplēda.
Concede nobis dñe q̄s: vt p
hec ſacramēta que ſumpſi-
mus: quicq̇d in noſtra mēte vicio-
ſum eſt: ipſius meditatiōis dono
curetur. Per dñm noſtrū ieſum.
¶ Dn̄ica. xxiiij. poſt trini. Intro.
Dicit dn̄s ego cogito
cogitatiōes pacis: et
nō afflictionis: inuo-
cabitis me: et ego ex-
audiā vos/ et reducā
captiuitatē veſtrā de cūctis locis.
Ps. Benedixiſti dñe terrā tuā: auertiſti
captiuitatē iacob. Gloria patri. Colla.
Excita dñe potentiā tuam et
veni: et q̄d eccleſie tue ꝓmi-
ſiſti: vſq̧ in finē ſeculi clementer
operare. Qui viuis et regnas in.
Lectio Hieremie pphe. xxiij.
Ecce dies veniūt dicit dñs: et

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag
226 A 3

ſuſcitabo dauid germẽ iuſtũ:⁊ regnabit rex:et ſapiens erit/⁊ faciet iudiciũ et iuſticiã in terra. In diebus illis ſaluabitur iuda:et iſrael habitabit confidenter. Et hoc eſt nomen quod vocabunt eum dñs iuſtus noſter. Propter hoc ecce dies veniunt/dicit dñs:et nõ dicent vltra/viuit dñs: qui eduxit filios iſrael de terra egypti/ſed viuit dominus:q̃ eduxit ⁊ adduxit ſemen domus iſrael de terra aquilonis: ⁊ de cũctis terris ad quas eiecerã eos illuc. Et habitabunt in terra ſua. Dicit dñs:omnipotens. *Gr.* Liberaſti nos dñe ex affligentibus nos: et eos q̃ nos oderũt cõfudiſti. *V.* In deo laudabimur tota die:et nomini tuo cõfitebimur in ſecula. *A*lla. *V.* Magnus dñs et magna virtus ei⁹: et ſapiẽ ei⁹ nõ eſt numerus. *Secundũ Iohãnẽ.* vi.

*I*N illo tempore. Cũ ſubleuaſſet ieſus oculos:⁊ vidiſſet q̃a multitudo maxima venit ad eũ: dixit ad philippum/vnde emem⁹ panes vt manducẽt hij: Hoc aũt dicebat temptãs eũ. Ipſe enĩ ſciebat quid eſſet facturus. Reſpõdit ei philippus. Ducẽtorũ denariorũ panes nõ ſufficiũt eis: vt vnuſquiſq; modicũ quid accipiat. Dicit ei vnus ex diſcipulis ei⁹ andreas frater ſymonis petri. Eſt puer vnus hic qui habet quinq; panes ordeaceos et duos piſces: ſed hec quid ſunt inter tãtos: Dicit ergo ieſus. Facite homines diſcũbere. Erat autẽ fenũ multũ in loco. Diſcubuerunt ergo viri/numero q̃ſi quinq; milia. Accepit ergo ieſus panes:et cũ gratias egiſſet diſtribuit diſcũbentibus. Similiter ex piſcibus quãtũ volebant. Vt aũt impleti ſunt: dixit diſcipulis ſuis Colligite q̃ ſuperauerũt fragmẽta:ne pereant. Collegerũt ergo:⁊ impleuerũt duodecim cophinos fragmentorum ex quinq; panibus ordeaceis:et duobus piſcib⁹ qui ſuperfuerũt his qui mãducauerant. Illi ergo hoĩes cum vidiſſent q̃d fecerat ſignum dicebant. Quia hic eſt vere ꝓpheta q̃ vẽtur⁹ eſt in mũdũ. *Offr.* De ꝓfũdis clamaui ad te dñe:dñe exaudi orationẽ meam

*S*Acrificiũ tibi dñe cele:*Sec.* brandũ placatus intẽde: q̃d et nos a vitijs noſtre cõditionis emũdet:et tuo nomini reddat acceptos. Per do. *Cõio.* Amen dico vobis quicquid orantes petitis: credite q̃a accipietis/ et fiet vobis. *Complenda.*

*A*Nime noſtre diuino munere ſaciate: queſumus oĩpotens de⁹: hoc potiãtur deſiderio/ ⁊ a tuo ſpiritu inflammẽtur:vt ⁊ ante conſpectum ventẽtis chriſti filij tui velut clara luminaria fulgeamus. Per eundẽ dñm noſtrũ.

¶ *Feria.iiij. Ad thimotheum.* ij.i

*C*Hariſſime. Noli erubeſcere teſtimoniũ dñi nr̃i ieſu xp̃i: neq; me vinctũ eius/ ſed collabora euãgelio ſcd̃m virtutẽ dei qui nos liberauit:et vocauit vocatione ſua ſctã. Non ſcd̃m opera nr̃a/ ſed ſcd̃m ꝓpoſitũ ſuũ: et gratiam que data eſt nobis in chriſto ieſu: ante tempora ſecularia. Manifeſtata eſt autem nũc per illuminationem ſaluatoris dñi noſtri ieſu chriſti. Qui deſtruxit q̃dẽ mortẽ:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3

illuminauit autem vitam: et in-
corruptionem per euāgelium: in
quo poſitus ſum ego predicator
⁊ apoſtolus et magiſter gentium
Ob quā cauſam etiā hec patior:
ſed nō confundor. Scio enim cui
credidi: et certus ſum/ quia potēs
eſt depoſitum meum ſeruare in il
lum diem. Formam habe ſanorū
verborum que a me audiſti: ī fide
⁊ dilectione. In chriſto ieſu: domi
no noſtro. Secundum Lucam. x.
IN illo tempore. Dixit ieſus
diſcipulis ſuis. Ite. Ecce ego
mitto vos/ ſicut agnos inter lu-
pos. Nolite portare ſacculū/ neqꝫ
peram/ neqꝫ calciamenta: et nemi
nem per viā ſalutaueritis: in quā
cūqꝫ domum intraueritis: primū
dicite. Pax huic domui. Et ſi ibi
fuerit filius pacis: requieſcet ſup
illum pax veſtra. Sinaūt/ ad vos
reuertetur. In eadem autem do-
mo manete/ edentes et bibentes
que apud illos ſunt. Dignus eſt
enim operarius mercede ſua. No
lite tranſire de domo in domum.
Et in quācunqꝫ ciuitatē intraue-
ritis: et ſuſceperint vos/ māduca-
te que apponūtur vobis: et cura-
te infirmos qui in illa ſunt/ et dici
te illis. Appropinquabit ī vos re-
gnum dei. In quācunqꝫ autem ci
uitatem intraueritis: et nō ſuſce-
perint vos: exeūtes in plateas ei⁹
dicite. Etiam puluerē que adhe-
ſit nobis de ciuitate veſtra/ exter-
gimus in vos. Tamē hoc ſcitote:
quia appropinquabit regnū dei
Fe. vi. Secūdū Marcū. xiij
IN illo tempore. Dixit ieſus
diſcipulis ſuis. Videte vigilate: ⁊
orate. Neſcitis enim quādo tem-
pus ſit. Sicut homo qui peregre
profectus reliquit domū ſuam: ⁊
dedit ſeruis ſuis poteſtatem cu-
iuſqꝫ operis: et ianitori precepit
vt vigilet. Vigilate ergo: neſcitis
enim quādo dn̄s domus veniat:
ſero/ an media nocte: an gallicātu
an mane. Ne cum venerit repēte:
inueniat vos dormiētes. Qđ aūt
vobis dico: oībus dico/ vigilate.
In dedicatione eccl̄ie. Introit⁹
TErribilis eſt loc⁹ iſte
hic domus dei eſt et
porta celi: et vocabi
tur aula dei. Ps. Quā
dilecta tabernacula tua
dn̄e virtutum: concupiſcit et deficit aīa
mea in atria domini. Gloria pr̄i. Colle
DEus qui nob⁊ per ſingulos
annos huius ſancti templi
tui conſecrationis reparas diē: ⁊
ſacris ſemper myſterijs repreſen-
tas incolumes: exaudi preces po-
puli tui et preſta: vt quiſquis hoc
templū beneficia petitur⁹ ingre-
ditur: cūcta ſe impetraſſe letetur.
Per dn̄m noſtrū. Lectio libri apo-
calipſis beati iohannis apl̄i. xxi.
IN diebus illis. Vidi ciuitatē
ſanctam hieruſalem nouam
deſcendentem de celo: a deo para
tā/ ſicut ſpōſam ornatā viro ſuo.
Et audiui vocem magnā: de thro
no dicentē. Ecce tabernaculū dei
cū hoībus: et habitabit cū eis. Et
ipſi populus eius erūt: et ipſe de⁹
cū eis erit eorꝫ deus. Et abſterget
deus oēm lachrymā ab oculis eo
rum. Et mors vltra nō erit/ neqꝫ

luct⁹/ neq; clamor/ neq; dolor erit
ultra:que prima abierunt. Et di-
xit q̇ ſedebat in throno. Ecce no-
ua:facio oīa. Gr. Locus iſte a deo fa-
ctus eſt ineſtimabile ſacramentum/irre-
prehenſibilis eſt. ṽ. Deus cui aſtat ange
lorū chorus:exaudi p̄ces ſeruorū tuorū.
Alla. ṽ. Vox exultationis et ſalutis:
in tabernaculis iuſtorum. Sequentia

Pſallat eccleſia mater illiba
ta:et uirgo ſine ruga hono-
rē huius eccleſie. Hec domus au-
le celeſtis ꝓbat᷑ particeps. In lau
de regis celorū/et cerimonijs. Vt
lumine cōtinuo/ emulās ciuitatē
ſine tenebris. Et corpora in gre-
mio/ cōfouens aīarum: que in ce-
lo uiuūt. Quā dextera protegat
dei. Ad laudē ipſius diu. Sic no
uā prolē gratia/ parturit fecūda
ſpiritu ſctō. Angeli ciues uiſitāt
hic ſuos/ et corpus ſumitur ieſu.
Fugiūt uniuerſi/ corpor; nocua
Pereūt peccatricis aīe crimina.
Hic vox leticie pſonat. Hic pax
et gaudia redundāt. Hac domo
trinitati/ laus et gloria ſemper re
ſultant.
Alia ſequentia.

Quā dilecta tabernacula do
mini v̇tutū et atria. Quā
electi architecti tuta edificia Que
nō mouēt/immo fouēt/ vētus flu
mē pluuia. Quā decora fūdamē-
ta/per cōcinna ſacramēta/umbre
ꝓcurrentia. Latus ade dormien
tis/euā fudit in manentis/copule
primordia. Archam ligno fabri
catā/noe ſeruat gubernatā/mun
di per diluuiū. Prole ſera tādem
feta/ anus ſara ridet leta/ noſtrū
lactans gaudiū. Seruus bibit q̇
legatur/ & camelus adaquatur/ex
rebecce ydria. Hec inaures et ar-
millas/aptat ſibi vt p illas/ſpon-
ſo fiat congrua. Sinagoga ſup-
plantatur/ a iacob dū euagatur/
minis freta littere. Lippā lyam
latent multa/ quib⁹ rachel vidēs
fulta/pari nubet federe. In biuio
tegēs nuda/geminos parit de iu-
da/thamar diu vidua. Hic moy-
ſes a puella/ dum ſe lauit in fiſcel-
la/reperit᷑ cirpea. Hic mas agn⁹
īmolatur/ quo iſrael ſaciatur/et⁹
tinctus ſanguine. Hic tranſitur
rubens vnda/ egyptios ſub ꝓfun
da/obruēs voragie. Hic ſūt edis
ornamenta: hic aaron indumen-
ta/ que procedit poderis. Hic eſt
vrna manna plena/ hic mādata
legis dena / ſed in archa federis.
Hic vrias viduat᷑/ berzabee ſub
limatur/ſedis conſors regie. Hec
regi varietate/ veſt; aſtat deaura-
te/ſic et regum filie. Hec nigra eſt
ſed formoſa/ mirra & thure fumo-
ſa/virga pigmētaria. Huc venit
auſtri regina/ ſalomonis quā di-
uina/cōdit ſapiētia. Hic futura
que figura/ obūbrauit reſerauit/
nobis dies gratie. Iam ī lecto cū
dilecto/ quieſcamus et pſallam⁹/
aſſunt eni nuptie. Quarū tonet
initiū/ per turmas epulantiū/et
finis p pſalteriū. Sponſum mil-
lena milia/pari laudent melodia
ſine fine dicētia. Alla al. Se. lu. xix

In illo tpe. Egreſſus ieſus p-
ambulabat hierico. Et ecce
vir noīe zacheus: et hic erat prin-
ceps publicanorum: et ipſe diues
Et querebat videre ieſum q̇s eſſet

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3

et nō poterat p̄ turba: q̇a ſtatura
puſill⁹ erat. Et p̄currēs aſcēdit in
arborē ſycomorū/ vt videret illū:
q̇a inde erat trāſitur⁹. Et cū veniſ
ſet ad locū ſuſpiciēs ieſus vidit il-
lum:et dixit ad eū. zachee feſtinās
deſcēde: quia hodie in domo tua
oportet me manere. Et feſtinans
deſcēdit:et excepit illum gaudēs.
Et cū viderēt/ oēs murmurabāt
dicentes:q̄ ad hominē peccatorē
diuertiſſet. Stans autē zacheus:
dixit ad ieſum. Ecce dimidiū bo-
norū meorū dñe/ do pauperibus:
et ſi quid aliquē defraudaui: red-
do quadruplū. Ait ieſus ad eum.
Quia hodie ſalus huic domui fa-
cta eſt:eo q̄ ⁊ ipſe filius ſit abrahe
Venit eni filius hoīs querere/ ⁊
ſaluū facere:qđ perierat. Credo.
Offer. Dñe deus in ſimplicitate cordis
mei letus obtuli vniuerſa: et popul⁹ tu⁹
q̇ repert⁹ eſt vidit cū ingēti gaudio/ de⁹
iſrael cuſtodi hanc voluntatē. Secreta.
ANnue q̄s dñe p̄cib⁹ noſtris:
vt quicūq; intra tēpli hui⁹
cuius anniuerſarium dedicatio-
nis diē celebramus/ ambitū cōti-
nemur: plena tibi atq; pfecta cor-
poris et aīe deuotione placeam⁹:
vt dum hec preſentia vota reddi-
mus:ad eterna p̄mia te adiuuāte
puenire mereamur. Per. Prefat.
de ſancta trinitate. Cōio. Domus
mea dom⁹ oratiōis vocabitur dicit dñs:
in ea oīs q̇ petit accipit:et q̇ querit inue-
nit:et pulſanti aperietur. Complēda.
DEus q̇ eccleſiā tuā ſponſam
vocare dignatus es: vt que
haberet gratiā per fidei deuotio-
nē/ haberet etiā ex noīe pietatem
da vt oīs hec plebs noī tuo ſerui-
ens: huius vocabuli conſortio di-
gna eſſe mereatur: et eccleſia tua
in tēplo cuius anniuerſarius de-
dicationis dies hodie celebratur/
tibi collecta/ te timeat/ te diligat/
te ſequatur: vt dū iugiter p̄ veſti-
gia tua graditur: ad celeſtia pmiſ
ſa te ducēte puenire mereatur. P.
¶ In dedicatiōe altar⁹. Introit⁹.
DIcit dñs / ſermones
mei quos dedi in os
tuū/ non deficient de
ore tuo: adeſt eni no-
mē tuum:et munera
tua accepta erūt ſup altare meū.
ps. Dñe exaudi orationē meā:et clamor
meus ad te veniat. Gloria patri. Colla.
OMps ſempiterne deus:alta
re hoc noī tuo dedicatū/ cele
ſtis virtutis benedictione ſancti-
fica: ⁊ ab oībus in te ſperantibus
auxilij tui munus oſtende: vt hic
⁊ ſacramentorum virtus:et voto
rum obtineatur effectus. Per do
minū noſtrū. lect. Iſaie pphe.
HEc dicit dñs. In die illa de-
feretur munus dño deo ex-
ercituū: ⁊ rex fortis dominabitur
eorum. In die illa erit altare dño
i medio terre:et cognoſcetur dñs/
⁊ colent eū in hoſtijs/ et in mune-
ribus:et vota vouebūt dño/ et ſol
uent. Et reuertētur ad dñm: ⁊ pla
cabitur eis:et ſanabit eos. In die
illa erit iſrael benedictio i medio
terre: cui benedixit dñs deus exer
cituū dicens. Benedictus popul⁹
meus: et opus manuū mearū/ et
hereditas mea iſrael. Dicit dñs:
omnipotens. Gr. Exultabūt ſancti

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag
226 A 3

in gloria;letabũtur in cubilibus ſuis. ṽ.
Cantate dño canticũ nouum; laus eius
in eccleſia ſanctorũ. Alla. ṽ. Vox exul-
tatiõis et ſalutis:in tabernaculis iuſtoꝝ.
Sequẽtia nõ cantatᷣ. Scdm lu. vi
IN illo tẽpore. Dixit ieſus di-
ſcipulis ſuis. Nõ eſt arboꝛ bo
na/ que facit fructus malos: neqꝫ
arboꝛ mala/ faciens fructum bo-
nũ. Vnaqueqꝫ enĩ arboꝛ de fructu
ſuo cognoſcitur. Neqꝫ enĩ de ſpi-
nis colligũt ficꝰ: neqꝫ de rubo vin-
demiãt vuã. Bonus homo de bo
no theſauro coꝛdis ſui/ pꝛofert bo
nũ: et malus homo de malo the-
ſauro/ pꝛofert malũ. Ex abũdan-
tia enĩ coꝛdis/ os loquitur. Quid
enĩ vocatis me dñe dñe: et nõ faci
tis que dico: Omĩs q̃ venit ad me
et audit ſermones meos/ et facit
eos: oſtendã vobis cui ſimilis ſit.
Similis eſt hoĩ edificanti domũ:
qui fodit in altũ: et poſuit funda-
mentũ ſupꝛa petrã. Inundatiõe
autẽ facta/ illiſũ eſt flumẽ domui
illi: et nõ potuit eã mouere. Fun-
data enim erat ſupꝛa petrã. Cre
do. Offꝫ. Stetit angelus iuxta aram
tẽpli/ habens thuribulũ aureũ in manu
ſua: et data ſũt ei incẽſa multa; et aſcẽdit
fumꝰ aromatũ in cõſpectu dei alla. Sec.
DEſcẽdat q̃s dñe deus noſter
ſpiritus tuus ſctũs ſup hoc
altare: q̃ et populi tui dona ſctifi-
cet: et ſumentium coꝛda purificet
Per. eiuſdẽ. Pꝛefa. de ſctã trinita.
Cõio. Paſſer inuenit ſibi domũ: et tur-
tur nidum vbi reponat pullos ſuos; alta
ria tua dñe virtutũ/ rex meus et deꝰ meꝰ
beati qui habitant in domo tua: in ſecu-
lum ſeculi laudabunt te. Complenda

OMnĩps ſempiterne deꝰ: q̃ lega
liũ differẽtias hoſtiaꝝ vniꝰ
ſacrificiĳ pfectiõe ſanxiſti: reſpice
pꝛopitius de thꝛono gloꝛie tue: ꝛ
ſup hoc altare benedictionis tue
munus effũde: vt in eo ſic tempo-
rales hoſtie cõſecrẽtur: vt ꝑpetue
vite/ ſumẽtibus pꝛocurent ſubſtã
tiã. Per dñm noſtrũ ieſum xp̃m.
¶ Johannes papa. xxij. tertio die
ante obitũ ſuũ apud Auinionem
cõceſſit oĩbus iſtã oratiõnẽ ſeq̃n-
tẽ dicẽtibꝰ plẽs indulgẽtias. Col.
DOmĩe ieſu chꝛiſte q̃ manus
tuas et pedes tuos: et totũ
coꝛpus tuũ pꝛo nobis peccatoꝛi-
bus in ligno crucis poſuiſti: et co-
ronã ſpinaꝝ a iudeis in deſpectu
tui ſacratiſſimi coꝛporꝫ ſup caput
tuũ impoſitam ſuſtinuiſti: ꝛ q̃nqꝫ
vulnera pꝛo nobis peccatoꝛibus
in crucis patibulo paſſus fuiſti: ꝛ
nos ſacro ſanguĩe tuo redemiſti:
da nobis q̃s dñe hodie et cotidie
vſũ penitẽtie/ abſtinẽtie/ ꝛ patiẽ-
tie/ hũilitatꝫ/ caſtitatꝫ/ lumẽ/ ſenſũ
ꝛ intellectũ verã ſciẽtiã vſqꝫ ĩ finẽ
Per te ieſu xp̃e rex glĩe Qui cũ pa.
¶ Orõ valde deuota btĩ bernar-
di ad dñm ieſum pꝛo impetrãda
remiſſione peccatorum. Collecta
O Bone ieſu duo in me cogno
ſco naturã quã tu feciſti: et
pctm̃ qđ ego adieci. Scio dñe ꝙ ꝑ
culpã deturpaui naturã: memen
to ꝙ ſim ſpũs vadẽs et nõ rediẽs
ꝑ me iui in pctm̃/ ꝑ me redire non
poſſũ. Tu bone ieſu tolle a me qđ
ego adieci vt ꝑmaneat qđ tu feci-
ſti ne peat qđ p̃cioſo ſanguĩe tuo
in cruce pẽdẽs redemiſti. Qui vi.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3

In ſũmis feſtis.

I te Kyrie miſſa eſt. eleyſon.

In maioribus dupl.

I te Kyrie miſſ ſa eſt. eleyſon.

Gloria in excel ſis deo.

A paſcha uſq; ad octauas pẽthecoſtes quando Te deum. dicitur.

I te Kyrie el. miſſa eſt.

I te Kyrie el. miſſa eſt.

Gloria in excel ſis deo.

In feſtis et ĩ octauis et in cõmemoratione beate marie virginis

Kyrie eleyſon.

I te miſſ ſa eſt.

Glo ria in excelſis de o.
Et in terra pax hoĩbus bone voluntatis. Laudam⁹ te. Bñdicimus te. Adoramus te. Glorificamus te. Grãs agimus tibi ꝓpter magnã gloriã tuã. Dñe deus rex celeſtis/ deus pater oĩps. Dñe fili vnigenite ieſu xpe. Spũs et alme orphanorũ paraclite. Dñe deus agnus dei filius pr̃is. Primogenit⁹ marie ỽginis matris. Qui tollis peccata mundi miſerere nobis. Qui tollis pctã mũdi/ ſuſcipe deprecationẽ noſtrã. Ad marie gloriam. Qui ſedes ad dexterã patris miſerere nobis. Quoniã tu ſolus ſanctus. Mariã ſanctificans. Tu ſolus dñs. Mariã gubernans. Tu ſolus altiſſimus. Mariã coronãs ieſu chriſte. Cum ſancto ſpiritu in gloria dei patris. Amen.

In du. feſtis apoſtolorum

I te Kyrie eleyſon miſſa eſt.

Glo ria in excelſis de o.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3

Hymnus angelicus.

In du. martyr. ꝯfeſ. et ꝯ vgi.

Ite Kyrie

miſſa eſt eleyſon.

Glo ria in excelſis de o.

In feſtis. ix. lect.

Ite Kyrie

miſſa eſt eleyſon.

Glori a in excelſis deo.

¶ Dñicis diebus quando noc. de

Ite Kyrie eleyſon. miſſa eſt.

Glori a in excelſis de o.

¶ In feř. iij. lect. quādo Te deum dicitur, et infra oct. et in cō. ſancti ſpiritus/patroni/ſacramenti.

Kyrie eleyſon. Ite miſſa eſt.

de ꝯfeſſoribꝰ

kyrie eleyſon

Glori a in excelſis de o.

In duplicibꝰ feſtis.

Be nedica mus

do mino.

¶ In fe. ix. lect. et qñ Glem repetit'.

Benedicamus do mino.

Diebꝰ ferialibus.

Benedicamus domino.

Tēpore paſchali.

Bñdicamꝰ dño alleluya.

In ſu. et du.

Credo in vnum de um.

Feſtis diebꝰ.

Credo in vnum deum.

Patrē oīpotētē/factorē celi ⁊ terre. Viſibiliū oīm ⁊ īuiſibiliū. Et ī vnū dñm ieſū xp̄z filiū dei vnigenitū. Et ex prē natū āte oīa ſecl'a. Deū ď deo lumē ď lumīe deū verꝝ de deo vero. Genitū nō factū conſubſtātialē prī p quē oīa facta ſūt

Gloria in excelſis de o

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3

Qui ꝓpt nos hoies et ꝓpt nr̃am
ſalutẽ deſcẽdit de celis. Et icarna
tus eſt de ſpũ ſctõ: ex maria ỽgine
⁊ homo fact⁹ eſt. Crucifixus etiã ꝑ
nobis ſub põtio pylato: paſſus ⁊
ſepult⁹ eſt. Et reſurrexit tertia die
ſecũdũ ſcripturas. Et aſcẽdit i ce-
lũ ſedet ad dexterã pr̃is. Et iterũ
ventur⁹ eſt cũ glĩa iudicare viuos
⁊ mortuos. Cuius regni nõ erit fi
nis. Et i ſpm̃ ſctm̃ dñm/⁊ viuificã
tẽ. Qui ex pr̃e filioq; ꝓcedit. Qui
cũ pr̃e ⁊ filio ſimul adoratur/⁊ cõ
glorificat'. Qui locut⁹ eſt ꝑ ꝓphe-
tas. Et vnã ſctãm catholicam/et
apoſtolicã eccleſiã. Cõfiteor vnũ
baptiſma in remiſſionem pctõꝝ.
Et expecto reſurrectionẽ mortuo
rũ. Et vitã venturi ſeculi. Amen.
¶ Prepatio ſacerdotis celebrãtis
¶ In nomie pr̃is ✠ et filij: et ſpũs
ſcti. Quid retribuã dño: ꝑ oib⁹ q̃
retribuit michi. Calicẽ ſalutar; ac
cipiã ⁊ nomẽ dñi iuocabo. In ſpũ
hũilitatis ⁊ i aio cõtrito ſuſcipia
mur dñe a te/vt ✠ ſic fiat ſacrifici
um nr̃m: vt a te ſuſcipiat' hodie/⁊
placeat tibi dñe deus. Acceptũ ſit
hoc ſacrificiũ oĩpotẽti deo altari
tuo ſuppoſitũ. Per xp̃z. Bñdictio.
Veni iuiſibilis ſctifi(vtriuſq;
cator oĩps eterne deus bñ ✠
dic ⁊ ſctifica hoc ſacrificiũ noi tuo
ꝑparatũ. Per xp̃z. Hic inclinet ſe.
Suſcipe ſancta tri-
nitas hãc oblationẽ
quã tibi offerim⁹ in
memoriã paſſionis
reſurrectiõis/aſcẽſio
nis dñi nr̃i ieſu xp̃i: ⁊
i honore ſanctiſſime
dei genitricis marie/
et ſanctoꝝ quoꝝ ho-
die feſtiuitas celebra
tur/⁊ quoꝝ hic noĩa ⁊
reliquie habẽtur nec
nõ ⁊ omniũ ſanctoꝝ
tuoꝝ qui tibi placue-
rũt ab initio mundi:
vt proueniat illis ad
honorẽ nobis aũt et
oĩbus fidelib⁹ viuis
et defunctis ad ſalu-
tẽ et ad remiſſionem
oĩm pctõꝝ. Et vt illi
oẽs ꝓ nobis intcede
re dignẽtur in celis:
quoꝝ memoriã faci
mus i terris. Per eũ.
¶ Vertens ſe ad populum: dicat.
¶ Orate ꝓ me pctõre fratres et ſo-
rores: vt meũ pariter ⁊ vr̃m ſacri
ficiũ acceptũ ſit oĩpotenti deo. S.
Dñe exau. Orem⁹. Seqt' Secreta
¶ In natiuitate domi. Prefatio.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag
226 A 3

Prefa. de nati. nota ſolennis.

Per omnia ſecula ſeculorū.
Dominus vobiſcum. Surſum
corda. Gratias agamus domi
no deo noſtro.

Vere dignum et iuſtum
eſt equum et ſalutare. Nos tibi
ſemper et vbiq; grās agere/ dñe
ſancte pater oīpotēs eterne de⁹
Quia p incarnati vbi myſteriū
noua mētis nr̄e oculis ly,ctu e
claritatis inſulſit. Vt dū viſibi-
liter deū cognoſcimus/ p hūc in
inuiſibilium amorē rapiamur
Et i deo cū angelis et archā-
gelis cū thronis et domina tio
nib⁹. Cūq; oī milicia celeſtis ex-
ercit⁹ hymnū glorie tue canim⁹
ſi ne ſi ne dicen tes. Sctis.

In ſimpli cib⁹ fe

Per omnia ſecula ſeculorū.
Dñs vobiſcū. Surſum corda.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3

Prefatio de epypha. dñi ſūma nota.

Gratias agamꝰ dño deo nr̄o.

Vere dignum et iuſtum eſt equū ꝛ ſalutare. Nos tibi ſemp et vbiqꝫ grās agere / dñe ſancte pater oīpotēs eterne deꝰ. Quia per incarnati vbi myſteriū noua mentis noſtre oculis lux tue claritatis infulſit. Vt dū viſibiliter deū cognoſcimus per hūc in inuiſibiliū amorē rapiamur

Et ideo cū angelis et archangelis cū thronis et dominationibus. Cūqꝫ omni milicia celeſtis exercitus hymnum glorie tue canimus ſine fine dicentes.

Infra actionem.

Communicantes et diem ſacratiſſimū celebrantes: quo beate marie intemerata virginitas huic mundo edidit ſaluatorem. Sed et memoriam venerātes. In primis glorioſe ſemp virginis marie genitricis eiuſdem dei et domini noſtri ieſu chriſti Sed et beatorum apoſtolorū ac

Prefatio in epyphania domini ſumma nota.

Per omnia ſecula ſeculorū

Dominus vobiſcū. Surſum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3

Prefatio in ſimplici feſto.

corda. Gratias agam⁹ domi-
no deo noſtro.
V E re dignum et iu ſtū
eſt equum et ſalutare. Nos tibi
ſemꝑ et vbiqꝫ gr̄as agere/ dn̄e
ſancte pater oīpotēs eterne de⁹
Quia cū vnigenit⁹ tuus in ſub-
ſtantia nr̄e mortalitatis appa-
ruit/noua nos immortalitatis
ſu e luce reparauit. Et

i deo cū angelis et archāgelis
cū thronis et dominationibus
Cumqꝫ oī milicia celeſt⁹ exercit⁹
hymnū glorie tue canimus ſi-
ne fi ne di centes.

¶ In ſimplici feſto.

P Er omnia ſecula ſeculorū.
Dominus vobiſcū Surſum
corda. Gratias agamus domi
no deo noſtro.
V Ere dignum et iuſtum eſt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3

equū et ſalutare. Nos tibi ſem-
per ⁊ ubiqȝ grãs agere domine
ſancte pater oı̄potēs eterne de⁹
Quia cum unigenitus tuus in
ſubſtantia noſtre mortalitatis
apparuit/ noua nos immorta-
litatis ſue luce reparauit. Et
ideo cum angelis et archāgelis
cum thronis ⁊ dominatiōibus
Cūqȝ omni militia celeſtis exer-
citus hymnū glorie tue canim⁹
ſine fine dicētes. Infra actionē.

Communicātes et diem ſa-
cratiſſimū celebrantes: quo
unigenitus tuus in tua tecū glo-
ria coeternus in ueritate noſtre
carnis uiſibiliter corporalis ap-
paruit. Sed ⁊ memoriā ueneran-
tes. In primis glorioſe ſemꝑ uir-
ginis marie genitricis eiuſdē dei
⁊ dn̄i nr̄i ieſu chriſti. Sed et beato-
rum apoſtolorꝝ. ¶ Specialib⁹ dieb⁹
a capite ieiunij uſqȝ ad dn̄icā Iu-
dica. quādo de ſctis nō cantatur.

Per omnia ſecula ſeculorū.
Dominus uobiſcū. Surſum
corda. Gratias agamus domi-
no deo noſtro.

Vere dignum et iuſtum eſt

Prefa. de ſancta cruce in duplici feſto.

equū et ſalutare. Nos tibi ſem-
per ⁊ vbiqꝫ grās agere/ domine
ſancte pater oīpotēs eterne de⁹
Qui corporali ieiunio vicia cō-
primis/ mentē eleuas virtutem
largiris et premia. Per chriſtū
dñm nrm. Per quē maieſtatē
tuā laudāt angeli adorant do-
minatiōes tremunt poteſtates
Celi celorumqꝫ virtutes/ ac bea-
ta ſeraphin ſocia exultatione
concelebrāt. Cum quibus ⁊ no-
ſtras voces / vt admitti iube-
as deprecamur ſupplici confeſ-
ſione dicētes.

¶ Prefatio de ſācta cruce ī duplici feſto.

Per omnia ſecula ſeculorū.

Dominus vobiſcū. Surſum
corda. Gratias agamus do-
mino deo noſtro.

Vere dignum et iuſtum eſt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3


equum et ſalutare. Nos tibi
ſemper et vbiqꝫ gratias agere
domine ſancte pater/ oĩpotẽs
eterne deus. Qui ſalutem hu-
mani generis in ligno crucis
conſtituiſti/ vt vnde mors orie
batur inde vita reſurgeret. Et
qui in ligno vincebat in ligno
quoqꝫ vinceretur. Per xp̃m do
minũ noſtrum. Per quẽ maie
ſtatẽ tuã laudant angeli ado-
rãt dominationes tremũt po
teſtates. Celi celorumqꝫ virtu
tes ac beata ſeraphin ſo cia ex
ultatione cõcelebrant. Cũ qui
bus et nr̃as voces/ vt admitti
iubeas deꝑcamur ſupplici cõfeſ-
ſio ne di cẽtes.
De ſancta cru ce media no ta. Prefatio.
Per omnia ſecula ſeculorũ.
Dominus vobiſcum. Surſum

Prefa. de ſancta cruce media nota.

corda. Gratias agamus domino deo noſtro.

Vere dignum et iuſtum eſt equum et ſalutare. Nos tibi ſemper et vbiqꝫ gratias agere domine ſancte pater oĩpotẽs eterne deus. Qui ſalutem humani generis in ligno crucis conſtituiſti/ vt vnde mors orie batur/ inde vita reſurgeret.

Et qui in ligno vincebat in ligno quocꝫ vinceretᷣ. Per chriſtum dominũ noſtrũ. Per quẽ maieſtatẽ tuã laudant angeli adorãt dominationes tremũt poteſtates. Celi celorumqꝫ virtutes/ ac beata ſeraphin ſocia exultatione concelebrãt. Cum quib⁹ et nr̃as voces/ vt admitti iubeas deprecamur ſupplici

confeſſione dicentes.

¶ De ſancta cruce ferialis nota: q dicitur a dominica Judica. vſq paraſceue: et quando cãtatur votiue de ſancta cruce.

Per omnia ſecula ſeculorũ.

Dominus vobiſcum. Surſum corda. Gratias agamus domino deo noſtro.

Vere dignum et iuſtum eſt equũ et ſalutare. Nos tibi ſemper et vbiq grãs agere. Dñe ſancte pater oĩpotẽs eterne deꝰ

Qui ſalutem humani generis in ligno crucis conſtituiſti: vt vnde mors oriebatur inde vita reſurgeret. Et qui in ligno vincebat/in ligno quoq vinceretur. Per chriſtũ dñm noſtrũ. Per quẽ maieſtatẽ tuã laudãt angeli: adorãt dominationes tremunt poteſtates. Celi celorũq virtutes/ac beata ſeraphin ſo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag
226 A 3

Prefa.in.vi.paſ.vſqꝫ ad aſ.ſūma nota.

cia exultatione cõcelebrāt. Cū
quibus et nr̄as voces/vt admit
ti iubeas deprecamur ſupplici
cõfeſſione dicētes.

In vigi.paſche vſqꝫ ad aſcen.dñi ſumma nota.

PEr omnia ſecula ſeculorū.
Dominus vobiſcum. Surſum
corda. Gratias agamus do-
mino deo noſtro.
VEre dignū et iuſtum
eſt equū et ſalutare. Te quidē

dñe omni tempore/ſed in hoc
potiſſimum die glorioſius pre
dicare/cū paſcha noſtrū immo-
latus eſt chriſtus. Ipſe enim ve
rus eſt agnus qui abſtulit pec-
cata mundi. Qui mortem no-
ſtrā moriendo deſtruxit/ et vi-
tam reſurgēdo reparauit. Et
i deo cū angelis et archāge-
lis cū thronis et dominationi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3

bus. Cunq; omni milicia cele-
ſtis exercitus / hymnum glo-
rie tu e canim⁹ ſi ne fi-
ne di centes.

In ſimplicib⁹ feſtis.

Per omnia ſecula ſeculoꝛū.
Dominus vobiſcum. Surſum
coꝛda. Gratias agamus do-
mino deo noſtro.

Vere dignum et iuſtum eſt
equum et ſalutare. Te quidem
domine omni tēpoꝛe ſed in hoc
potiſſimum die glorioſius pre-
dicare cū paſcha noſtrū immo-
latus eſt chriſtus. Ipſe enī ve-
rus eſt agnus / qui abſtulit pec-
cata mūdi. Qui moꝛtē noſtrā
moriendo deſtruxit: et vitā re-
ſurgendo reparauit. Et ideo
cū angelis et archangelis cum
thronis et dominationibus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3


Prefa. de reſurrectiõe ferialis nota.



Cũqȝ omni milicia celeſtis ex-



ercitus hymnum glorie tue ca




nimus ſine fi ne dicentes.

Communicantes et diem ſa
cratiſſimum celebrantes re
ſurrectionis domini noſtri ieſu
chriſti ſecundũ carnẽ. Sed et me-
moriã venerãtes. In primis glo-
rioſe ſemper virginis marie geni
tricis eiuſdem dei et dñi noſtri ie
ſu chriſti: Sed et beatoꝝ apoſtolo
rũ/ ac martyrum tuorum. Petri
Pauli/ Andree/ Iacobi/ Iohan
nis/ Thome/ Iacobi/ Philippi/
Bartholomei/ Mathei/ Simo-
nis ⁊ Thadei/ Lini/ Cleti/ Cle
mẽtis/ Sixti/ Cornelij/ Cipria-
ni/ Laurẽtij/ Criſogoni/ Iohã-
nis et Pauli. Coſme ⁊ Damia
ni. Et omniũ ſanctoꝝ tuorũ: quo
rum meritis precibuſqȝ cõcedas
vt in omnibus protectionis tue
muniamur auxilio. Per eundem
chriſtum dominum noſtrum.


¶ Eodem die.

Hanc igitur oblationẽ ſerui-
tutis noſtre: ſed et cũcte fa-
milie tue quam tibi offerimus:
ꝓ his quoqȝ quos regenerare di
gnatus es ex aqua et ſpiritu ſan-
cto tribuẽs eis remiſſionem om-
nium peccatorum: queſumus do
mine vt placatus accipias/ dieſqȝ
noſtros ĩ tua pace diſponas: atqȝ
ab eterna damnatione nos eri-
pi: et in electoꝝ tuorũ iubeas gre
ge numerari. Per chriſtum do-
minum noſtrum.


¶ De reſurrectione ferialis nota




Per omnia ſecula ſeculorũ.



Dominus vobiſcum. Surſum



corda. Gratias agamus do-



mino deo noſtro.



Vere dignum et iuſtum eſt



equum et ſalutare. Te quidem



domine om̃i tẽpore/ ſed in hoc



potiſſimum die glorioſius pre

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3


dicare cū paſcha noſtꝝ immo-
latus eſt chriſtus. Ipſe enim ve-
rus eſt agnus qui abſtulit pec-
cata mundi. Qui mortē nr̄am
moriendo deſtruxit et vitā re-
ſurgēdo reparauit. Et ideo cū
angelis et archangelis cū thro-
nis et dn̄ationibus. Cūqꝫ omī
milicia celeſtis exercitus hym-
num glorie tue canimus ſine
fine dicentes.
Ab aſcenſiōe domini vſqꝫ ad vigiliam penthecoſtes.
Per omnia ſecula ſeculorū.
Dominus vobiſcum. Surſum
corda. Gratias agamus do-
mino deo noſtro.
Vere dignū et iuſtum
eſt equū et ſalutare. Nos tibi
ſemp ⁊ vbiqꝫ grās agere domine
ſancte pater oīpotēs eterne deus
Per chriſtum dominū noſtrū.

Prefatio in ſimplicibus feſtis.



minum noſtrum. Qui poſt re-
ſurrectionē ſuam omnibus diſ-
cipulis ſuis manifeſtus ap-
paruit. Et ipſis cernētibus eſt
eleuatus in celū / vt nos diui-
nitatis ſue tribueret eſſe par-
ticipes. Et ideo cum angelis
et archangelis cum thronis et
dominationibus. Cumq; omni
milicia celeſtis exercitus hym-
num glorie tue canimus ſine
fine dicentes.

Infra actionē.

COmmunicantes et diem ſa-
cratiſſimū celebrantes: quo
dominus noſter vnigenitus fili-
us tuus vnitam ſibi fragilitatis
noſtre ſubſtantiam in glorie tue
dextera collocauit: ſed et memo-
riam venerantes. In primis glo-
rioſe ſemper virginis marie geni-
tricis eiuſdem dei et domini no-
ſtri ieſu chriſti. Sed et beatorum
apoſtolorum ac martyrum.

¶ Prefatio de ſancto ſpiritu.

PEr omnia ſecula ſeculorū.
Dominus vobiſcum. Surſum
corda. Gratias agamus do-
mino deo noſtro.
VEre dignū et iuſtum eſt

Prefatio in ſimplicibus feſtis.



Prefatio in ſimplicibus feſtis.

Vere dignum et iuſtum eſt equum et ſalutare. Nos tibi ſemper et ubiqꝫ gratias agere domine ſancte pater omnipotēs eterne deus. Per chriſtum dominum noſtrū. Qui aſcendens ſup omnes celos/ ſedēſqꝫ ad dexteram tuam ꝓmiſſum ſpiritū ſanctū/hodierna die in filios adoptionis effudit. Quapropter profuſis gaudijs totus in orbe terrarum mūdus exultat. Sed et ſuperne virtutes/ atqꝫ angelice poteſtates hymnum glorie tue concinūt ſine fine dicentes.

¶ Infra actionem.

Communicantes et diem ſacratiſſimū penthecoſtes celebrantes: quo ſpiritus ſanctus apoſtolis/linguis in igneis apparuit. Sed et memoriam venerātes. In primis glorioſe ſemp virginis marie genitricis dei et domini noſtri ieſu chriſti. Sed et beatorum apoſtolorum/ac martyrū tuorꝝ/Petri/Pauli/Andree/Iacobi/Iohānis/Thome/Iacobi/Philippi/Bartholomei/Mathei/Simonis et Thadei/Lini/Cleti/Clementis/Sixti/Cornelij/Cipriani/Laurētij/Cri-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3

In virtute tua dñe letabitur iuſtus: et ſuꝑ ſalutare tuū exultabit vehementer: deſideriū aīe eius tribuiſti ei. Ps. Quoniā ꝓueniſti eū in benedictionibus dulcedīs: poſuiſti in capite ei⁹ coronā de lapide ꝓcioſo. Gloria. Colla

Da queſum⁹ omīps deus: vt beatus martyr pontianus qui donis tuis extitit glorioſus: apud te pro nobis ī oībus exiſtat idoneus interuentor. Per dñm.

¶ Eodē die de ſancto felice. Colla

Concede q̄s oīps deus: vt ad meliorē vitā ſanctorū tuorū exēpla nos prouocent: quatenus quorū ſolēnia agimus: etiā actus imitemur. Per. Epla. Iuſtum deduxit. In cōīco. iiij. Gr. Poſuiſti domine ſuꝑ caput ei⁹: coronā de lapide ꝓcioſo. V. Deſideriū aīe eius tribuiſti ei: et volūtate labiorū eius nō fraudaſti eum Alla. V. Letabitur iuſtus in dño: et ſperabit ī eo: et laudabūtur oēs recti corde Seque. O btā beatorū. de martyr. Euāgel. Si q̄s vult. In cōī fol. iiij. Offer. Gl'ia et honore coronaſti eū et cōſtituiſti eū ſuꝑ opa manuū tuarū dñe Sec.

Quesumus oīps de⁹: vt hodierne ſolēnitat mun⁹ acceptū intcedēte btō pōtiano martyre tuo: et corporib⁹ nr̄is ſalutē ꝑſtet et mētib⁹ ¶ De ſcō felice. Sec.

Hostias tibi dñe ꝑ cōmemoratiōe ſctī felicis cōfeſſoris tui offerimus: ſuppliciter depcantes: vt ſicut illi tribuiſti ſacre fidei largitatē: ſic nobis indulgētiam largiaris et pacem. Per dñm. Cōio

Poſuiſti domine in capite eius: coronam de lapide precioſo. Complenda.

Adeſto dñe ſupplicationib⁹ nr̄is: nec vllis mētis et corporis patiar ſubiacere periculis: quos beati pōtiani martyris tui muniuit glorioſa cōfeſſio. ¶ De ſancto felice. Complenda.

Quesumus dñe ſalutaribus repleti myſterijs: vt cuius ſolennia celebramus: eius orationib⁹ adiuuemur. Per dñm nr̄m ieſū.

¶ Marcelli pape. Introitus.

Statuit ei dñs teſtamentū pacis: et principē fecit eū/ vt ſit illi ſacerdotij dignitas in eternū. Ps. Miſericordias dñi: ī eternū cātabo. Glo. Coll.

Preces populi tui q̄s dñe clemēter exaudi: vt btī marcelli martyris tui atq̄ pōtific merītis adiuuemur: cui⁹ paſſione letamur. P. Epla Pl'es facti ſūt. In cōī fo. x. Gr. Inueni dauid ſeruū meū ī oleo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3

ſctō vnxi eū: manus enī mea auxiliabit²
ei:et brachiū meū cōfortabit eum. ꝟ. Ni-
chil proficiet inimicus in eo:et fili⁊ iniq̄
tatis nō nocebit eū. Allā. ꝟ. Poſuiſti
dn̄e ſuper caput eius: coronam de lapi-
de ꝑcioſo. Euangel'. Vigilate quia
neſcitis. In cōi.ſo.x. Offe. Veritas
mea et mīa mea cum ipſo: et in nomine
meo exaltabitur cornu eius. Secreta.
Suſcipe q̄s domie munera di
gnāter oblata: et beati mar
celli martyris tui ſuffragātibus
meritis: ad noſtre ſalutis auxiliū
prouenire cōcede. Per dn̄m nr̄m.
Cōio. Dn̄e quinq̄ talēta tradidiſti mi-
chi: ecce alia quinq̄ ſuplucratus ſum: eu
ge ſerue fidelis; quia in pauca fuiſti fide
lis/ ſupra multa te conſtituam; intra in
gaudium domini tui. Complenda.
Satiaſti dn̄e familiā tuā mu-
neribus ſacris: eius q̄ſumus
ſemper interuētione nos refoue:
cuius ſolennia celebramus. Per.
¶ Anthonij abbatis. Introitus.



Scitote
quoniā
mirifica
uit dn̄s
ſctm̄ ſuū
dn̄s exaudiuit eū: et
conſtituit eum in pace. Ps. Cum in
uocarē exaudiuit me deus iuſticie mee:
in tribulatiōe dilataſti michi. Glo. Col.
Deus q̄ cōcedis obtētu beati
anthonij cōfeſſor⁊ tui mor-
bidum ignem extingui: ⁊ mēbris
egris refrigeria preſtari fac nos ꝓ
picius ipſius precibus et meritis
a gehenne ignis incendijs libera
tos: integros mēte ⁊ corpore/ tibi
feliciter in gloria ꝑſentari. Per.

Lectio libri ſapientie. Eccleſiaſti.l
Ecce confeſſor magnus: q̄ in
vita ſua probatus eſt: et co-
gnitus eſt in verbis ſuis fidelis.
Quaſi ſtella matutina in medio
nebule: et q̄ſi ſol refulgens/ ſic bea-
tus anthonius refulſit in templo
dei. Quaſi arcus refulgēs iter ne-
bulas glorie: quaſi flos roſarū in
diebus veris. Quaſi lilia in trāſi-
tu aque: et quaſi thus redolēs in
diebus eſtatis. Quaſi ignis efful-
gēs: et thus ardēs in igne. Quaſi
vas auri ſolidū ornatū: oī lapide
ꝑcioſo. Quaſi oliua pullulans: et
cipreſſus in altitudine ſe extollēs
In accipiēdo ipſum ſtolā glorie:
⁊ veſtiri eū: in cōſūmatiōe v̄tutis
Gr. Deus q̄ das vindictas michi: ⁊ ſub
dis ꝑpl'os ſub me: liberator me⁊ de ini-
micis meis iracūdis. ꝟ. Et ꝑ cinxiſti me
virtute ad bellū: et ſupplātaſti inſurgē-
tes in me ſubt⁊ me. Allā. ꝟ. Felix cor-
pus et felix aīa; felix virt⁊ ſcti anthonij/
cui⁊ nomē collaudāt oīa; et verētur gē-
tes et ꝑpl'i: flāmas ignis/ orchi incēdia-
tes et ppli; flāmas ignis/ orchi incēdia-
mox ſuffocat victor demonij: tua prece
laude et gl'ia/ nos copula ſanctoꝝ cetui.
Alme cōfeſſor/ et ꝑfeſ. Sequ.
Alme cōfeſſor/ et ꝑfeſ-
ſor fidei/ triplicis aggreſſor
lucte ⁊ euictor. Heremi poſſeſſor
pauli ſucceſſor leg⁊ dilatator mi-
roꝝ cōſolator/ v̄ tutū ſator/ egro-
roꝝ cōſolator/ v̄ tutū ſator/ egro-
curator. Anthoni indolis/ clare
nobilis/ q̄ nouenis ſub bis annis
paterna ꝑdia/ minimis xp̄i/ diſtri
buiſti. Qui iter ſacratā/ deſpōſa-
tā xp̄o gratā/ virginalē cohortē/
tuā pulcherrimā ſororem locaſti
Egypti terris/ in ſpeluncis et la-
tebris: contra mundū/ ſathanam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag
226 A 3

carnē𝛛 propriā/fortiter certaſti.
Qui vt virilis chriſti pugil: ⁊ qui
ris in hoc triplici conflictu: ceruic=
e in celū protenſa/mire triūpha=
ſti. Qui affamine chriſti in certa=
mine/hoc reſponſum accepiſti: p
orbem faciā vniuerſum te noīari
Qui bis nouē monaſterijs ſtru=
ctis in egypti terminis/mirum in
modum paulo ſepulto: cū predi=
cationis verbo ad fratres facto/
paternaliter ſub ſecreto ſepultus
inuentus myſterialiter. Et ceſa
ris vnigenita regis cōſtantini fi=
lia vnum per hauſtū limphe: ob=
ſeſſa a nouē ſpiritibus per te libe
raretur pſonalit: ⁊ clareret in mū
do nomen tuis vniuerſaliter. Ou
ente ſtella maris pcella ad fines
egypti: ſanctus theophilus epus
te noſtrū patronum/ diuina ope
mēte ſedula prope ſe traducebat.
Qui tacto tui feretro/ frui facis
ſanitate tenerrimā ceſaris filiā:
ſathanis oppreſſam ignē gehen=
ne iacens in terra vienne mortifi
ca. Audi nos nam te trinitas/ 𝑞c
quid petis exaudit. Salua nos
ieſu/ p 𝑞bus anthonius applau=
dit. Da tēpus penitētie/ auerte
morbos valide et epydimie. Tu=
os miſericordie conuerte in nos
oculos/ o fili marie. O anthoni/
noſtrorum miſerere peccatorū: p
tuum precatū pduc nos tuos ſer
uos in ſtatum ad te vt poſſimus
tranſire. Amen. Euāge. Ecce nos
reliq̄mus oīa. In cōi. fol. iij. Offe.
Quis ſimilis eſt ei in fortibus dñe: quis
ſimilis in ſanctitate terribilis atq𝛛 lau=
dabilis/ et faciens mirabilia. Decreta.

Sacrificium dñe quod ad lau
dem et ad gloriam noīs tui
deferimus: intercedentibus meri
tis beati anthonij cōfeſſoris tui
placatus ſuſcipe: et eius ſanctiſſi=
mis p̄cibus/ a noſtrorū nos pecca
torū vinculis abſolue. Per. Cōio.
Orabat dei famulus anthoni⁹ iter mul
tifarias demonū tētatiōes dicēs: null⁹
me ſeparabit a charitate xp̄i. Cōplen.
Proſit nobis q̄s dñe ad ſalu
tē corporis et aīe ſacri mu=
neris oblatio: p quā beati antho
nij fulti preſidio: exemplo ipſius
tela nequiſſimi hoſtis ignea exti=
guentes: ſanctorū mereamur ad=
iungi conſortio. Per do. ¶ Priſce
virginis et martyris. Introitus.
Loq̄bar de teſtimo=
nijs tuis ī cōſpectu
regum et nō confun
debar: ⁊ meditabar
in mandatis tuis q̄
dilexi nimis. Ps. Beati īmaculati in
via: q̄ ambulāt in lege dñi. Glo. Colla.
Da queſumus oīps deus: vt q̄
beate priſce martyr⁊ tue na
talicia colimus: et annua ſolēni=
tate letemur: ⁊ tāte fidei proficia
mus exēplo. Per. Epla. Sapiētia
vincit maliciā. In cōi. fol. xi. Gr.
Specie tua et pulchritudine tua: intēde
proſpere pcede et regna. V. Propter ve=
ritatē et māſuetudinē et iuſticiā: ⁊ dedu
cet te mirabiliter dextera tua. Alla. V.
Diffuſa eſt gr̄a ī labijs tuis: ppterea be
nedixit te deus in eternū. Euangeliū.
Simile eſt regnū celo⁊ theſauro. In
cōi. fo. xij. Offe. Filie regum in hono
re tuo aſtitit regīa a dextris tuis ī veſti=
tu deaurato/ circūdata varietate. Sec.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3

H Oſtia dñe q̄s quã in ſancto
rum tuorũ natalicijs recen
ſentes offerim⁹: et vincula noſtre
prauitatis abſoluat: et tue nobis
mie dona conſiliet. Per. Cõio. Fe-
ci iudiciũ et iuſticiã dñe: nõ calũniẽt' mi
chi ſuprbi: ad oĩa mãdata tua dirigebar/
oẽm viã iniq̃tatis odio habui. Cõplẽ.
Q Ueſumus dñe ſalutarib⁹ re
pleti myſterijs: vt cui⁹ ſolẽ
nĩa celebram⁹: ei⁹ orõnib⁹ adiuue
mur. Per. Marij et marthe. Col.
E Xaudi dñe populũ tuũ cum
ſanctorũ tuoꝝ marij ⁊ mar
the tibi patricinio ſupplicãtem:
vt ⁊ temporalis vite nos tribuas
pace gaudere: et eternum reperi-
re ſubſidium. Per dñm. Secreta.
P Reces dñe tuorũ reſpice ob
lationeſq; fideliũ: vt et tibi
grate ſint pro tuorum feſtiuitate
ſctõꝝ: et nobis cõferãt tue ꝓpicia
tionis auxiliũ. Per. Complenda.
S Anctorũ tuoꝝ dñe ĩterceſſio
ne placatus: p̄ſta q̄s: vt q̄ tẽ-
porali celebram⁹ actione: ꝑpetua
ſaluatiõe capiamus. Per dñm.
Fabiani et ſebaſtiani. Introitus.



I Ntret in
cõſpectu
tuo dñe
gemitus
ꝯpedito
rũ: redde vicinis nr̄is
ſeptuplũ in ſinu eoꝝ: vindica ſan-
guinẽ ſanctorũ tuoꝝ q̇ effuſus eſt
Ps. Deus venerunt gentes in heredita-
tem tuam: polluerunt templum ſanctũ
tuum: poſuerunt hieruſalem in pomorũ
cuſtodiam. Gloria patri. Collͣ.
I Nfirmitatẽ noſtram reſpice
omnipotẽs deus: et quia põdus
proprie actionis nos grauat: bea
ti fabiani martyris tui/ atq; põti
ficis ĩterceſſio glͥoſa nos ꝓtegat.
Sub vno Per do. Eodẽ die. Coll.
D Eus qui beatum ſebaſtia-
num martyrem tuum vir-
tute conſtantie in paſſione robo
raſti: ex eius nobis imitatiõe tri-
bue/ pro amore tuo proſpera mũ
di deſpicere: et nulla eius aduerſa
formidare. Per dñm. Epla. Scti
per fidem. In cõi. fol. vij. Gr. Glo-
rioſus deus ĩ ſctis ſuis: mirabilis in ma
ieſtate faciens prodigia. ṽ. Dextera tua
domine glorificata eſt in virtute: dexte-
ra manus tua cõfregit inimicũ. Alla.
ṽ. Judicabũt ſcti nationes et dñabũtur
populis: et regnabit illorum rex in eter-
num. ¶ In ſeptuageſima. Tract⁹.
Q Ui ſeminãt in lachrymis: in gau
dio metent. ṽ. Eũtes ibãt et fle-
bant: mittentes ſemina ſua. ṽ. Venien-
tes aũt veniẽt cũ exultatione: portãtes
manipulos ſuos. Euãge. Deſcẽdẽs
ieſus de mõte. In cõi. fo. viij. Offe.
Letamini in dño et exultate iuſti: et glo-
riamini omnes recti corde. Secreta.
H Oſtias tibi dñe beati fabia
ni martyris tui atq; põtifi-
cis dicatas meritis benign⁹ aſſu-
me: et ad perpetuũ nobis tribue
prouenire ſubſidium. Sub vno
Per dominum. Alia ſecreta.
A Ccepta ſit in conſpectu tuo
domine noſtra deuotio: et
eius nobis fiat ſupplicatione ſa-
lutaris: pro cuius ſolennitate de-
fertur. Per dñm. Cõio. Multitudo
languentium et qui vexabantur a ſpiri
tibus immundis veniebant ad eũ: quia

virt⁹ de illo exibat ⁊ ſanabat oēs. Cōpl.

REfecti participatiōe muneris ſacri queſumus domine deus noſter: vt cuius exequimur cultū: ſentiamus effectum. Sub vno Per dominū. Alia cōplēda.

SAcro munere ſaciati ſupplices te dn̄e deprecamur: vt qđ debite ſeruitutis celebramus officio: intercedente beato ſebaſtiano martyre



tuo/ ſaluationis tue ſentiamus augmētū. Per dn̄m noſtrū ieſū chriſtū.

¶ Agnetis v̄ginis. Introitus.

ME expectauerūt peccatores vt perderēt me: teſtimonia tua domie intellexi: omnis conſummatiōis vidi finem/ latum mandatū tuū nimis. Ps. Beati immaculati in via: q̄ ambulant in lege dn̄i. Gloria. Colla.

OMnipotēs ſempiterne de⁹: qui infirma mūdi eligis: vt fortia queq̄ confundas: concede propitius: vt qui beate agnetis martyris tue ſolennia colimus: ei⁹ apud te patrocinia ſentiam⁹ Per dn̄m noſtrū. Epiſtola. Confitebor. In cōl. fo. xiiij. Gr. Diffuſa eſt gratia in labijs tuis: propterea benedixit te deus in eternū. V. Propter veritatem et manſuetudinē et iuſticiam: et deducet te mirabiliter dextera tua. Alleluya. V. Emulor enim vos dei emulatione: deſpondi vos vni viro virginem caſtam exhibere chriſto. Sequentia.

LAus ſit regi glorie: cuius formam gratie/ ſolis ſplendor obſtupeſcit. In ortos eccleſie/ lilia colligere: tanq̄ ſpōſus dum ꝑceſſit. Ecce agnes inuenitur: et inuenta colligitur: lilium de lilio Anulo cuius munitur: et in ſpōſam eligitur/ regi regis filio. Cuius feruens in amore/ mundum ſpernit cum decore: blandimentis nec tormentis/ emollita iudicis. Nūq̄ mentis in feruore/ ſpōſum querat ſponſe more: ſpoliata veſtimentis/ denſis latet capillis. Tunc inducta lupanari/ cella fulget vt ſolari: ſplendore lucis copia. Ab angelo cōfortari/ meruit atq̄ velari: ciclade auro contexta. Illuc virgo ne tangatur/ impudicus ſuffocatur: pro quo agnes dum precatur/ reuiuiſcit iuuenis. Per quem chriſtus dum laudatur/ plebs hinc furens indignatur: agnem magam proteſtatur/ tradens hanc incēdijs. Sed ignis obſtupēs cedit/ nec agnem nec lanam ledit: eius roris et pudoris/ non ferens potētiam. Cuius guttur enſis cedit/ morti vitaq̄ ſuccedit: ecce vidit quod cupiuit/ per ſpōſi preſentiā. Poſtq̄ ergo ſic triumphat/ virgo martyr gaudens intrat: ſui ſpōſi thalamum. Apud quem nunc intercedat/ vt celi nobis concedat: intrare palacium. Amen. Vacante Alleluya. Tractus.

AVdi filia et vide: et inclina aurē tuā: q̄a cōcupiuit rex ſpeciē tuā.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag
226 A 3

ỽ. Vultum tuum depcabuntur omnes
diuites plebis: filie regũ in honore tuo.
ỽ. Adducentur regi virgines poſt eam/
proxime eius offerentur tibi. ỽ. Offerẽ-
tur in leticia et exultatiõe: adducẽtur in
templũ regis. Euãge. Simile eſt re-
gnũ celoꝝ decẽ virgi. In cõi. fo. xi.
Offe. Offerentur regi virgines proxi-
me eiꝰ: offerẽtᷣ tibi ĩ leticia et exultatiõe
adducẽtur in templũ regi dño. Secre.
HOſtias queſumꝰ dñe quas
tibi offerimus ppitiꝰ ſuſci-
pe: et intercedente beata agnete
martyre tua / vincula peccatorũ
nroꝝ abſolue. Per. Cõio. Quinqꝫ
prudẽtes virgines acceperũt oleũ in va-
ſis ſuis cum lampadibus: media autem
nocte clamor factus eſt: ecce ſponſus ve-
nit: exite obuiã chriſto dño. Cõplẽda.
SVmentes dñe gaudia ſempi
terna de participatiõe ſacra
menti feſtiuitatis ſancte marty-
ris agnetis suppliciter depreca-
mur: vt q̃ ſedula ſeruitute donãte
te gerimus: dignis ſenſibus tuo
munere capiamus. Per. ¶ Vincẽ
tij martyris. Ad miſſam. Introit.
LEtabitur iuſtꝰ in do
mino: et ſperabit in
eo: et laudabũtᷣ oẽs
recti corde. Ps. Exau-
di deus orationẽ meam
cum deprecor: a timore inimici eripe ani
mam meam. Gloria patri et filio. Col.
ADeſto q̃s dñe ſupplicatio-
nibus noſtris: vt qui ex ini
q̃tate noſtra reos nos eſſe cogno-
ſcimus: beati vincentij martyris
tui: interceſſione liberemur. Per.
Epla. Memor eſto. In cõi. fo. iiij.
Gr. Poſuiſti dñe ſuper caput eius: coro
nam de lapide precioſo. ỽ. Deſiderium
anime eius tribuiſti ei: et volũtate labio
rum eius non fraudaſti eum. Alla. ỽ.
Letabitur iuſtꝰ in dño et ſperabit in eo: et
laudabũtᷣ oẽs recti corde. Vacãte alla
DEſideriũ aĩe eius ¶ Tractus.
tribuiſti ei: et volũtate labiorum
eius nõ fraudaſti eum. ỽ. Qm̃ preueni-
ſti eũ in benedictione dulcedinis. ỽ. Po
ſuiſti ſuper caput eius: coronam de lapi
de precioſo. Euãgel. Niſi granũ. In
cõi. fo. iiij. Offe. Gloria et honore co-
ronaſti eum: et conſtituiſti eum ſup ope
ra manuum tuarum domine. Secreta
HOdiernũ dñe ſacrificiũ le-
tãtes offerimus: quo beati
vincentij celeſtẽ victoriã recẽſen-
tes: et tua magnalia p̃dicamus: et
nos acquiſiſſe gaudemus ſuffra-
gia glioſa. Per. Cõio. Qui vult veni
re poſt me abneget ſemetipſum et tollat
crucẽ ſuã: et ſequatur me. Cõplenda.
QVeſumus oĩps deꝰ: vt q̃ cele
ſtia alimẽta pcepimus: in-
tercedente beato vincentio mar-
tyre tuo: per hec contra omĩa ad-
uerſa muniamur. Per do. ¶ Eme
rentiane et macharij. Collecta.
MAieſtati tue nos dñe marty
rũ tuoꝝ emerẽtiane et ma-
charij supplicatio beata cõciliet:
vt q̃ inceſſabiliter actibus nr̃is of
fendimꝰ: eoꝝ p̃cibꝰ expiemur. Per
ACcepta tibi ſit dñe ¶ Secre.
ſacrate plebis oblatio pro
tuorũ honore ſanctorũ: quorũ ſe
meritis percepiſſe / de tribulatiõe
cognoſcat auxiliũ. Per. Cõplẽda
MArtyrũ tuoꝝ nos dñe ſemp
feſta letificẽt: ⁊ quoꝝ celebra
mꝰ meritũ: experiamur auxiliũ. P

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag
226 A 3

¶ Thimothei apoſtoli. Collecta.
DEus qui beatū thimotheū
predicatiōe ſancti pauli ad
fidē nomīs tui cōuertiſti: fac nos
q̄s ipſius meritis in tuoꝝ māda-
toꝝ obſeruatione deuotos: et ab
om̄i ſemper aduerſitate ſecuros.
Per dn̄m noſtrū ieſum. Secreta.
PReſentia mūera q̄s domie
placido vultu intuere: et p̄-
ſta: vt ſc̄ti ſpūs pfundātur benedi
ctione: ⁊ in noſtris cordibus eam
dilectionē validius infundant: p
quā ſanctus apl's tuus thimothe
us oia oblectamēta mundi deui
cit. Per. In vnitate eiuſ. Cōplēda
BEati thimothei aplī tui q̄s
dn̄e feſta tueātur: ⁊ eius tue



maieſtati
cōmendet
oratio vene
randa. Per
dn̄m noſtꝝ
¶ In cōuer-
ſione ſancti
pauli apo-
ſtoli. Intro
itus.
SCio cui credidi: et cer
tus ſum: quia potēs
eſt depoſitū meū ſer
uare in illū diem. p̄s
Domie probaſti me ⁊ co-
gnouiſti me: tu cognouiſti ſeſſionē meā
⁊ reſurrectionē meā. Gloria pr̄i. Coll.
DEus qui vniuerſum mūdū
btī pauli aplī tui p̄dicatio-
ne docuiſti: da nobis q̄s: vt q̄ eius
hodie cōuerſionem colimus: per
ei⁹ ad te exēpla gradiamur. Per.
Eodē die preiecti martyris. Coll.

MArtyris tui preiecti nos q̄s
domine interuētio glorio-
ſa commendet: vt qđ noſtris acti
bus non meremur: eius precibus
cōſequamur. Per dn̄m noſtrum.
¶ Lectio actuum apoſtolorum. ix
IN dieb⁹ illis. Saulus adhuc
ſpirans minarum ⁊ cedis in
diſcipulos dn̄i: acceſſit ad princi-
pem ſacerdotū: et petijt ab eo epi
ſtolas in damaſcum ad ſynago-
gas: vt ſi quos inueniſſet hui⁹ vie
viros ac mulieres: vinctos perdu
ceret in hieruſalē. Et cū iter face-
ret: contigit vt appropinquaret
damaſco. Et ſubito circūfulſit eū
lux de celo: et cadēs in terram/ au
diuit vocē dicētē ſibi. Saule ſau
le: qđ me pſeq̄ris. Qui dixit: Quis
es dn̄e: At ille. Ego ſū ieſ⁹: quē tu
perſequeris. Durum eſt tibi con-
tra ſtimulū calcitrare. Et tremēs
ac ſtupēs dixit. Dn̄e: quid me vis
facere: Et dn̄s ad eū. Surge et in-
gredere ciuitatem: et dicetur tibi
quid te oporteat facere. Viri autē
illi qui comitabantur cum eo/ ſta
bant ſtupefacti: audientes quidē
vocem/ neminem autē videntes:
Surrexit autem ſaulus de terra.
apertiſq; oculis nihil videbat. Ad
manus autem illū trahentes: in-
troduxerūt damaſcū. Et erat ibi
tribus diebus nō videns: et non
manducauit/ neq; bibit. Erat aūt
quidam diſcipulus damaſci/ no-
mine ananias: et dixit ad illū in
viſu dominus. Anania. At ille ait
Ecce ego dn̄e. Et dn̄s ad illū. Sur
ge et vade in vicū q̄ vocatur rect⁹:
⁊ quere in domo iude/ ſaulū noīe

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3

tharſenſem. Ecce enim orat. Et vi
dit virū ananiā noīe introeuntē
⁊ imponētē ſibi manū/ vt viſum
recipiat. Reſpondit aūt ananias
Dñe audiui a multis de viro hoc
quanta mala fecerit ſanctis tuis
in hieruſalē. Et hic habet poteſta
tem a principibus ſacerdotū: alli
gandi oēs q̄ inuocant nomē tuū
Dixit autē ad eū dñs. Vade: qm̄
vas electiōis michi eſt iſte: vt por
tet nomē meū corā gentibus: ⁊ re
gibus/ ⁊ filijs iſrael. Ego eni oſtē
dam illi/ quāta oporteat eū p̄ no
mine meo pati. Et abijt ananias
et introiuit ī domū. Et imponēs
ei manus/ dixit. Saule frater: dñs
miſit me ieſus qui apparuit tibi
in via qua veniebas: vt videas et
implearis ſpiritu ſancto. Et cōfe
ſtim ceciderūt ab oculis eius tāq̄
ſquame: et viſū recepit. Et ſurgēs
baptizatus eſt. Et cū accepiſſet ci
bum: cōfortatus eſt. Fuit autē cū
diſcipulis qui erant damaſci/ per
dies aliquot. Et continuo ingreſ
ſus in ſynagogas predicabat ie
ſum: qm̄ hic eſt filius dei. Stupe
bant autē oēs qui audiebāt eum
⁊ dicebant. Nonne hic eſt qui ex
pugnabat ī hieruſalē eos qui in
uocabant nomē iſtud? Et huc ad
hoc venit: vt victos illos duceret
ad principes ſacerdotū. Saulus
autē multomagis/ cōualeſcebat:
⁊ confundebat iudeos/ qui habi
tabant damaſci. Affirmans: qm̄
hic eſt chriſtus. Gr. Qui operatus eſt
petro in apoſtolatū: operatus eſt ⁊ mihi
inter gentes: et cognouerūt grām dei q̄
data eſt mihi. V. Gratia dei in me vacua
nō fuit: ſed grā eius ſemp̄ in me manet
Alla. V. Tu es vas electionis ſctē pau
le apoſtole doctor gentiū: pro oībus no
bis ora ad deum qui te elegit. Sequē.
Dixit dñs ex baſan/ cōuertā/
cōuertā in p̄fundū maris.
Qd̄ dixit et fecit ſaulū vt ſtrauit:
paulū et ſtatuit. Per vbū ſuū in
carnatū/ p̄ qd̄ fecit et ſecula. Qd̄
dū impugnat/ audiuit: ſaule ſau
le q̄d me pſequeris. Ego ſū ieſus
durū eſt tibi vt recalcitres ſtimulo
A facie dñi mota eſt terra/ cōtre
muitq̄ mox et q̄euit. Dū cogni
to credidit dño/ ſaulus pſequi ceſ
ſat conchriſtianos. Hinc lingua
tuorū eſt canū ex inimicis rediens
ad te deus. Cū paulus ī ore oīm
ſacerdotū/ iura dat p̄ceptorū. Vo
cēs crucifixū nō eſſe alium/ preter
xp̄m deū. Cū p̄re q̄ regnat ⁊ ſctō
ſpū: cuius teſtis paulꝰ. Hinc lin
guas ſacerdotū/ more canis dū p̄
linxit legis et euāgelij/ duos mo
lares ī hijs ɔtriuit. Corroſit vni
uerſas ſpecies medicinarū/ q̄bus
curātꝰ ſaucij/ reficiūtur enutriēdi
Quo docēte deū/ mare vidit ⁊ fu
git iordanis cōuerſus eſt retrorſū
Qr turba gētiū relicto viciorū p̄
fūdo og rege baſan cōfuſo. Te ſo
lū adorat xp̄m creatorē: quē et co
gnoſcit in carne veniſſe redēpto
rē. Vacante Alla. Tractus.
Qui ſemināt ī lachrymis: in gau
dio metēt. V. Eūtes ibāt ⁊ flebāt: mittē
tes ſemīa ſua. V. Veniētes aūt veniēt cū
exultatiōe: portantes manipulos ſuos.
Ecce nos reliq̄mꝰ. In cōi
Euāgel. fo. iij. Credo. Offr. In oēm terrā ex
iuit ſonꝰ eorū: ⁊ ī fines orbꝰ terre verba eorū

APlī tui pauli ꝑcib⁹ (Secre.
dn̄e plebis tue dona ſctiſi-
ca: vt que tibi tuo grata ſūt inſti-
tuto: myſterio gratiora fiant eiuſ
dem patrocinio ſupplicātis. Per
dn̄m noſtrum ieſum. Alia ſecreta
SVſcipe dn̄e propitius oratio
nē noſtrā cū oblationib⁹ ho
ſtiarum altari tuo ſupimpoſitis:
⁊ martyris tui preiecti dep̄catiōe
pietati tue perfice benignus acce
ptas: et illā que ī eo flagrauit for-
tem dilectionem: in nobis aſpira
benignus. Per. Prefat. de aplīs.
Cōio. Amē dico vobis/ ꝙ vos q̄ reliqui
ſtis oīa et ſecuti eſtis me: cētuplū accipie
tis/ et vitā eternā poſſidebitis. Cōplē.
SAnctifica nos q̄s dn̄e ſaluta-
ri myſterio: et preſta: vt ꝓ no
bis eius nō deſit oratio: cui⁹ nos
donaſti patrocinio gubernari.
Per dn̄m nr̄m ieſum. Alia cōplē.
VOtiua dn̄e ꝓ beati marty-
ris tui preiecti paſſione do-
na percepimus: q̄s vt eius precib⁹
⁊ p̄ſentis vite nob⁊ pariter et eter
ne tribuas cōferre ſubſidiū. Per.
¶ Policarpi ep̄i et martyris. Col.
DEus qui hunc diē beati po-
licarpi pontificis martyrio
conſecraſti: cōcede propitius: vt q̄
martyrij ei⁹ merita veneramur:
eius interceſſiōe ab eternis incē-
dijs liberemur. Per do. Secreta.
MVnera tibi dn̄e dicata ſan-
ctifica: et intercedēte beato
policarpo martyre tuo atꝙ pōti-
fice per eadem nos placatus intē
de. Per dn̄m noſtrū. Complēda.
HEc nos cōmunio dn̄e pur-
get a crimine: et intercedēn
te beato policarpo martyre tuo
atꝙ pontifice: celeſtis remedij fa-
ciat eſſe cōſortes. Per dn̄m nr̄m.
¶ Johannis criſoſtimi ep̄i. Colla
DEus qui beatū iohannē cri
ſoſtimū eccleſie tue in expo
nendo ſacre ſcripture miſterium
doctorē optimū electūꝙ pontifi-
cem prouidiſti: da nobis q̄s: eius
ſemp doctrina inſtrui: et oratiōe
fulciri. Per dn̄m noſtrū. Secreta.
SAncti confeſſoris tui iohan-
nis nobis dn̄e pia non deſit
oratio: que et munera noſtra cōci
liet: ⁊ tuā nobis indulgētiā ſemp
obtineat. Per dn̄m nr̄m. Cōplen.
VT nobis dn̄e tua ſacrificia
dent ſalutē: beatus iohan-
nes confeſſor tuus atꝙ pontifex:
queſumus p̄cator accendat. Per.
¶ In octa. ſctē agnetis. Introit⁹.
VVltum tuum dep̄ca
buntur oēs diuites
plebis: adducentur
regi v̓gines poſt eā
proxime eius: addu
centur tibi in leticia et exultatio-
ne. Ps. Eructauit cor meū verbū bonū:
dico ego opera mea regi. Gloria. Colla
DEus qui nos annua beate
agnetis martyris tue ſolen
nitate letificas: da vt quā venera
mur officio: etiā pie cōuerſatiōis
ſequamur exēplo. Per. Epla. Sa-
piētia laudabit aīam. In cōi. fol.
xiij. Gr. Specie tua et pulchritudīe tua
intende ꝓſpere procede et regna. ꝟ. Pro
pter veritatem et manſuetudinē et iuſti
ciā: et deducet te mirabiliter dextera tua
Alla. ꝟ. Egregia ſpōſa xp̄i: īplora pro
nobis ad dn̄m ieſū xp̄m. Vacāte Alla.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3

Qui ſeminãt in lachrymis:in gaudio mẽtẽt. ℣. Eũtes ibant et flebant:mittẽtes ſemina ſua. ℣. Venientes aũt veniẽt cũ exultatiõe:portãtes manipulos ſuos. Euãge. Simile eſt regnũ celorũ theſau. In cõi. fol' xij. Offer. Offerẽtur regi virgines poſt eã:proxime ei⁹ offerẽtur tibi. Secre.

Super has queſumus domie hoſtias benedictio copioſa deſcendat: que et ſanctificationẽ nobis clementer operetur: et de martyrũ nos ſolẽnitate letificet. Per. Cõio. Simile eſt regnũ celorum hoĩ negociatori querẽti bonas margaritas inuẽta vna p̃cioſa margarita/ dedit oĩa ſua et comparauit eam. Complenda.

Queſumus dñe celebritatis annue votiua ſacramenta preſta q̃s: vt et tpalis nobis vite remedia prebeant/et eterne. Per.

Valerij epiſcopi. Collecta.

Beati valerij confeſſoris tui atq; põtificis fragilitatem noſtrã queſumus dñe tuere preſidijs: vt cuius venerãdã feſtiuitatem annua deuotiõe recolimus: eius meritis ⁊ interceſſionib⁹ ab omnibus aduerſitatibus liberemur. Per dñm noſtrum. Secreta

Magnifica dñe beati valerij cõfeſſoris tui ſolẽnia recenſemus: que promptis cordib⁹ ambiẽtes: oblatis muneribus/et ſuſcipimus ⁊ celebram⁹. Per. Cõpl.

Sancta tua dñe interueniẽte beato valerio cõfeſſore tuo atq; pontifice nos refoueant: quibus et iugiter adiuuari: et ſemp deſideramus expleri. Per dñm.

Aldegundis virginis. Collecta

Ignatij epiſcopi.

Deus totius amator pudicicie nobis alme virginis aldegundis meritis et p̃cibus auxiliare: que cum ſponſo ſibi dilecto dño ieſu chriſto perhenni ſolẽnitate gloriamur. Per eũdẽ. Secre.

Suſcipe dñe munera q̃ in ſancte aldegundis virginis tue tibi ſolennitate deferimus: cuius nos patrocinio confidimus liberari. Per dñm noſtrũ. Cõplẽda.

Queſumus oĩps deus: vt interce dente beata aldegunde virgine tua: illius ſalutaris capiamus effectũ: cuius per hec myſteria pignus accepim⁹. Per dñm.

Ignatij martyris. Introitus.

Sacerdotes tui dñe induant iuſticiã: et ſcti tui exultẽt/ ꝓpter dauid ſeruũ tuum/non auertas faciẽ chriſti tui. Ps. Memento dñe dauid: et oĩs mãſuetudinis eius. Gloria pri ⁊ filio. Col.

Deus qui nos beati ignatij martyris tui atq; põtificis: cõtemannua ſolennitate letificas: cõcede ꝓpitius: vt cuius natalicia colimus: de eiuſdem etiã protectione gaudeam⁹. Per. Epla. Ecce ſacerdos. In cõi fo. ix. Gr. Domine p̃uenisti eum in benedictionibus dulcedinis: poſuiſti in capite eius/coronã de lapide precioſo. ℣. Vitã petijt et tribuiſti ei lõgitudinẽ dierũ in ſeculũ ſeculi. Alle lupa. ℣. Letabitur iuſtus in dño ⁊ ſperabit in eo: et laudabũtur omnes recti corde. Vacante Allelupa. Tractus.

Beatus vir q̃ timet dñm: in mãdatis ei⁹ cupit nimis. ℣. Potẽs i terra erit ſemẽ ei⁹: generatio rectoꝝ bñdicetur

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag
226 A 3

ỽ. Gloria et diuitie in domo eius:et iu-
ſticia eius manet in ſeculũ ſeculi. Euã-
ge. Homo quidã no. In cõi fol.v.
Offer. Inueni dauid ſeruũ meũ:ꝛ ĩ oleo
ſctõ vnxi eũ:man⁹ enĩ mea auxiliabit' ei
ꝛ brachiũ meũ cõfortabit eũ. Secreta.
MVnera tibi dñe dicata ſctifi
ca:et intercedẽte btõ igna-
tio martyre tuo atqꝫ põtifice:p ea
dẽ nos placat⁹ intẽde. Per. Cõio.
Dñe quinqꝫ talẽta tradidiſti michi:ecce
alia q̃nqꝫ ſuper lucratus ſum:euge ſer-
ue fidelis:quia ĩ pauca fuiſti fidelis/ſu-
pra multa te conſtituam:intra in gau-
dium domini tui. Complenda.
HEc nos cõmunio dñe pur-
get a crimine:et interceden
te btõ ignatio martyre tuo atqꝫ
põtifice:celeſtꝫ remediȷ̃ faciat eſſe
cõſortes. Per dominum noſtrũ.
¶Brigide virginis. Introitus.
DIlexiſti iuſticiam et
odiſti iniq̃tatẽ ꝑpte
rea vnxit te deus de
us tuus oleo leticie/
pre cõſortibus tuis.
Ps. Eructauit cor meũ verbũ bonũ:dico
ego opera mea regi. Gloria pr̃i. Coll.
DEus q̃ ob declarandã virgi
nitatis integritatẽ et fidei
meritũ:ad tactũ ſctẽ brigide ṽgi-
nis tue/ lignũ aridũ virere feciſti:
cõcede ꝑpitius:vt eius apud mi-
ſericordiã tuã p̃cib⁹ adiuuemur:
cuius non ſolũ caſtitatis irradia
mur exemplis:verũ etiã miracu-
lorum gloria iocundamur. Per.
¶Eodẽ die ſeueri epiſcopi. Coll'a
DEus qui ſanctã nobis hui⁹
diei ſolennitatẽ in honore
ſancti ſeueri cõfeſſoris tui atqꝫ põ
tificis conſecraſti:adeſto familie
tue precibus et dona:vt cuius ſo-
lẽnia celebramus:etiã meritis et
auxilio ſubleuemur. Per. Secre.
Ep'la. Sapiẽtia vincit maliciam.
In cõi fo xi. Gr. Dilexiſti iuſticiam ꝛ
odiſti iniquitatem. ỽ. Propterea vnxit
te deus deus tuus oleo leticie. Allelu
ya. ỽ. Specie tua et pulchritudine tua:
intende proſpere procede et regna. Va
QCante Allelu ya. Tractus.
Qui ſeminãt ĩ lachrymis:in gau-
dio metent. ỽ. Eũtes ibãt et flebãt:mit-
tentes ſemina ſua. ỽ. Veniẽtes autẽ ve-
nient cũ exultatione:portãtes manipu-
los ſuos. Euãgel. Simile eſt regnũ
celorũ decem virginibus. In cõi.
fo.xi. Offer. Offerentur regi virgines
poſt cã:prime ei⁹ offerẽtur tibi. Secre.
HAnc q̃s dñe oblationẽ bea-
te brigide virginis tue ma-
ieſtati tue oblatã/benigna pieta-
te ſuſcipe:et nobis eius ſuffragan
tibus meritis:ad ſalutẽ eternam
eã ꝑuenire cõcede. Per. Alia ſecre.
REſpice domine populũ tuũ
ad tua ſacramẽta cõcurren-
tem:et preſentẽ feſtiuitatẽ ſcti cõ-
feſſoris tui ſeueri atqꝫ põtificis re
colentẽ:vt quod ſinguli in hono-
rem noĩs tui detulerũt:cũctis ꝓfi
ciat ad veniam. Per dñm. Cõio.
Diffuſa eſt gratia ĩ labijs tuis:ꝓpterea
benedixit te deus in eternũ. Cõplẽda.
QVos celeſti dñe refectiõe ſa
ciaſti:beate q̃s brigide ṽgi
nis tue meritis et interceſſionib⁹
a cũctis eripe propiciatus aduer-
ſis. Per dñm noſtrũ Alia cõplen.
GRatias tibi agimus dñe de⁹
noſter:q̃ nos celeſti medela

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3

Purificatio beate marie.



reparare di gnat⁹ es:q̄s de pctis noſtris veniā: ſicut btō cō‑feſſori tuo ſeuero atq̃ pōtifice de‑diſti ſedē pō tificat⁹.Per

¶In purificatiōe marie. Introi.

SVſcepimus deus miſericordiā tuā in medio templi tui: ſcdm nomē tuū deus: ita ⁊ laus tua ī fines terre/ iuſticia plena eſt dextera tua. ps.. Magnus dn̄s et laudabilis nimis: in ciuitate dei noſtri/in monte ſctō eius Gloria pr̄i et filio:et ſpiritui ſctō. Coll.

OMnipotēs ſempiterne de⁹: maieſtatē tuā ſupplices exoramus:vt ſicut vnigenitus filius tuus/ hodierna die cū noſtre carnis ſubſtantia in templo es p̄ſentatus: ita nos facias purificatis tibi mētibus p̄ſentari.Per eūdē.

¶Lectio malachie prophete. iij.

HEc dicit dn̄s deus. Ecce ego mitto angelū meū:⁊ prepa rabit viam ante faciē meā. Et ſtatim veniet ad templū ſuū dominator quē vos queritis:et angel⁹ teſtamēti quē vos vultis. Ecce venit: dicit dn̄s exercituū. Et q̇s poterit cogitare diē aduentus eius: Et q̇s ſtabit ad videndū eū: Ipſe enī quaſi ignis cōflans: et quaſi herba fullonū. Et ſedebit cōflās: ⁊ emundās argentū:et purgabit filios leui. Et colabit eos q̄ſi aur⁊ ⁊ argentū: et erunt dn̄o offerētes ſcrificia in iuſticia. Et placebit domino ſacrificiū iuda et hieruſalē/ ſicut dies ſeculi:et ſicut anni antiqui. Dicit dn̄s oīpotēs. Gr. Suſcepimus deus miſericordiā tuā in medio templi tui:ſecundū nomē tuū dn̄e/ ita ⁊ laus tua in fines terre. v. Sicut audiuimus ita et vidim⁹ in ciuitate dei nr̄i: in monte ſancto eius. Alla. v. Poſt partum virgo inuiolata permanſiſti:dei genitrix intercede pro nobis. Sequētia.

COncētu parili hic te maria veneratur popul⁹/ teq̃ pijs colit cordibus. Generoſi abrahe tu filia veneranda/regia de dauitis ſtirpe genita. Sācitiſſima/corpore caſtiſſima: moribuſq̃ omnium pulcherrima/ virgo virginū. Letare mater et virgo nobilis/ gabrielis archāgelico que oraculo credula/ genuiſti clauſa filium/ In cuius ſacratiſſimo ſanguine/ emundatur vniuerſitas perditiſſimi generis:vt p̄miſit deus abrahe. Te v̇ga arida aaron flore ſpecioſa/ p̄figurat maria ſine viri ſemine/ nato floridā. Tu porta iugiter ſerata/quā ezechielis vox teſtatur maria/ ſoli deo peruia eſſe crederis. Sed tu tamē mater virtutū/dum nobis exemplū cupiſti cōmendare/ ſubiſti remediū/pollutis ſtatutū matrib⁹. Ad tēplū detuliſti tecū mūdandū:q̇ tibi integritatis decus de⁹ homo genitus/ adauxit intacta genitrix. Letare quā ſcrutator cordis/ac renū probat habitatu p̄prio ſingulariter dignā ſctā maria. Exulta cui paruus arriſit tūc maria:q̇ letari

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag
226 A 3

oĩbus et cõſiſtere ſuo nutu tribu=
it. Ergo quicꝫ colimus feſta par
uuli chriſti ꝑpter nos facti/ eiuſcꝫ
pie matris marie. Si nõ dei poſ=
ſumus/tantã exequi tarde humi=
litatẽ/ forma ſit nobis eius geni=
trix. Laus patri glorie:qui ſuum
filiũ gẽtibus et populis reuelãs
iſrael nos ſociat. Laus eius filio
q̃ ſuo ſanguine nos pr̃i recõciliãs
ſupernis ſociauit ciuibus. Laus
quocꝫ ſancto ſpiritui: ſit per euũ.
Amẽ ¶ Ei poſt.lex. Tractus.

Audi filia et vide; et inclina aurẽ
tuam; quia concupiuit rex ſpeciẽ
tuam. ℣. Vultum tuũ dep̃cabuntur oẽs
diuites plebis; filie regũ in honore tuo.
℣. Adducentur regi virgines poſt eã;pxi
me eius offerentur tibi. ℣. Adducẽtur in
leticia et exultatione;adducẽtur in tem=
plum regis. Secundum lucam. ij.

In illo tẽpore. Poſtq̃ imple=
ti ſunt dies purgationis ma
rie ſecundũ legẽ moyſi:tulerũt ie
ſum in hieruſalem:vt ſiſterent eũ
dño:ſicut ſcriptum eſt in lege dñi
quia omñe maſculinũ adaperiẽs
vuluã: ſanctũ dño vocabitur. Et
vt darẽt hoſtiã ſecundũ qḋ dictũ
eſt in lege dñi: par turturum/ aut
duos pullos columbarũ. Et ecce
homo erat in hieruſalem: cui no=
mẽ ſymeon. Et homo iſte iuſtus:
⁊ timoratus:expectans cõſolatio
nem iſrael: et ſpiritus ſanct⁹ erat
in eo. Et reſponſũ acceperat a ſpi
ritu ſancto: nõ viſurũ ſe mortem/
niſi prius videret chriſtũ dñi. Et
venit in ſpiritu in templũ. Et cũ
inducerent puerũ ieſum parẽtes
eius: vt facerent ſecundũ cõſuetu
dinẽ legis pro eo:⁊ ipſe accepit eũ
in vlnas ſuas:et benedixit deũ/et
dixit. Nunc dimittis ſeruũ tuum
dñe:ſecundũ verbũ tuum in pace
Quia viderũt oculi mei: ſalutare
tuũ. Quod paraſti:ante faciẽ om
nium populorũ. Lumẽ ad reuela=
tionẽ gentium: ⁊ gloriam plebis
tue iſrael. Credo. Offer. Diffuſa
eſt gr̃a in labijs tuis: ꝑpterea bñdixit te
deus in eternũ:et ĩ ſeculũ ſeculi. Secre.

Exaudi dñe p̃ces noſtras: et
vt digna ſint munera q̃ ocu
lis tue maieſtatis offerimus:ſub=
ſidiũ nobis tue pietatis impẽde.
Per. Prefat. de natiui.dñi. Quia
ꝑ incarnati. Cõio. Reſpõſum accepit
ſymeon a ſpũ ſctõ:nõ viſurũ ſe mortem/
niſi videret chriſtum dñi. Complẽda.

Queſumus dñe deus noſter
vt ſacroſancta myſteria q̃
pro reparatiõis noſtre munimi=
ne cõtuliſti: intercedẽte btã ſemꝑ
virgine dei genitrice maria:⁊ pre
ſens nobis remedium eſſe facias
et futurum. Per eundẽ dominũ.
¶ Blaſij epiſcopi. Introitus.

Os iuſti meditabitur
ſapientiã: et lingua
ei⁹ loquetur iudiciũ
lex dei eius in corde
ipſius. Ps. Noli emula=
ri in malignantibus: necꝫ zelaueris fa=
cientes iniquitatem. Gloria patri. Col.

Deus qui preſentẽ diẽ hono=
rabilem nobis in beati bla
ſij martyris tui atcꝫ pontificis ſo
lennitate feciſti: da populis tuis
ſpiritualiũ munus gaudiorũ: et
omniũ fideliũ mentes dirige in
viã ſalutis eterne. Per. Epla. Te=

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3

ſtificoꝛ corā deo. In cõi fol. x. Gr.
Os iuſti meditabitur ſapiētiā: et lingua
eius loquetur iudiciū. V. Lex dei eius in
corde ipſius: et nō ſupplantabūtur greſ
ſus eius. Alla. V. Letabitur iuſtus in
dño: et ſperabit in eo/ et laudabūtur oēs
recti corde. Vacante Alla. Tractus.

D Eſiderium anīe eius tribuiſti ei:
⁊ volūtate labioꝝ eius nō frau‑
daſti eum. V. Quoniā preueniſti eum in
benedictiōe dulcedinis. V. Poſuiſti ſup
caput eius: coronam de lapide precioſo.
Euāgel. Si quis venit ad me. In
cõi fo. xi. Offer. In virtute tua dñe leta
bitur iuſtus ⁊ ſup ſalutare tuū exultabit
vehemēter: deſideriū aīe ei⁹ tribuiſti ei.

H Oſtias dñe quas (Secreta.
nomini tuo cōſecrādas of‑
ferimus: ſancti blaſij martyr⁹ tui
proſequatur oratio: per quā nos
expiari tribuas/ et defendi. Per.
Cōio. Qui vult venire poſt me/ abne‑
get ſemetipſum: et tollat crucem ſuam
et ſequatur me. Complenda.

B Eati blaſij martyr⁹ tui atq
pōtificis: q̄s dñe interceſſiōe nos
adiuua: pro cuius ſolēnitate pre‑
ſumpſimus tua ſancta letantes. Per.

¶ agathe virginis. Introitus.

G Audeam⁹ oēs in dño
diem feſtum celebran
tes/ in honore agathe
martyris: de cui⁹ paſ‑
ſione gaudēt angeli:
⁊ collaudāt filiū dei. Ps. Eructauit
cor meū verbum bonū: dico ego opera
mea regi. Gloria pri et filio. Collecta.

D Eus qui inter cetera poten
tie tue miracula etiā i ſexu
fragili victoriam martyrij contu
liſti: concede propitius: vt cuius
natalicia colimus: per eius ad te
exempla gradiamur. Per. Epla.
Qui gloriatur. In cõi fol. xiij. Gr.
Adiuuabit eam deus vultu ſuo: deus in
medio eius non commouebitur. V. Flu
minis impetus letificat ciuitatē dei: ſan
ctificauit tabernaculum ſuum altiſſim⁹
Alla V. Egregia ſponſa chriſti: implo
ra pro nobis ad dñm ieſum chriſtum.

¶ Alleluya. Sequentia.

M Ens ſtupeſcit/ dū pateſcit a
gathe martyriū. Dona mi
nas ⁊ femias reputat ficticiū. Suſ
fert ictus et afflictus/ et ligni ſup
pliciū. Māma torta ⁊ extorta hor
reſcit flagitiū. O q̄ dura fit obdu
ra/ carbonū ardentiū. Ornat fu
nus puer vnus/ cū turba nobiliū
Ergo laudes pellant fraudes/ et
famulātiū. Nā q̄ corde puro ſer
de/ poſcit beneficium. Soſpes re
greditur. Amen. Tractus.

Q Ui ſemināt in lachrymis: in gau
dio metent. V. Euntes ibant et flebant
mittentes ſemina ſua. V. Veniētes autē
venient cum exultatione: portantes ma
nipulos ſuos. euāge. Simile eſt re
gnum celorum decem virginib⁹.
In cõi fol. xi. Offer. Offerentur regi
virgines proxime eius: offerētur tibi in
leticia et exultatione/ adducētur in tem
plum regi domino. Secreta.

S Vſcipe dñe munera que in
beate agathe martyris tue ſolen
nitate deferimus: cuius nos cōfi
dimus patrocinio liberari. Per.
Cōio. Qui me dignatus eſt ab omī pla
ga curare: et mamillas meas meo pecto
ri reſtituere/ ipſum inuoco deum viuum

A Vxilientur nobis (Cōplen.
domine ſumpta myſterie:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag
226 A 3

⁊ intercedēte beata agatha martyre tua ſempiterna protectione confirment. Per dn̄m noſtrum.

¶ Vedaſti et amādi ep̄orum. Coll.

Sanctorū confeſſorū tuorum atqꝫ pōtificū vedaſti ⁊ amādi nos queſumus dn̄e feſta tueātur: et eorum commendet oratio veneranda. Per dn̄m. Secreta.

Suſcipe domine p̄ces et munera: que vt tuo ſint digna conſpectui: ſanctorum confeſſorū tuorum vedaſti et amandi precibus adiuuemur. Per. Cōplenda.

Corporis ſacri et precioſi ſanguinis repleti libamie: q̄ſumus domie deus noſter: vt quod pia deuotione gerimus: recta redemptione capiamus. Per.

¶ Helene regine. Collecta.

Deus qui inter cetera potentie tue miracula ſexum etiā fragilem virtute recte intentiōis corroboras: preſta queſumus: vt exemplo ſancte helene chriſtianiſſime regine: cuiꝰ ſtudio deſideratum regis noſtri lignum detegere dignatus es: ſequentes te cū ea que chriſti ſunt indagare / atqꝫ cōſequi te fauente mereamur. Per eundem dn̄m noſtrum. Secreta.

Munera populi tui dn̄e placabilis ſuſcipiat dextera: et ſancte helene regine ſuffragātibꝰ meritis: deuotioni noſtre proficiant et ſaluti. Per dn̄m. Cōplēda.

Refecti corporis ſacri p̄cioſiqꝫ ſanguinis libamine: queſumus omnipotens pater: vt interceſſionibus ſancte helene regine cuius feſtiuo gratulamur officio cunctis malorum noſtrorum ſordibus exuamur. Per eūdē dn̄m.

¶ De ſctā appolonia. Introitus.



Gaudeamus oēs ī dn̄o diē feſtū celebrantes: ſub honore appolonie virginis / de cuiꝰ paſſiōe gaudent angeli: et collaudāt filiū dei. Ps. Eructauit cor meū verbū bonū: dico ego opera mea regi. Gloria patri. Coll.

Omnipotēs ſempiterne deus: pro cuius ſanctiſſimi noīs amore beata appolonia virgo ⁊ martyr tua: amarā et horribilem dentium concuſſionē cōſtanter ſuſtinuit: preſta q̄s: vt oēs qui eius cōmemorationem frequentant: ab atroci dolore dentium ſemp immunes cuſtodias: et poſt huius ſeculi erūnas: ad ſupna patrie eterne gaudia feliciter p̄ducas. Per.

Ep̄la. Domie deus meus. In cōi. fo. xij. Gr. Specie tua et pulchritudine tua: intende proſpere p̄cede et regna. ℣. Propter veritatem et manſuetudinem ⁊ iuſticiā: et deducet te mirabiliter dextera tua. Alla. ℣. Diffuſa eſt gratia in labijs tuis: propterea benedixit te deus in eternū. Sequentia. Virginis venerāde. Tractus. Qui ſemināt. vt in p̄cedenti offi. Euāge. Simile eſt regnū celorū theſauro abſcō. omīa in cōi fo. xij. Offer. Offerētur regi virgines poſt eā: prime eiꝰ offerētur tibi. Secre.

Suſcipe q̄s domine ob honorem ſacre virginis tue appolonie munus oblatū: et preſta: vt quod noſtris aſſequi meritis nō

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3

valemus:eiuſdem ſuffragãtibus meritis/largire ꝓpitius. Per domi. Cõio. Simile eſt regnũ celorũ hoi̅ negociatori querẽti bonas margaritas inuẽta vna precioſa margarita/ dedit omnia ſua ⁊ cõparauit eam. Cõplẽda

SAncte martyris tue appolonie nos ꝑcatio tibi dñe grata comitetur: et tuã nobis indulgentiã poſcere non deſiſtat. Per.

Scolaſtice virginis. Collecta.

FAmiliam tuã q̃s dñe beate ſcolaſtice virginis tue meritis ꝓpitius reſpice: vt ſicut ipſius precibus ad obtinendũ qđ cupiuit/imbrem celitus deſcẽdere feciſti: ita eius ſupplicationibus/ariditatẽ noſtri cordis/ ſupne digneris gratie rore ꝑfũdere. Per dñm.

Eodem die de martyrib⁹. Coll.

DOmine deus noſter: multiplica ſup nos miſericordiã tuã: et quorũ celebramus glorioſa certamina: tribue conſequi in ſancta profeſſione victoriã. Per.

Eodẽ die ſancte ſotheris. Coll'a

PReſta q̃s om̃s de⁹: vt ſc̃e ſotheris cuius humanitatis celebram⁹ exordia: meritis beneficia ſentiamus. Per dñm Secre.

SVſcipe q̃s dñe ob honorẽ ſacre v̊ginis tue ſcolaſtice munus oblatũ: et quod noſtris aſſequi meritis non valemus: eiuſdẽ ſuffragãtibus meritis largire ꝓpiti⁹. Per. Alia ſecreta de marty.

SVſcipe q̃s dñe munera populi tui pro martyrũ tuorũ feſtiuitate ſanctorꝝ: et ſincero nos corde/ fac eorꝝ natalicia intereſſe.

Alia ſecreta ſancte ſotheris.

PReces noſtras q̃s dñe ꝓpiciatus admitte: et dicatum tibi ſacrificiũ btẽ ſotheris martyris cõmẽdet oratio. Per. Cõplen.

QVos celeſti dñe refectiõe ſaciaſti: btẽ q̃s ſcolaſtice virginis tue meritis et interceſſionibus: a cunctis exime propiciatus aduerſis. Per dñm noſtrũ ieſum.

Alia cõplenda de martyribus.

SAcramenti tui domĩe queſumus ſumpta benedictio/ corpora noſtra/ menteſq; ſanctificet: ⁊ perpetue miſericordie nos preparet aſſcribẽdos. Per dñm no.

Alia complẽda ſancte ſotheris.

SAncte ſotheris ꝑcibus confidentes queſumus domine: vt p ea que ſumpſim⁹ eterna remedia capiamus. Per dominum noſtrũ ieſu.



De ſc̃tã dorothea. Introitus.

GAudiam⁹ oẽs in dño diem feſtum celebrãtes/ in honore dorothee virginis/ de cui⁹ paſſione gaudẽt angeli: et collaudant filium dei. Ps. Eructauit cor meum verbum bonũ: dico ego opera mea regi. Gloria pri. Col.

DE⁹ q̃ btãm dorotheã v̊ginẽ ac martyrẽ tuã diuerſis tormẽtorꝝ generib⁹ afflictã de hui⁹ ergaſtulo carnis m̃lta ſeuicia ſupata: cũ palma martyrij prefulgide

decorata: ad tue diuinitatis the-
ſauros peruenire voluiſti: preſta
q̄s: vt eius interuenientibus meri-
tis et precibꝰ a verecūdia paup
tatis: et a falſo crimine vite p̄ſen-
tis ereptos: nos oēs eius implo-
rantes auxiliū: tecū facias miſeri
corditer in celeſtibus delicijs per
uenire. Per. Epl'a. Dn̄e deus. In
cōi fol. cxij. Gr. Audi filia et vide et in-
clina aurē tuā: quia concupiuit rex ſpe-
ciem tuā. V. Specie tua ⁊ pulchritudine
tua: intende proſpere procede et regna.
All'a. V. O remediū ſalutis in via ſctā
dorothea tuis p̄cibus nos deo recōcilia:
vt ſis nobis ſpeculū in gloria: vbi ſtabūt
iuſti cum fiducia. Tractus. vt in pre-
cedenti folio. Sequentia.
Ortum regis glorie/ celebris
memorie/ es ingreſſa dorothea.
Bene tecū agitur/ ieſus tibi loq̄-
tur: veni veni ſponſa mea. Sic fi-
dē conſeruaſti: cui ſpōſam te p̄ba
ſti virginali corpore. Amor chriſti
te allexit/ ad celeſtia prouexit: eter
nali tēpore. Tēpus te tuū vt amā
tis: in agone decertantis: demon
ſtratur ſi cernatur/ dorothea no-
bilis. Ad tribunal ducebarꝰ/ ſed
nec minis terrebaris: ſponſo mū-
do rubicūdo/ permanēs immobi
lis. Diateſſeron es digna/ iuſta/
prudens et benigna: virgo fortis
viribus. O q̄ fortiter viciſti/ me-
mor ſponſi tui chriſti: florida v̇tu
tibus. Roſas tres/ et poma tria:
impetraſti mox ī via: que miſiſti
vt voluiſti/ dubio ſcholaſtico. Ob
hoc ille admiratus/ et ſe credere te
ſtatus/ captiuatur/ decollatur/ ſi-
gno tā mirifico. Unde p̄us mul-
ta paſſus/ tormētatus ⁊ nō laſſus
ſed inuictus eſt addictꝰ/ vngulis
atrociter. Tunc beata preceſſiſti/
mirabilia geſſiſti: nam ī pena vt
amena/ ſtabas immobiliter. Sin
te homo decollauit/ atq; deus co-
ronauit: angelorū gloria. Apud
quē nunc intercede/ ne ſint men-
tes noſtre fede/ peccatorū ſcoria.
Amen. Euāgel. Simile eſt regnū
celorū decē virginibꝰ. In cōi fo. xi
Offer. Offerētur regi virgines prime
eius: offerētur tibi in leticia et exultatio
ne adducētur in tēplū regi dn̄o. Secre.
Suſcipe dn̄e munera q̄ in bea
te dorothee virginis et mar
tyris tue ſolēnitate deferimus: et
preſta: vt cōuenientēr hec agere/ et
remedium ſempiternū valeamꝰ
acquirere. Per dn̄m. Cōio. Dilexi-
ſti iuſticiā et odiſti iniquitatē: propterea
vnxit te deus deus tuus. Complenda
Interueniat pro nobis dn̄e ie
ſu xp̄e btiſſime dorothee vir-
ginis ac martyris tue glorioſa de
precatio: que dulcedine tui amo-
ris ſic fuit inflammata: vt preca-
tu ſuo de paradiſo tuo poma ma
gnifica cū roſis pulcherrimis an-
gelicis manibꝰ deſtinaſti: et p̄ſta:
vt ſacramēta que ſumpſimus: de-
uotiōi nr̄e p̄ficiāt ⁊ ſaluti. Qui vi.
¶ Valētini martyris. Introitus.
In virtute tua dn̄e le-
tabitur iuſtus: et ſup
ſalutare tuū exulta-
bit vehementer deſi
deriū aīe eiꝰ tribuiſti
ei. Ps. Quoniā p̄ueniſti eū ī benedictio-
nibus dulcedinis: poſuiſti in capite eius
coronā de lapide precioſo. Gloria. Coll.

P Reſta queſumus oĩpotens deus: vt qui beati valẽtini martyris tui natalicia colimus: a cũctis malis imminẽtibus/ eius ĩtercesſiõib⁹ liberemur. Per. ¶ Eo dẽ die vitalis/felicule/et zenonis.

T Uorũ nos dñe q̃s p̃ci(Coll. bus tuere ſanctorũ: vt feſta martyrũ tuorũ vitalis/ felicule/et zenonis ſine ceſſatiõe venerãtes: ⁊ fideli muniamur auxilio: et magnifico proficiamus exẽplo. Per.

Epl'a. Beatus homo qui inuenit ſapientiã. In cõi ſo i. Gr. Beat⁹ vir qui timet dñm: in mãdatis eius cupit nimis. ỽ. Potens in terra erit ſemẽ eius: generatio rectoꝝ benedicetur. Alla. ỽ Corona aurea ſuper caput eius: expreſſa ſigno ſanctitatis/ glorie et honorꝭ. Va-

V cante Allelupa. Tractus. Eſiderium anime eius tribuiſti: ei: et voluntate labiorũ eius nõ fraudaſti eũ. ỽ. Quoniã p̃ueniſti eũ in benedictione dulcedinis. ỽ. Poſuiſti ſuper caput ei⁹: coronã de lapide p̃cioſo. Euange. Si q̃s vult. In cõi ſo. iiij. Offe. In virtute tua dñe letabitur iuſt⁹: et ſup ſalutare tuũ exultabit vehemẽter: deſiderium anime eius tribuiſti ei. Secreta.

O Blatis queſumus dñe placare muneribus: et intercedẽte beato valentino martyre tuo: a cunctis nos defende periculis. Per. ¶ Alia ſecreta de martyrib⁹.

A D martyrũ tuorũ vitalis/ felicule/⁊ zenonis dñe feſta veniẽtes: cũ muneribus nomini tuo dicatis noſtra offerimus vota: vt illis reuerẽtiã deferẽtes/ nobis veniã impetrem⁹. Per. Cõio. Magna eſt gloria ei⁹ in ſalutari tuo: gloriam et magnum decorem impones ſuper eum domine. Complenda.

S It nobis dñe reparatio mẽtis et corporis celeſte myſteriũ: vt cuius exequimur actionẽ/ ſentiamus effectum. Per dñm noſtrũ. ¶ Alia complẽda de martyribus

P Rotege dñe plebẽ tuã: et feſtiuitate martyrũ tuorũ vitalis/felicule/ et zenonis: quã nobis tradis aſſidue: debitã tibi p̃ſolui p̃cibus cõcede ſctõꝝ. Per do. ¶ Iuliane virginis. Collecta.

O Mnipotẽs ſempiterne de⁹: qui infirma mundi eligis: vt fortia queq꜄ confundas: da nobis in feſtiuitate ſancte martyris tue iuliane cõgrua deuotiõe gaudere: vt ⁊ potẽtiã tuã in ei⁹ paſſione laudemus: et prouiſum nobis p̃cipiamus auxiliũ. Per. Secreta

I N ſancte martyris tue iuliane paſſiõe precioſa te dñe mirabilem predicantes: munera votiua deferimus: preſta queſumus vt ſicut eius tibi grata ſunt merita: ſic noſtre ſeruitutꝭ accepta reddantur officia. Per. Complenda.

L Ibãtes domine menſe tue beata myſteria queſumus: vt ſancte iuliane martyris tue interuẽtiõib⁹



et p̃ſẽtem nobis miſericordiam cõferãt ⁊ eternã. Per do. ¶ Cathedra ſancti petri Introitus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3

STatuit ei dñs teſta-
mentũ pacis:et prin
cipẽ fecit eũ:vt ſit illi
ſacerdotij dignitas
in eternũ. Ps. Exaltẽt
eũ in eccleſia plebis:et in cathedra ſenio-
rum laudent eum. Gloria patri. Colla
DEus q̃ beato petro apoſto-
lo tuo/ collatis clauibus re-
gni celeſtis:ligandi atq; ſoluendi
pontificiũ tradidiſti:cõcede/vt in
terceſſionis eius auxilio: a pecca
torum noſtrorum nexibus libere
mur Per. lec. epl'e bti petri apli. i. i
PEtrus apl'us ieſu chriſti: ele
ctis aduenis diſperſiõis põ
ti/galacie / capadocie / aſie/ et bi-
thynie/:ſcdũ dũ preſcientiã dei pa
tris:in ſanctificationẽ ſpiritus/in
obedientiã et aſperſionẽ ſangui-
nis ieſu chriſti: gratia vob' et pax
multiplicetur. Benedictus deus ✝
pater dñi noſtri ieſu chriſti: qui ſe
cũdũ magnam miſericordiã ſuã:
regenerauit nos in ſpem viuam/
per reſurrectionem ieſu chriſti ex
mortuis/in hereditatem incorru-
ptibilem:et incõtaminatã/et im-
marceſſibilem cõſeruatam in ce-
lis: in vobis qui in virtute dei cu-
ſtodimini per fidẽ/in ſalutẽ para
tam reuelari in tempore nouiſſi-
mo. In quo exultabitis modicũ
nũc ſi oportet cõtriſtari in varijs
tẽtationibus: vt probatio veſtre
fidei multo precioſior ſit auro/q̃d
per ignẽ probatur:inueniatur in
regi v̈gines poſt eã
proxime eius: addu-
centur tibi in leticia et exultatiõe
Ps. Eructauit cor meũ verbũ bonum: di
co ego opera mea regi. Gloria p̃ri. Col.
DEus qui inter cetera poten
tie tue miracula: etiã ĩ ſexu
fragili victoriã martyrij cõtuliſti
da queſumus: vt beate potentia-
ne virginis et martyris tue adiu-
uemur meritis: cuius caſtitatis ir
radiamur exẽplis. Per. Epla. De
virginibus p̃ceptũ. In cõi fo. xiiij
Alla. ṽ. Egregia ſponſa chriſti/ ſiplora
pro nobis ad dñm ieſum chriſtũ. Scdm
alla de tpe. Euãge. Simile eſt regnũ
celorũ theſau. In cõi fol. xij. Offer.
Offerentur regi virgines poſt eã: proxi-
me eius offerentur tibi. Secreta.
ACcipe dñe munera q̃ ĩ bea-
te virginis et martyris tue
potentiane ſolennitate deferim⁹
quia ad tua patrocinia recurrit
et laudẽ: q̃d vel talis orta eſt/ vel
talis aſſumpta eſt. Per. Cõio. Dif
fuſa eſt gratia in labijs tuis: propterea
benedixit te deus in eternũ. Cõplẽda.
HEc nobis q̃s dñe gratia tua
ſemp exerceat: vt et diuinis
inſtauret corda noſtra myſterijs

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3

⁊ tui cõmemoratiõe letificet. Per
¶ Vrbani pape et marty. Introi.
SAcerdotes tui dñe in
duant iuſticiã: et ſcti
tui exultẽt: ꝑpter da-
uid ſeruum tuũ / non
auertas faciẽ chriſti
tui. ps. Memento domine dauid: ⁊ oĩs
mãſuetudinis eius. Gloria patri. Coll.
DA q̃s oĩps deus: vt q̃ beati vr
bani martyris tui atq̃ põti
ficis ſolẽnia colimus: ei⁹ apud te
interceſſionib⁹ adiuuemur. Per.
Ep'la Plures facti ſũt ſacerdo. In
cõi ſol' r. Alla. v. Beatus vir q̃ timet
dominũ: in mandatis eius volet nimis.
Scdm alla de tpe. Euãge. Vigila-
te q̃a neſcitis. In cõi ſo. r. Offi. Ve
ritas mea et mĩa mea cũ ipſo: et in noĩe
meo exaltabitur cornu eius. Secreta.
MVnera q̃s domine tibi dica
ta ſctĩfica: ⁊ intercedẽte btõ
vrbano martyre tuo atq̃ põtifice
per eadẽ nos placat⁹ intẽde. Per.
Cõio. Beat⁹ ſeruus quẽ cũ venerit dñs
inuenerit vigilantẽ: amẽ dico vobis ſup
oĩa bona ſua conſtituet eum. Cõplẽda
BEati vrbani martyris tui
atq̃ pontificis dñe interceſ-
ſione placatus: pſta q̃s: vt que tẽ-
porali celebramus actiõe: perpe-
tua ſaluatiõe capiamus. Per do.
¶ Bede preſbyteri. Collecta.
DEus tuoꝝ gloria ſacerdotũ
preſta q̃ſumus: vt beati con
feſſoris tui atq̃ venerabilis pſ by
teri bede: cuius depoſitione feſta
gerimus: auxiliũ ſentiam⁹. Per.
HOſtias tibi domine Secre.
pro feſtiuitate ſancti confeſ
ſoꝝ tui / venerabiliſq̃ pſbyteri be
de deferimus: ſuppliciter depcan
tes: vt ſicut venerabili bede tribu
iſti fidei ſacre claritatẽ: ſic nobis
indulgentiam largiaris et pacẽ.
Per dñm noſtrũ ieſum. Cõplẽda
VT nobis domine pia ſacra
menta dent ſalutem: beat⁹
ac venerabilis preſbyter tuus be-
da q̃ſumus precator accedat. Per
¶ Germani epiſcopi. Collecta.
DEus qui es omniũ ſancto-
rum tuorum ſplẽdor mira-
bilis: quiq̃ hũc diem in beati ger
mani confeſſoris tui atq̃ pontifi
cis depoſitione conſecraſti: da ec-
cleſie tue de eius natalicio gaude
re: vt apud miſericordiam tuam
⁊ exẽplis eius protegamur et me
ritis. Per dñm noſtrum. Secreta
SAcrificium noſtrum tibi do
mine beati germani preca-
tio ſancta cõciliet: vt cuius hono-
re ſolẽniter exhibetur: meritis ef-
ficiatur acceptum. Per. Cõplẽda
SAcro munere ſaciati ſuppli-
ces te dñe deprecamur: vt qđ
debite ſeruitutis celebramus offi
cio: intercedente beato germano
cõfeſſore tuo atq̃ pontifice: ſalua
tiõis tue ſentiam⁹ augmẽtũ. Per
¶ Petronille vgĩs et mar. Intro.
LOquebar de teſtimo
niis tuis in cõſpectu
regũ: et nõ confunde
bar: et meditabar in
mãdat⁹ tuis q̃ dilexi
nimis. ps. Beati immaculati in via: q̃
ambulãt in lege dñi. Gloria patri. Col.
COncede nobis q̃ſumus oĩ-
potẽs deus: sancte martyris
tue petronille ſolẽnia celebrare;

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag
226 A 3

ut qui fideliter eius feſta exequũ
tur: ipſi⁹ experiantur auxiliũ: ⁊ eter
nis affectibus apphẽdant. Per.
Epl'a. Qui gl'iatur. In cõi fo. xiiij.
All'a. ṽ. Egregia ſponſa xp̄i implora
ꝓ nobis ad dñm ieſũ xp̄m. Scḋm all'a
ſcḋm exigentiã tp̄is. Seq̃ntia ⁊ p̄
ſa. de tp̄e. Euãgel. Sile eſt regnũ
celoꝝ theſau. In cõi fol. xij. Offer.
Offerentur regi virgines poſt eã: proxi
me eius offerentur tibi. Secreta.
Hec dona q̄s dñe placat⁹ in
tende: quibus et ſummũ ſa
crificiũ cõtinetur: et morte p̄cioſa
hoſtia martyris tue petronille/
tibi placita cõſecratur. Per. Cõio.
Diffuſa eſt gratia ĩ labijs tuis: ꝓpterea
benedixit te deus in eternũ. Cõplẽda.
Hec nos gr̄a tua dñe q̄s ſem
per exerceat: ut et que ſũpſi
mus diuinis inſtaurẽt corda nr̄a
myſterijs: et martyris tue petro
nille ꝯmemoratiõe letificẽt. Per.
¶ Nicomedis martyris. Collecta
Deus qui nos beati nicome
dis martyris tui meritis et
interceſſione letificas: concede ꝓ
pitius: ut q̄ ei⁹ bñficia poſcim⁹/ do
na tue gr̄e cõſeq̄mur. Per. Secre.
Munera dñe oblata ſanctifi
ca: et intercedente beato ni
comede martyre tuo: nos per hec
a peccatorum noſtrorum macu
lis emunda. Per dñm. Cõplẽda.
Percepta myſteria q̄s dñe: ⁊
eruditione nos inſtruãt in
tercedente beato nicomede mar
tyre tuo: et participatione reſtau
rent: ut ad ſpiritalia mereamur
munera peruenire. Per dñm no.
¶ Marcellini et petri. Introitus.

Clamauerunt iuſti et
dñs exaudiuit eos: ⁊
ex oĩbus tribulatio
nibus eoꝝ liberauit
eos. Ps. Benedicã dñm
in oĩ tp̄e: ſemp laus ei⁹ in ore meo. Col.
Deus qui nos annua beato
rũ martyrũ tuorũ marcelli
ni et petri ſolennitate letificas: p̄
ſta queſumus: ut quoꝝ gaudem⁹
meritis: ꝓuocemur exẽplis. Per.
Epl'a. Reddet deus. In cõi fo. vij.
Si ante penthe. venerit. All'a. ṽ.
Vox exultatiõis et ſalutis: in tabernacu
lis iuſtorũ. Poſt vero penthe. Gr.
Clamauerũt iuſti et dñs exaudiuit eos:
⁊ ex oĩbus tribulatiõibus eoꝝ liberauit
eos. ṽ. Iuxta eſt dñs hijs q̄ tribulato ſũt
corde: et humiles ſpũ ſaluabit. All'a ṽ.
Vox exultationis et ſalutis: in taberna
culis iuſtoꝝ. Euãg. Cũ audieritis p̄
lia. In cõi fol. vi. Offer. Letami ĩ dño
⁊ exultate iuſti: et gl'iamĩ oẽs recti corde.
Votiua dñe munera Secre.
deferẽtes in tuoꝝ martyrũ
marcellini et petri paſſiõe/ tuam
magnificentiã veneramur: ⁊ per
eam nobis imploramus tue pie
tatis auxiliũ. Per. Cõio. Iuſtoꝝ aie
in manu dei ſunt: et nõ tanget illos tor
mentũ malicie: viſi ſunt oculis inſipien
tiũ mori/ illi autẽ ſunt in pace. Cõplẽ.
Sacro munere ſaciati suppli
ces te dñe dep̄camur: ut qđ
debite ſeruitutis celebramus offi
cio: ſaluationis tue ſentiam⁹ au
gmentũ. Per dñm noſtrũ ieſum.
¶ Heraſmi epi et martyris. Coll'a
Preſta q̄s oĩps deus: ut q̄ bea
ti heraſmi martyꝛ tui atq̄
pontificis ſolennitatem colim⁹:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3

per eius p̄cē in tui noīs amore ro
boremur: ac ꝓximi dilectiōe cōfir
memur: et tanti antiſtitis glīoſis
meritis bona cultorib⁹ eius a tua
largitate fideliter ꝓmiſſa: et poſt
hanc vitā eterna gaudia obtine-
re mereamur. Per dn̄m. Secreta.

Munera tibi dn̄e dicāda ſan-
ctifica: et intercedēte btō he
raſmo martyre tuo atq̧ pōtifice
celeſtibus remedijs faciat eſſe cō-
ſortes. Per dn̄m noſtrū. Cōplēda

Sumptis dn̄e ſacramētis q̄s
intcedēte btō heraſmo mar
tyre tuo atq̧ pōtifice ad redēptio
nis eterne ꝓficiam⁹ augmētū. P.

¶ Bonifacij et ſocioꝝ ei⁹. Si ante
pēthe. venerit: totū offi. vts. Gor-
diani et epimachi: p̄ter collectas
⁊ epiſtolam. Introitus.

Multe tribulatiōes iu-
ſtorū: et de hijs oīb⁹
liberauit eos dn̄s: do
min⁹ cuſtodit oīa oſ-
ſa eoꝝ: vnū ex hijs nō
cōteretur. Ps. Benedicā dn̄m in oī tp̄e
ſemꝑ laus eius in ore meo. Gloria. Col.

Deus q̄ multitudinē popu-
lorū btī bonifacij pōtificis
⁊ ſocioꝝ ei⁹ inſtātia ad agnitionē
tui noīs vocare dignatus es: cōce
de ꝓpitius: vt quoꝝ ſolēnia coli-
mus: etiā p̄rocinia ſentiam⁹. Per
Ep̄la. Scti ꝑ fidem. In cōi fo. vij.
Gr. Glorioſ⁹ de⁹ ī ſctis ſuis: mirabilis in
maieſtate faciēs ꝓdigia. V. Dextera tua
dn̄e glrificata eſt ī virtute; dextera man⁹
tua cōfregit inimicū. Allā. V. Letamī
ī dn̄o et exultate iuſti: ⁊ gl̄iamī oēs recti
corde. Secre.

Accepta ſit ī cō-
ſpectu tuo q̄s dn̄e nr̄e humi
litatis oblatio: et ſctōꝝ martyrū
tuoꝝ bonifacij/eobani/atq̧ atha
larij/ et ſociorū eoꝝ fiat ſupplica-
tione ſalutaris: ꝑ quorū ſolēnita
te tue maieſtati defertur. Per do-
minum noſtrū ieſum xp̄m. Cōm.
Dico aūt vobis amicis meis/ ne terrea-
mini ab hijs q̄ vos ꝑſequūtur. Cōple.

Supplices te rogam⁹ oīps de⁹
vt interuenientibus ſanctis
tuis bonifacio/eobano atq̧ atha
lario/ſocijſq̧ eoꝝ: in quorū cōme-
moratione hec celeſtia ſūpſim⁹ ſa
cramēta: tua in nobis dona mul-
tiplices: et vitā nr̄am ab oī aduer
ſitate defēdas. Per dn̄m noſtrū.

¶ Medardi epiſcopi. Collecta.

Deus q̄ ſanctā nob̄ hui⁹ diei
ſolēnitatē ī honore ſcti me
dardi cōfeſſoris tui atq̧ pōtificis
cōſecraſti: adeſto familie tue p̄ci-
bus et dona: vt cui⁹ feſta celebra-
mus: eius meritis ⁊ auxilio ſuble
uemur. Per dn̄m noſtrū. Secreta

Oblata q̄s dn̄e mūera populi
fidelis merit̄ btiſſimi cōfeſ-
ſoris tui medardi tibi reddāt ac-
cepta: vt ab oī cōtagione petī: hijſ
dē q̄b⁹ famulamur myſterijs: cle-
mēter emūdari mereamur. Per.
Cōplē.

Omnipotens ⁊ miſeri-
cors deus: qui beatum me
dardum confeſſorem tuum atq̧
pontificem terrena oblectamen
ta ſuperare feciſti: concede vt qui
eius feſtiuitatis annue diem cele
bramus: inſuperabiles tua prote
ctione ab hoſtis inſidijs munea-
mur. Per dn̄m noſtrū ieſū xp̄m
filium tuū. Qui tecū viuit et reg.

¶ Primi et feliciani. Introitus.

Sapientiā ſctōꝝ nar-
rant populi et laudē
eoꝝ nūciat eccl'ia: no
mina aūt eoꝝ viuēt
in ſeculū ſeculi. ps. Ex
ultate iuſti in dño: rectos decet collauda
tio. Gloria patri et filio: et ſpi. Collecta
Hac nos dñe q̄s ſctōꝝ tuoꝝ p̄-
mi et feliciani ſemp feſta ſe
ctari: quoꝝ ſuffragijs ꝓtectionis
tue dona ſentiamꝰ. Per. Ep'la. Be
nedictus deꝰ. In cōi fo. viij. Gr. Iu
ſtoꝝ anie in manu dei ſūt: et nō tāget il
los tormētū malicie. V. Viſi ſunt oculis
inſipientium mori: illi autē ſunt in pace.
Alla. V. Sancti tui dñe benedicēt te:
gloriā regni tui dicēt. Euāget. Vidēs
ieſus turbas. In cōi fo. viij. Offer.
Mirabilis deꝰ in ſanctis ſuis: deꝰ iſrael
ipſe dabit virtutem et fortitudinem ple
bi ſue/ benedictus deus. Secreta.
Fiat dñe q̄s hoſtia ſacrāda
placabilis p̄cioſi celebrita-
te martyrij: que et pctā noſtra pu
rificet: et tuorū tibi vota conſiliet
famulorum. Per dñm. Cōio. Ego
vos elegi de mundo: vt eatis et fructū af
feratis: et fructus veſter maneat. Cōpl.
Queſumus oēs deus: vt ſctō
rū tuoꝝ celeſtibꝰ myſterijs
celebrata ſolēnitas: īdulgētiā no
bis tue ꝓpiciatiōis acq̄rat. Per.
¶ Barnabe apl'i. Si ante penthe.
venerit: totū offi. vtē. Marci euā
geliſte. p̄ter coll'. et ep'lam. Introi.
Michi autē nimis ho-
norati ſūt amici tui
deus: nimis cōforta-
tus eſt principatꝰ eo
rum. ps. Dñe probaſti
me et cognouiſti me: tu cognouiſti ſeſſio
nem meam. Gloria patri et filio. Coll'.
Deus cuius ſpū monēte bea
tus barnabas apl's vna cū
paulo ſegregatus eſt electiōe ſup-
na: ad p̄dicandū gētibꝰ euāgeliū
xp̄i filij tui: cōcede ꝓpitius: vt gen
tium populus eū piū apud miſe-
ricordiā tuā interceſſorē ſentiat:
quem eterne vite te largiēte me-
ruit habere p̄dicatorē. Per eūdē.
Lectio actuum apoſtolorum. xiij
In diebus illis. Cōuenit vni-
uerſa ciuitas audire v̄bū dei
Vidētes aūt turbas iudei repleti
ſunt zelo: et cōtradicebāt hijs q̄ a
paulo dicebātur blaſphemātes.
Tūc cōſtanter paulꝰ ⁊ barnabas
dixerūt. Vobis oportebat primū
loq̄ verbū dei: ſed qm̄ repellitis il
lud et indignos vos iudicatꝪ eter
ne vite: ecce cōuertimur ad gētes.
Sic eni p̄cepit nobis dñs. Poſui
te in lucē gētiū: vt ſis ī ſalutē vſq̄
ad extremū terre. Audiētes autē
gētes gauiſe ſūt: et gl'ificabāt ver
bū dñi: et crediderunt quotquot
erāt p̄ordinati ad vitā eternam
Diſſeminabatur aūt v̄bū dñi p
vniuerſam regionē. Iudei aūt cō
citauerūt religioſas mulieres et
honeſtas et primos ciuitatis/ ⁊ ex
citauerūt pſecutionē in paulū et
barnabā: ⁊ eiecerūt eos de finibꝰ
ſuis. At illi excuſſo puluere pedū ī
eos/ venerunt iconiū. Diſcipuli
quoq̄ replebātur gaudio: et ſpū
ſctō. Gr. In oēm terrā exiuit ſonꝰ eorū
⁊ in fines orbis terre verba eorū. V. Celi
enarrāt gl'iam dei: et opera manuū eius
annūciat firmamētū. Alla. V. Per ma
nus aūt apoſtoloꝝ fiebāt ſigna ⁊ ꝓdigia

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3

multa in plebe. Euãge. Deſignauit dñs. In cõi fol. iij. Credo. Offr. In omnẽ terram exiuit ſonus eorũ:et in fines orbis terre verba eorũ. Secreta.

PReſentia munera q̄s domine placido vultu intuere: ⁊ preſta: vt ſcti ſpũs ꝑfũdatur benedictione:et in nr̃is cordibus eã dilectionẽ validius infũdãt: ꝑ quã ſanctus apl̃s tuus barnabas oĩa oblectamẽta mũdi deuicit. Per. In vnitate eiuſdem. Prefatio. de aplis:ſi poſt octa. penthe. venerit Cõio. Dico autẽ vobis amicis meis:nẽ terreamini ab hijs q̃ vos ꝑſequuntur.

BEati barnabe apl̃i Cõplẽ. tui nos q̄s dñe feſta tueantur: et eius tue maieſtati cõmendet oratio veneranda. Per dñm.

¶ Odulphi cõfeſſoris. Introitus.

OS iuſti meditabitur ſapientiã: et lingua eius loquet᷑ iudiciũ lex dei eius in corde ipſius. Ps. Noli emulari in malignantibus: neq3 zelaueris facientes iniquitatem. Gloria patri. Col.

EXaudi dñe p̄ces nr̃as quas in ſancti odulphi cõfeſſoris tui ſolennitate deferimus: et q̃ digne tibi meruit famulari:eius intercedẽtibus meritis ab om̃ibus nos abſolue pctis. Per. ¶ Eodem die baſilidis et ſociorũ eius. Coll.

SAnctorũ martyrũ tuoꝝ baſilidis/cirini/naboris/ et nazarij: q̄s dñe natalicia nob᷒ votiua reſplendeãt: et qđ illis cõtulit excellẽtia ſempiterna: fructib⁹ nr̃e deuotiõis accreſcat. Per do. Epl̃a Beatus vir q̃ in ſapia morabitur. In cõi fo. r. Gr. Dñe p̄ueniſti eũ i benedictionibus dulcedinis:poſuiſti in capite eius/coronã de lapide p̄cioſo. V. Vitã petijt ⁊ tribuiſti ei:longitudinẽ dierũ in ſeculũ ſeculi. Alla. V. Judicabũt ſcti nationes et dñabũtur populis:et regnabit illorũ rex in eternũ. Euãgel. Vigilate q̃a neſcitis. In cõi fo. r. Offr. Deſideriũ aĩe ei⁹ tribuiſti ei dñe:et volũtate labiorũ ei⁹ nõ fraudaſti eũ: poſuiſti in capite ei⁹/ coronam de lapide p̄cioſo.

SAncti odulphi cõfeſ Secre. ſoris tui q̄s dñe annua ſolennitas pietati tue nos reddat acceptos: vt ꝑ hec pie placatiõis officia: et illũ beata retributio comitet:et nob᷒ grẽ tue dona cõciliet. Per. ¶ Alia ſecre. baſilidis et ſo.

PRo ſanctoꝝ tuorũ baſilidis cirini/nabor᷒/⁊ nazarij/ſanguine venerando hoſtiã tibi dñe ſolẽniter immolamus/tua mirabilia ptractantes: ꝑ que talis eſt ꝑfecta victoria:preſta q̄s:vt ⁊ vincula noſtre prauitatis abſoluat ⁊ tue mie nob᷒ dona cõciliet. Per Cõio. Beat⁹ ſeruus quẽ cũ venerit dñs inuenerit vigilantẽ; amẽ dico vob᷒/ ſup oĩa bona ſua conſtituet eũ. Cõplenda

DEus fideliũ remunerator aĩaꝝ: p̄ſta vt beati odulphi confeſſoris tui/cui⁹ venerandã celebramus feſtiuitatẽ p̄cib⁹ indulgentiam cõſequamur. Per dñm. ¶ Alia cõplẽda baſilidis et ſo. et

SEmp dñe ſctõꝝ martyrũ tuorũ baſilidis/ cirini/ naboris/ ⁊ nazarij ſolẽnia celebrem⁹:vt eorũ p̄rocinia iugit᷑ ſentiam⁹. Per. ¶ Felicule virginis. Collecta

INdulgẽtiã tuã nobis dñe q̄s

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag
226 A 3

beata vgo felicula imploret: que tibi grata ſemꝑ extitit et merito caſtitatis: ⁊ tue ꝓfeſſiōe v̉tutis. P.

Secre. Hec dona q̄s dn̄e pla catus intēde: q̄bus et ſūmū ſacrificiū cōtinetur: et morte p̄cioſa hoſtia martyr꜡ tue felicule tibi placita cōſecratur. Per.

Cōplēda. Hec nos grā tua dn̄e q̄s ſemper exerceat: vt et q̄ ſumpſimus diuinis inſtaurēt corda nr̄a myſterijs: ⁊ martyris tue felicule cōmemoratione letificent. Per.

Viti et modeſti. Introitus.

Laudate pueri dn̄m: laudate nomen dn̄i: q̄ habitare facit ſterilem in domo / matrē filioꝝ letantem. Ps. Sit nomen domini benedictum: ex hoc nūc et vſq̧ in ſeculum. Gloria pri.

Col. Da eccleſie tue q̄s dn̄e intercedētibus ſc̄tis tuis vito / modeſto / atq̧ creſcētia ſuperbe nō ſapere: ſed tibi placita humilitate ꝓficere: vt proterua deſpiciēs: queq̧ matura ſunt / libera exerceat charitate. Per.

Ep̄la. Rememoramini. In cōi fo. vij. Gr. Anīa noſtra ſicut paſſer erepta eſt de laqueo venātiū. V. Laqueus contritus eſt: et nos liberati ſumus. Adiutoriū noſtrū in nomie dn̄i: qui fecit celū et terrā. Alla. V. Laudate pueri dn̄m: laudate nomē dn̄i. ſi. nomē dn̄i benedictū: ex hoc nūc ⁊ vſq̧ in ſeculū.

Euangel. Nolite arbitrari. In cōi fo. vij. Offer. Anīa nr̄a ſicut paſſer erepta eſt / de laqueo venātiū: laqueus cōtritus eſt: et nos liberati ſumus.

Secreta. Sicut gloriā diuine potentie munera ꝓ ſc̄tis oblata teſtātur: ſic nob꜡ effectū dn̄e tue ſaluationis impendāt. Per.

Cōio. Dico aūt vob꜡ amicis meis: ne terreamini ab hijs qui vos perſequuntur.

Cōplēda. Refecti dn̄e benedictiōe celeſti q̄s: vt ꝑ interceſſionē ſc̄toꝝ vīti / modeſti / et creſcētie medicina ſacramēti huius ⁊ corporib꜡ noſtris proſit et mentibus. Per.

Marci et marcelliani. Introit꜡.

Salus autē iuſtorum a dn̄o: et protector eorū eſt in tēpore tribulationis. Ps. Noli emulari in malignātib꜡: neq̧ zelaueris faciētes iniq̄tatē. Gl̄ia.

Coll. Preſta q̄s op̄s de꜡: vt q̄ ſc̄toꝝ tuoꝝ marci et marcelliani natalicia colim꜡: a cūctis malis īminētib꜡ eoꝝ īterceſſiōib꜡ liberemur. Per.

Ad theſſalonicēſes. ij. c. Fratres. Grās agere debemus ſemꝑ deo ꝓ vobis: ita vt dignū eſt: quoniā ſupcreſcit fides vr̄a: ⁊ abūdat charitas vniuſcuiuſq̧ veſtrum in inuicē: ita vt ⁊ noſipſi in vobis gloriemur in eccleſijs dei ꝓ paciētia veſtra: ⁊ fide in oībus perſecutionibus veſtris ⁊ tribulatiōibus quas ſuſtinetis in exemplū iuſti iudicij dei: vt digne habeamini in regno dei: pro quo et patimini. Si tamē iuſtum eſt apud deū: retribuere retributionē hijs q̄ vos tribulant. Et vobis qui tribulamini requiem nobiſcū: in reuelatiōe dn̄i ieſu de celo cū angelis virtutis eius in flāma ignis dātis vindictā: hijs qui nō nouerūt deum: ⁊ qui nō obediūt euāgelio dn̄i nr̄i ieſu chriſti.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3

Qui penas dabūt in interitu eter
nas a facie domini: ⁊ a glīa virtu
tis eius: cū venerit glīficari ī ſctis
ſuis: et admirabilis fieri in oīb⁹ q̇
crediderūt ꝑ dn̄m: ieſū xp̄m. Gr.
Exultabunt ſcti in gloria: letabūtur ī cu
bilib⁹ ſuis. ꝟ. Cātate dn̄o canticū nouū:
laus ei⁹ in eccleſia ſctoꝝ. Alla. ꝟ. Scti
tui dn̄e benedicent te: gloriā regni tui di
cent. Euāge. Attēdite a fermento.
In cōi ſo. v. Offꝫ. Aia noſtra ſicut paſ
ſer erepta eſt de laqueo venātiū: laque⁹
cōtritus eſt/⁊ nos liberati ſum⁹. Secre.

SVſcipe dn̄e munera tuorum
populorū votiua: ⁊ ſanctoꝝ
marci et marcelliani tibi ꝓcibus
grata eſſe concede: ꝓ quoꝝ ſolēni
tatib⁹ offerūtur. Per dn̄m. Cōio.
Amen dico vobis/ ꝙ vni ex minimis me
is feciſtis michi feciſtis: venite benedicti
patris mei: poſſidete paratum vobis re
gnum ab initio ſeculi. Complenda.

SAlutaris tui dn̄e munere ſa
ciati ſupplices exoramus: vt
cuius letamur guſtu/renouemur
effectu. Per dn̄m noſtrū ieſū xp̄m

¶ Geruaſij et prothaſij. Introit⁹

LOquetur dn̄s pacē i
plebē ſuā: ⁊ ſup ſctōs
ſuos: et ī eos q̇ cōuer
tuntur ad ipſum. Ps.
Benedixiſti dn̄e terrā tuā
auertiſti captiuitatē iacob Gloria. Col.

SAnctorū martyrū tuoꝝ nos
dn̄e geruaſij et prothaſij cō
feſſio btā cōciliet: ⁊ fragilitati no
ſtre ꝑſidiū dignāter exoret. Per.
Epla. Sancti ꝑ fidē. In cōi ſo. vij.
Gr. Iuſtorum anime in manu dei ſunt:
et non tanget illos tormentum malitie.
ꝟ. Viſi ſunt oculis inſipiētium mori: illi
autē ſunt in pace. Alla. ꝟ Letamini in
dn̄o et exultate iuſti: et glīamini oēs re
cti corde. Euāg. Ecce ego mitto. In
cōi ſo. viij. Offꝫ. Letami ī dn̄o et exul
tate iuſti: et glīami oēs recti corde. Sec.

COncede nobis oīp̄s deus: vt
hijs munerib⁹ que ꝓ ſctōꝝ
martyrū tuoꝝ geruaſij et ꝓthaſij
honore deferim⁹: et te placem⁹ ex
hibitis: et nos viuificemur acce
ptis. Per dn̄m. Cōio. Poſuerūt mor
talia ſeruorū tuorū dn̄e eſcas volatilib⁹
celi: carnes ſanctoꝝ tuorum beſtijs terre/
ſcdm magnitudinem brachij tui poſſide
filios morti punitorum. Complenda.

DA q̄s oīp̄s deus: vt myſterio
rū tuoꝝ virtute ſaciati: ſctō
rū martyrū tuoꝝ geruaſij ⁊ ꝓtha
ſij orōnib⁹ vita nr̄a firmet᷑. Per.

¶ Albani martyris. Collecta.

PReſta q̄s oīp̄s de⁹: vt q̇ bti al
bani martyꝛ tui glioſa me
rita veneramur: ei⁹ apud te meri
tis ⁊ ꝓcib⁹ ſemꝑ muniamur. Per.

PReſta nobis q̄s oīp̄s (Secr.
deus: vt nr̄e humilitatꝭ ob
latio: et ꝓ tuorū tibi grata ſit ho
nore ſctōꝝ: et nos corpore parit et
mēte purificet. Per. Complenda.

TVa ſancta ſumentes queſu
mus domine: vt beati alba
ni martyris tui nos foueant cōti
nuata preſidia. Per dn̄m noſtrū.

¶ Decē miliū martyrū. Introit⁹

SAlus autem iuſtorū
a domino: et ꝓtector
eorum eſt ī tempore
tribulationis. Ps. No
li emulari in malignanti
bus: neqꝫ zelaueris facientes iniquita
tem. Gloria pr̄i et filio: et ſpi. Collecta.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag
226 A 3

Deus q̄ ad imitandū ſancte paſſiōis tue exemplū decē milia martyꝛū crucis patibulum ſubire feciſti: cōcede ꝓpitius: vt q̄ eoꝝ paſſionē veneramur: paſſionis tue remedia conſeq̄mur. Qui vi. ¶ Eodem die albini mar. Col.

Preſta q̄s oīps deus: q̄ ſanctū albinum martyrē tuū: ⁊ ſocios eius eadē tēpeſtate cōpaſſos martyꝛij corona ſublimari voluiſti: vt queādmodū deuotā ipſoꝝ paſſiōis agimus memoriā: ſic eorū ſublimia apud te ſentiam⁹ patrocinia. Per. Epla. Sancti p fidē In cōi fo. vij. Gr. Exultabunt ſancti in gloria; letabūtur in cubilibus ſuis. ṽ. Cantate dn̄o canticū nouū; laus eius in eccleſia ſanctoꝝ. Alla. ṽ. Judicabunt ſancti nationes et dn̄abūtur populis: et regnabit illoꝝ rex in eternū. Prẽntia

Digne recolūt² digni/ chriſti martyres benigni/ poꝛtitores ſacri ſigni/ ſcti decē milia. Ex terreſtrib⁹ celeſtes/ ſiūt crucifixi teſtes/ ſpernūt terrenoꝝ veſtes/ fulti dei gr̄a. Conuenerunt cū romanis/ ceſares cū viris vanis/ īmolare dijs ꝓphanis/ ꝓ vincēdis hoſtibus. Sufratēſes gadereni/ vt rebellione pleni/ armis bellicis ſereni/ ſtabāt in agminib⁹. Motis caſtris adrianus/ et anthoni⁹ romanus/ aduerſarioꝝ manus/ fugiūt de ꝑlio. Militares aūt viri/ ꝓſtite rūt inſtar cyri noue mille actu miri/ miſſo celi nūcio. Juuenis hijs apparebat/ q̄ audiri ſe monebat/ ⁊ in fide iſtruebat/ alloquēs achatiū. Lacū hoſtes incurrebāt/ nā ab angelo timebāt/ q̄ reſiſtere volebāt/ petūt ꝑcipitiū. Intercēptis inimicis/ erat angel⁹ amicis/ obuī vite dās felicis/ velut ieſus medi⁹. Ararath tūc ꝑuenerūt/ angeliq̄ deſcēderūt/ ſeptē numero fuerūt/ vnde ſtupoꝛ nimi⁹. Mira illic narrabātur/ hinc pctā plāgebātur angeliq̄ ferebantur/ a ſctoꝝ oculis. Ad futura aīati/ q̄rebāt² hij bti principeſq̄ ſūt turbati/ cū eoꝝ populis. Reges ꝗnq̄ demādantur/ vt ſic ſcti occidātur/ veniūt et trucidātur/ diris cruciatib⁹. Tūc in martyꝛū agone/ ſicut xp̄i paſſiōe/ ante punctū hoꝛe none/ ſigna patēt oībus. Ydolis nō offerebant vnde mille cōuertebāt/ vitā cruce finiebāt/ pares ſuo dn̄o. Recte tales recolūtur/ quoꝝ ꝑces nō pellūtur/ ſed ī celis audiūtur/ ſine finis termino. Uiros iſtos inuocem⁹/ hoꝝ feſtū celebꝛemus/ paſſionē ꝑtractem⁹/ habituri gl̄iam. Martyres ꝓ ieſu paſſi/ nobis q̄ nūc ſum⁹ baſſi/ ne deficiam⁹ laſſi/ impetrate gr̄am. Amē. Euāg. Vidēs ieſus turbas. In cōi fo. viij. Offer. Letamī ī dn̄o et exultate iuſti: ⁊ gl̄iamī oēs recti corde. Secre.

Sancte ſanctoꝝ deus qui ſpiritalia cariſmata indefeſſa pietatis largitate diſtribuis: ſup has q̄s tibi offerim⁹ hoſtias ſerenus ac ꝓpiti⁹ ſanctificādo queſumus reſpice: vt quod nr̄is merit⁹ obtinere nō poſſum⁹ intercedēte btō ermolao/ ſocijſq̄ eius tuā clemētiā miſeratiōis nobis hoſtiaꝝ vtute ipetrem⁹. Per. ¶ De ſancto albino. Alia ſecreta.

Hec hoſtia ſalutaris q̄s dn̄e quā in ſancti albini marty

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3

ris tui/ſociorūq; eius cōpaſſoꝝ ve
neranda cōmemoratiōe tue ma=
ieſtati ſuppliciter offerimus: et li
gamina noſtre prauitatis abſol=
uat: et nobis tue miſericordie ca=
riſmata tribuat. Per. Cōio. Poſue
rūt mortalia ſeruorū tuorū dñe eſcas vo
latilibus celi: carnes ſanctorū tuorū be=
ſtijs terre: ſcdm magnitudinem brachij
tui poſſide filios mortipunitorū. Cōpl.

SIcut dediſti dñe deus man=
na in deſerto gratuito mu
nere ingratis et immeritis: ita p̄=
cibus beatorū martyrū decē mi=
liū elpadū: tribue nobꝫ cibū eter=
ne ſalutis: et totius remediū ad=
uerſitatis. Per dñm noſtrū ieſū.
¶ Alia cōplēda de ſancto albino.

QVeſumus ops̄ ꝛ miſericors
deus: vt quos in ſanctorū
tuoꝝ venerāda memoria de tuis
ſacris donis ſaciaſti: ꝑ hec indul=
gentiā tue propitiationis conſeq̄
mereamur. Per. ¶ In vigilia ſan
cti iohannis baptiſte. Introitus.

NE timeas zacharia/
exaudita eſt oratio
tua: et elizabeth vx=
or tua pariet tibi fi=
liū ꝛ vocabis nomē
eius iohānē: ꝛ erit magnus corā
dño: et ſpiritu ſctō replebitur ad=
huc ex vtero matris ſue: et multi i
natiuitate eiꝰ gaudebūt. Ps. Dñe i
virtute tua letabitur rex: et ſup ſalutare
tuū exultabit vehemēter. Gloria. Coll.

DReſta queſumus ops̄ deus
vt familia tua ꝑ viā ſalutis
incedat: et beati iohannis p̄curſo
ris chriſti hortamēta ſectādo: ad
eū quē p̄dixit ſecura ꝑueniat: Do

minū nr̄m ieſū xp̄m filiū tuum.
Qui tecū. Lectio hieremie ꝓphe. i.

IN diebus illis. Factū eſt ver
bū dñi ad me dicēs. Priuſq̄
te formarē i vtero noui te: ꝛ anteq̄
exires de vulua ſanctificaui te: et
prophetā in gentibus dedi te. Et
dixi. A/a/a/ dñe deus ecce neſcio lo
qui: q̄a puer ego ſū. Et dixit dñs
ad me. Noli dicere q̄a puer ego ſū
quoniā ad oīa que mittā te/ ibis:
et vniuerſa quecunq; mādauero
tibi/ loquerꝭ. Ne timeas a facie eo
rū: quia tecū ego ſum/ vt eruā te
dicit dñs. Et miſit dñs manū ſuā
ꝛ tetigit os meum: et dixit ad me:
Ecce dedi verba mea in ore tuo:
ecce cōſtitui te hodie ſup gētes et
ſup regna: vt euellas/ et deſtruas
ꝛ diſperdas/ et diſſipes/ ꝛ edifices
et plantes. Dicit dñs: omps̄. Gr.
Fuit homo miſſus a deo: cui nomē iohā
nes erat/ hic venit. V. Vt teſtimoniū phi
beret de lumine: et pararet dño plebē ꝑ
fectam. Si dñica fuerit. Alla. V. Le
tabitur iuſtus in domino et ſperabit in
eo: et laudabuntur oēs recti corde. Ini
tium ſancti euāgelij ſcdm lucā. i

FVit i diebus herodis regis
iudee/ ſacerdos quidā noīe
zacharias de vice abya: et vxor il
lius de filiabꝰ aaron: et nomē eiꝰ
elizabeth. Erant autē iuſti ambo
ante deū: incedētes in oībꝰ māda
tis ꝛ iuſtificatiōibꝰ dñi ſine q̄rela.
Et nō erat illis filiꝰ: eo ꝙ eſſet eli
zabeth ſterilis: et ambo ꝓceſſiſſet
in diebus ſuis. Factū eſt aūt cū ſa
cerdotio fūgeretur zacharias in
ordine vicis ſue ante deū ſcdm cō
ſuetudinē ſacerdotij ſorte exijt vt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag
226 A 3

intenſum poneret/ ingreſſus ĩ tẽ-
plũ dñi. Et oĩs multitudo popu-
li erat orans foris: hora incẽſi. Ap
paruit aũt illi angelus dñi: ſtans
a dextris altaris incẽſi. Et zacha-
rias turbatus eſt vidẽs: et timor
irruit ſup eũ. Ait aũt ad illũ ange
lus Ne timeas zacharia: qm̃ exau
dita eſt dep̃catio tua. Et uxor tua
elizabeth pariet tibi filiũ: et voca
bis nomẽ ei⁹ iohãnẽ. Et erit gau
diũ tibi et exultatio: et multi ĩ na
tiuitate ei⁹ gaudebũt. Erit enim
magn⁹ corã dño: et vinũ et ſicerã
nõ bibet. Et ſpũ ſctõ replebi' ad-
huc ex vtero m̃ris ſue: ⁊ multos fi
liorũ iſrl' cõuertet ad dñm deum
ipſorũ. Et ipſe p̃cedet ante illũ in
ſpũ et v̓tute helye: vt cõuertat cor
da patrũ ĩ filios: ⁊ incredulos ad
prudẽtiã iuſtoꝝ. Parare dño: ple-
bẽ perfectã. Offer. Gloria ⁊ honore co
ronaſti eum: et cõſtituiſti eum ſuper ope
ra manuum tuarum domine. Secreta

Munera dñe oblata ſctifica: ⁊
intercedẽte btõ iohãne ba-
ptiſta: nos p̱ hec a pctõꝝ nr̃oꝝ ma
culis emũda. Per. Cõio. Magna eſt
gl̃ia ei⁹ in ſalutari tuo dñe: gl̃iam ⁊ ma-
gnũ decorẽ impones ſup eũ dñe. Cõpl.

Beati iohãnis baptiſte nos
dñe p̃clara comitet' orõ: et
quẽ vẽturũ eſſe p̃dixit/ poſcat no-
bis fore placatũ: Dñm nr̃m ieſũ
xp̃m filiũ tuũ Qui te. ❡ In die ſan
cti iohannis baptiſte. Introitus.



De ventre
matris
mee vo-
cauit me
dñs noĩe
meo ⁊ poſuit os meũ vt gladium
acutũ: ſub tegumẽto manus ſue
p̱texit me: poſuit me quaſi ſagit-
tã electã. Ps. Bonũ eſt confiteri dño: ⁊
pſallere noĩ tuo altiſſime. Gloria. Coll.

Deus qui preſencẽ diem ho-
norabilẽ nobis in beati io-
hãnis baptiſte natiuitate feciſti:
da populis tuis ſpiritualiũ gra-
tiam gaudiorũ: et oĩm fidelium
mẽtes dirige in viam ſalutis eter
ne. Per dñm. ❡ Infra octauam.

Omñs ſempiterne de⁹: da cor
dib⁹ nr̃is illã tuaꝝ ſeq̃ recti-
tudinẽ ſemitarũ: quã beatus io-
hãnes ĩ deſerto vox clamãtis edo
cuit. Per dñz. Lec. iſaie pphe.

Hec dicit dñs de⁹. Audite in-
ſule: ⁊ attẽdite populi de lõ
ge. Dñs ab vtero vocauit me: de
vẽtre matris mee recordatus eſt
nominis mei. Et poſuit os meũ
quaſi gladium acutum. In vm-
bra manus ſue protexit me: et po
ſuit me ſicut ſagittam electam: in
pharetra abſcõdit me: et dixit mi
chi. Seruus meus es tu iſrael: q̃a
in te gloriabor. Et nunc hec dicit
dominus: formãs me ex vtero ſer
uum ſibi. Dedi te in lucẽ gentiũ
vt ſis ſalus mea vſq₃ ad extremũ
terre. Reges videbunt et conſur-
gent principes: et adorabũt dñm
deum tuum/ et ſanctũ iſrael: qui
elegit te. Gr. Priuſq̃ꝫ te formarem in
vtero noui te; et anteq̃ꝫ exires de ventre
ſanctificaui te. V⁹. Miſit dominus ma-
num ſuam: et tetigit os meum/ et dixit
michi. Alleluya. V. Tu puer prophe-
ta altiſſimi vocabeꝛ̃is: preibis ante domi-
num parare vias eius. Sequentia.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3

SAncti baptiſte xp̄i preconis.
Solēnia celebrātes/morib⁹
ipſum ſeq̄mur. Et ad vitā quā p̄
dixit/ aſſeclas ſuos ꝑducat. De-
uoti te ſctiſſime hoīm amice ieſu
xp̄i flagitam⁹/ vt gaudia ꝑcipia-
mus. Apparēſq; zacharie gabri-
el repromiſit/q̄ tuā celebrarēt ob-
ſequijs natiuitatē Ut ꝑ hec feſta
etna gaudia adipiſcamur. Qua
ſctī dei ſacris delicijs/leti congau
dēt. Tu q̄ p̄paras fideliū corda:
ne q̄d deuiū vel lubricū/deus ī eis
inueniat. Te depoſcimus: vt cri-
mina nr̄a et facinora cōtinua p̄ce
ſtudeas abſoluere. Placatus vt
ipe ſuos/ſemp iuſſere fideles. Et
māſionem in eis facere dignetur
Ut agni vellere quē tuo digito.
Mūdi mōſtraueras tollere crimi
na/nos velit īduere. Et ipſū me-
reamur/ angelis aſſocij. In alba
veſte ſeq̄ ꝑ portā clariſſimā Ami
ce chriſti iohānes. Scdm lucam. i

IN illo tpe. Elizabet impletū
eſt tēpus pariēdi: et peperit
filiū. Et audierūt vicini et cogna
ti eius: q̄a magnificauit dn̄s miſe
ricordiā ſuā cū illa: et congratula
bātur ei. Et factū eſt ī die octauo/
venerūt circūcidere puerū: et vo-
cabant eū noīe patris ſui zacha-
riā. Et reſpōdēs mater eius/dixit
Nequaq̄: ſed vocabitur iohānes
Et dixerūt ad illā. Quia nemo eſt
in cognatione tua: q̄ vocetur hoc
noīe. Innuebāt aūt p̄ri eius: quē
vellet vocari eū. Et poſtulās pu-
gillarē ſcripſit dicēs. Iohānes eſt
nomē eius. Et mirati ſūt vniuer-
ſi. Apertū eſt autē illico os eius: ⁊
lingua eius ⁊ loquebatur benedi
cens deū. Et factus eſt timor ſup
oēs vicinos eoꝝ: et ſup oīa mōta
na iudee diuulgabātur oīa vba
hec. Et poſuerūt oēs q̄ audierant
in corde ſuo/ dicētes. Quiſputas
puer iſte erit? Eteni manus dn̄i
erat cū illo. Et zacharias p̄r ei⁹ re
plet⁹ eſt ſpū ſctō: et ꝓphetauit di-
cens. Benedictus dn̄s deus iſrael
quia viſitauit et fecit: redemptio
nē plebis ſue. Credo nō dr/niſi i
dn̄ica/ et infra octa. ſacramētū et
tūc etiā dicet' prefa. Quia ꝑ incar
nati Offer. Iuſt⁹ vt palma florebit ſicut
cedrus q̄ ī libano eſt m̄tiplicabit'. Pa.

TUa dn̄e muneribus altaria
cumulamus illius natiuita
tē honore debito celebrātes: q̄ ſal
uatorē mundi et cecinit affuturū
⁊ adeſſe mōſtrauit. Dn̄m noſtrū
ieſū xp̄m filiū tuū. Qui te. Cōio.
Tu puer ꝓpheta altiſſimi vocaberis: p̄i
bis eni ante faciē dn̄i parare vias eius.
Cōplā.

SUmat eccl'ia tua de⁹ gr̄ā
beati iohānis baptiſte gn̄a
tione leticiā: ꝑ quē ſue regenera-
tiōis cognouit auctorē. Dn̄m no
ſtrū ieſū chriſtū filiū tuū. Qui te.
Lebuini et radbodi. Introitus.

SAcerdotes dei bene-
dicite dn̄o: ſctī et hu-
miles corde laudate
deū. Ps. Benedicite oīa
opera dn̄i dn̄o: laudate ⁊
ſuperexaltate eū in ſecula. Gloria. Col.

SAnctorū confeſſorū tuoꝝ/ le-
buini/radbodi/atq; adelber
ti: nos dn̄e confeſſio beata cōmē-
det: et fragilitati noſtre ſubſidiū
dignāter exoret. Per. Epla. Iuſti

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag
226 A 3

autē in perpe. In cōi fo. vi. Grad. Exultabūt ſancti in gloria: letabūtur in cubilibꝰ ſuis. ṽ. Cantate dño canticū nouum: laus eiꝰ in eccleſia ſanctoꝝ. Alla. ṽ. Vox exultationis ⁊ ſalutis: in tabernaculis iuſtoꝝ. Sequētia nō dr. Euāge. Sint lumbi veſtri. In cōi fo. ix. Offer. Mirabilis deus in ſctis ſuis deꝰ iſrael: ipſe dabit virtutē et fortitudinem plebis ſue benedictus deus. Secreta.

Concede nos queſumus oīpotens deus: vt hijs muneribus que pro ſanctorū cōfeſſorū tuorū/lebuini/radbodi/ atqꝫ adelberti honore deferimus: et te placemus exhibitis: et nos viuificemur acceptꝭ. Per dñm. Cōio. Gaudete iuſti in domino alleluya: rectos decet collaudatio alleluya. Complenda.

Da q̄s oīps deus: vt myſterioꝝ tuoꝝ virtute ſaciati: ſctōrū confeſſoꝝ tuoꝝ/lebuini/radbodi/atqꝫ adelberti interceſſione firmemur. Per dñm noſtrū ieſum.

¶ Johānis ⁊ pauli martyr. Intro.

Multe tribulatiōes iuſtorū: ⁊ de oībus hijs liberauit eos dñs dominꝰ cuſtodit oīa oſſa eoꝝ vnū ex hijs nō cōteretur. ps. Benedicā dñm in oī tpe: ſemp laus eius in ore meo. Gloria. Col.

Queſumus oīps deus vt nos geminata leticia hꝰ dierne feſtiuitatis excipiat: q̄ de beatorū iohānis et pauli glificatiōe procedit: quos eadē fides ⁊ paſſio vere fecit eſſe germanos Per. Epla. Reſpōdēs vnꝰ de ſenio. In cōi fo. vij. Gr. Ecce q̄ bonū ⁊ q̄ iocundū: habitare fratres in vnū. ṽ. Sicut vnguentū in capite: quod deſcēdit ī barbā barbā aaron ṽ. Mādauit dñs benedictionē: et vitam vſqꝫ in ſeculū. Alla. ṽ. Te martyrū cādidatus: laudat exercitꝰ dñe. Euāg. Attēdite a fermē. In cōi fol. v. Offer. Gloriabūtꝰ ī te oēs q̄ diligūt nomē tuū: qm̄ tu dñe bñdices iuſtꝭ: dñe vt ſcuto bone volūtatis tue coronaſti eos. Secreta

Hoſtias tibi dñe ſctōꝝ martyrū tuoꝝ iohānis et pauli dicatas meritis benignꝰ aſſume: ⁊ ad perpetuū nobis tribue puenire ſubſidiū. Per. Cōio. Et ſi corā hoībus tormēta paſſi ſunt/ deus tētauit eos: et tanq̄ aurū in fornace pbauit eos ⁊ ſicut holocauſta accepit eos. Cōplen.

Sumpſimus dñe ſctōꝝ tuorū iohānis ⁊ pauli ſolēnia celebrātes ſacramenta celeſtia: preſta q̄s: vt qđ tēporaliter gerimꝰ eternis gaudijs conſequamur. Per.

¶ Septem dormientiū. Collecta.

Deus q̄ glorioſos reſurrectionis tue p̄cones ſeptē dormientes/maximianū/dioniſiū malchum/martinianū/ſerapionē/ cōſtātinum/ ac iohannē magnifice coronaſti: preſta q̄s: vt eorū precibus reſurrectionē ſanctā tuā q̄ in illis mirabiliter preoſtenſa eſt cōſequamur. Per dñm no. Secreta.

Sacrificijs p̄ſentibꝰ dñe q̄s intende placatus: vt intercedētibus ſctīs tuis: deuotioni noſtre proficiant et ſaluti. Per. Cōplēda

Queſumus oīps deꝰ: vt intercedentibus ſanctis tuis illius ſalutaris capiamus effectū: cuius per hec myſteria pignus accepimus. Per dñm noſtrū ieſum chriſtum filium tuū. Qui tecum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3

¶ In vigilia apoſtolorum petri ⁊ pauli. Introitus.

D Ixit dn̄s petro: cum
eſſes iunior cingebas
te ⁊ ambulabas ubi
volebas: cum aūt ſe
nueris/ extēdes ma-
nus tuas: et alius te cinget/ et du-
cet quo tu nō vis: hoc aūt dixit ſi-
gnificans qua morte clarificatu-
rus eſſet deum. Ps. Celi enarrāt glo-
riam dei: ⁊ opera manuū eius annūciat
firmamentū. Gloria pr̄i et filio. Coll'a

D Eus qui nobis beatoꝝ apo
ſtoloꝝ petri et pauli natali-
cia glorioſa preire cōcedis: tribue
q̄s: eoꝝ nos ſemp ⁊ beneficijs p̄ue
niri: et orationib⁹ adiuuari. Per.

¶ Eodē die de ſctō benigno. Coll'.

O Mp̄s ſempiterne de⁹: q̄ nos
beati benigni martyris tui
atq̧ pōtificis ſolēnitate letificas
p̄ſta: ut cuius cōmemoratiōe gau
demus: p̄ſidio muniamur. Per.

¶ Itē eodē die de ſctō leone. Coll'.

D Eus q̄ beatū leonē pōtificē
ſanctoꝝū tuorū meritis coe
quaſti: cōcede ꝓpitius: ut q̄ cōme-
morationis eius feſta percolim⁹:
vite quoq̧ imitemur exēpla. Per
dn̄m noſtrū. Lect. actuu aploꝝ. iij

I N diebus illis. Petrus et io-
hannes aſcendebāt in tēplū
ad horā oratiōis nonā. Et quidā
vir qui erat claudus ex utero ma-
tris ſue baiulabatur: quem pone
bant quotidie ad portā templi/ q̄
dicitur ſpecioſa: ut peteret elemo-
ſynā ab introeūtibus in templū
Is cum vidiſſet petrū ⁊ iohannē:
incipiētes introire in templū: ro-

gabat ut elemoſynā acciperet. In
tuens autē in eū petrus cū iohan
ne/ dixit. Reſpice in nos. At ille in-
tendebat in eos: ſperans ſe aliqd
accepturū ab eis. Petrus autē di
xit. Argentū et aurū nō eſt michi:
quod autē habeo/ hoc tibi do. In
noīe ieſu chriſti nazareni: ſurge et
ambula. Et apprehēſa manu ei⁹
dextera: alleuauit eum. Et proti-
nus cōſolidate ſunt baſes eius et
plante: et exiliens ſtetit/ et ambu-
labat. Et intrauit cū illis in tem-
plum ambulās et exiliens/ et lau-
dans deū. Et vidit oīs popul⁹ eū
ambulantē: et laudantē deū. Co-
gnoſcebant aūt illū: q̄ ipſe erat q̄
ad elemoſynā ſedebat ad ſpecio-
ſam portā templi. Et repleti ſunt
ſtupore et extaſi: in eo qd̄ contige
rat illi. Gr. In omnē terrā exiuit ſon⁹
eorū: et in fines orbis terre verba eorū
V̄. Celi enarrant gloriā dei: et opera ma
nuū eius annūciat firmamētū. Si fue-
rit dn̄ica Alla. V̄. Per manus aūt apo
ſtolorum fiebant ſigna et prodigia mul
ta in plebe. Secundū Iohānē. xxi.

I N illo tēpore. Dixit ieſus ſy-
moni petro. Symon iohan
nis/ diligis me plus hijs: Dicit ei.
Etiā dn̄e/ tu ſcis quia amo te. Di
cit ei. Paſce agnos meos. Dicit ei
iterū. Symon iohannis diligis
me: Ait illi. Etiā dn̄e: tu ſcis quia
amo te. Dicit ei iterum. Paſce ag
nos meos. Dicit ei tertio. Symō
iohannis amas me: Cōtriſtatus
eſt petrus: q̄a dixit ei tertio amas
me. Et dixit ei. Dn̄e tu oīa noſti:
tu ſcis q̄a amo te. Dicit ei. Paſce
oues meas. Amē amen dico tibi:

cũ eſſes iunior cingebas te:et ambulabas vbi volebas. Cũ aũt ſenueris: extẽdes man⁹ tuas/ ⁊ ali⁹ te cinget/et ducet te quo non vis. Hoc aũt dixit: ſignificãs q̃ morte clarificatur⁹:eſſet deũ. Offer. Mihi aũt nimis honorificati ſũt amici tui de⁹: nimis cõfortat⁹ eſt ṗcipat⁹ eoꝝ. Secre.

MVn⁹ populi tui q̃s dñe apoſtolica interceſſiõe ſanctifica:noſq3 a peccatoꝝ noſtrorũ maculis emunda. Per dñm noſtrũ.

¶ Alia ſecreta de ſancto benigno.

ADeſto dñe precibus populi tui:adeſto muneribus:vt q̄ ſacris ſunt oblata myſterijs:ſcti benigni martyris tui tibi placeant interceſſione. Per dñm nr̄m.

¶ De ſancto leone. Alia ſecreta.

ANnue nobis dñe:vt intercedẽte beato leone/ hec nob3 proſit oblatio: quã immolando totius mũdi tribuiſti relaxari delicta. Per dñm. Cõio. Symon iohannis diligis me plus hijs:dñe tu oĩa noſti tu ſcis dñe quia amo te. Complenda.

QVos celeſti dñe alimẽto ſaciaſti: apoſtolic3 itcerceſſiõibus ab omni aduerſitate cuſtodi

¶ Alia cõplenda de ſctõ benigno.

SVmpſim⁹ dñe pignus redẽptionis eterne:ſit nobis q̃s interueniẽte btõ benigno martyre tuo:vite p̄ſentis auxiliũ pariter ⁊ future. Per dñm nr̄m ieſum xp̄m

¶ Itẽ alia cõplẽda de ſctõ leone.

DEus q̃ aĩe famuli tui leonis eterne beatitudis p̄mia cõtuliſti cõcede ꝓpici⁹/vt q̃ pctõꝝ noſtroꝝ põdere p̄mimur: eius apud te precibus ſubleuemur. Per do.

¶ In die ſancto. Introitus.



NVnc ſcio vere q̃a miſit dñs angelum ſuũ:et eripuit me de manu herodis:et de omni expectatiõe plebis iudeorũ. Ps. Dñe probaſti me ⁊ cognouiſti me: tu cognouiſti ſeſſionẽ meã et reſurrectionẽ meã. Gloria patri. Col.

DEus qui hodiernã diẽ apoſtolorũ tuoꝝ petri et pauli martyrio cõſecraſti:da eccl'ie tue eorũ in oĩbus ſeq̃ p̄ceptũ: ꝑ quos religionis ſumpſit exordiũ. Per.

¶ Per octauam. Collecta.

DReſta queſumus oĩps deus: vt nullis nos ꝑmittas perturbatiõib⁹ cõcuti: quos in apoſtolice cõfeſſionis petra ſolidaſti. Per dñm. Lectio actuũ aploꝝ. xij.

IN dieb⁹ illis. Miſit herodes rex man⁹:vt affligeret quoſdam de eccleſia. Occidit aũt iacobũ fratrẽ iohãnis gladio. Vidẽs aũt q̃a placeret iudeis: appoſuit apprehẽdere et petrũ. Erãt autẽ dies azimorũ. Quẽ cũ app̄hendiſſet:miſit in carcerẽ/tradẽſq3 quattuor quaternionib⁹ militũ ad cuſtodiendũ:volens poſt paſcha ꝑducere eũ populo. Et petrus q̃dẽ ſeruabatur in carcere: oratio aũt fiebat ſine intermiſſione ab eccleſia ad deũ pro eo. Cũ aũt ꝑducturus eũ eſſet herodes:in ipſa nocte erat petrus dormiẽs inter duos milites/ vinctus cathenis duab⁹: ⁊ cuſtodes ante hoſtium cuſtodiebant carcerẽ. Et ecce angelus dñi

E

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3

In die Petri et Pauli.

aſtitit ⁊ lumē refulſit in habitacu
lo. Percuſſoq; latere petri: excita-
uit eū dicens. Surge velociter. Et
ceciderūt cathene: de manib⁹ ei⁹.
Dixit aūt angelus ad eū. Precin-
gere: et calcia te caligas tuas. Et
fecit ſic. Et dixit illi. Circūda tibi
veſtimētū tuū: et ſequere me. Et
exiens ſequebatur eū: ⁊ neſciebat
quia verū eſt/ qđ fiebat ꝑ angelū.
Exiſtimabat aūt ſe viſum videre.
Trāſeuntes autē primā et ſecun
dā cuſtodiā: venerūt ad portā fer
reā/ que ducit ad ciuitatē: q̄ vltro
aperta eſt eis. Et exeuntes ꝓceſſe
runt vicū vnū: ⁊ cōtinuo diſceſſit
angelus ab eo. Et petrus ad ſe re-
uerſus/ dixit. Nunc ſcio vere: quia
miſit dn̄s angelū ſuum et eripuit
me de manu herodis: ⁊ de omi ex-
pectatiōe: plebis iudeoꝝ. Gr. Con
ſtitues eos principes ſup oēm terrā: me
mores erunt noīs tui dn̄e. ꝟ. Pro patri-
bus tuis nati ſunt tibi filij: ꝓpterea po-
puli cōfitebuntur tibi. Alla. ꝟ. Tu es
petrus: et ſup hanc petrā edificabo eccle
ſiā meā. ꝟ. Beatus es ſymon petre: quia
caro et ſanguis nō reuelauit tibi/ ſed pa
ter meus qui eſt in celis. Sequentia.
Petre ſūme xp̄i paſtor ⁊ pau
le gētium doctor. Eccleſiā
vr̄is doctrinis illuminatā. Per
circulum terre p̄catus adiuuet ve
ſter. Nā dn̄s petre celoꝝ tibi cla-
ues dono dedit. Armigeꝝ benia
min/ xp̄s te ſcit ſuum vas electum
Mare plāta te petre xp̄s cōculca-
re tue dedit charitati Vmbrā tui
corporis infirmis/ debilibuſq; fe-
cit medicinā. Doctiloquos phi-
loſophos/ te paule xp̄s dat vince-
re ſua voce. Multiplices victori-
as tu paule/ xp̄o ꝑ populos acqui
ſiſti. Poſtremo victis oib⁹ barba
ris/ ad arcē ſūmi ꝑgitis culminis
germanos diſcordes ſub iugo xp̄i
pacatos iam coacturi. Vbi vero
nis feritas principis apl'oꝝ ꝑlȳs
plurimis victores diuerſe te petre
et paule/ addixerat pene mortis.
Te crux aſſociat/ te vero gladius
cruētus mittit xp̄o Se. Mat. xvi.
In illo tpe. Venit ieſus in par
tes ceſaree philippi: et inter-
rogabat diſcipulos ſuos dicens.
Quē dicūt hoīes eſſe filium hoīs?
At illi dixerūt. Alij iohannē bapti-
ſtā: alij autē helyam: alij vō hiere
miā: aut vnū ex ꝓphetis. Dixit il-
lis ieſus. Vos autē quē me eſſe di
citis: Rn̄dēs ſymō petr⁹ dixit. Tu
es xp̄s fili⁹ dei viui. Reſpōdēs aūt
ieſ⁹: dixit ei. Beat⁹ es ſymō bario-
na: q̄a caro ⁊ ſāguis nō reuelauit
tibi: ſed pr̄ me⁹ q̄ ī celis eſt. Et ego
dico tibi: q̄a tu es petr⁹/ et ſup hāc
petrā edificabo eccl'iam meā. Et
porte īferi/ nō p̄ualebūt aduerſus
eā. Et tibi dabo claues regni celo
rū. Et q̄dcūq; ligaueris ſup terrā:
erit ligatū et ī celis. Et q̄dcūq; ſol
ueris ſup terrā: erit ſolutū et in ce
lis. Credo dr̄ ꝑ oct. Offe. Cōſtitues
eos p̄ncipes ſup oēz trā: memores erūt
noīs tui: in oī ꝓgenie et gn̄atiōe. Secre.
Hoſtias dn̄e quas noī tuo ſa
crādas offerim⁹: apl'ica ꝓſe-
quatur oratio: ꝑ quā nos expiari
tribuas et defendi. Per. Prefa. de
aplis. Cōio. Tu es petr⁹ et ſup hāc pe
trā edificabo eccleſiā meā. Cōpl'
Quos celeſti dn̄e alimēto ſa-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3

ciaſti: apoſtolicis interceſſionib⁹
ab om̄i aduerſitate cuſtodi. Per.
¶ In cōmemora. ſctī pau. Introi.

SCio cui credidi et cer-
tus ſū: q̄a potens eſt
depoſitū meū ſerua-
re in illū diē. Ps. Dñe
probaſti me ⁊ cognouiſti
me: tu cognouiſti ſeſſionē meā. Colla.

DEus qui multitudinē gen-
tium beati pauli apoſtoli p̄
dicatiōe docuiſti: da nobis q̄s / vt
cuius natalicia colim⁹: eius apud
te p̄rocinia ſentiam⁹ Per. Poſtea
fit memoria de ſctō iohāne. Colla

OMīs ſempiterne de⁹: da cor
dibus noſtris illā tuarū ſeq̄
rectitudinē ſemitaꝝ: quā beatus
iohānes in deſerto vox clamātis
edocuit. Dñm. De ſcō petro. Col.

DEus q̄ beatū petrū apoſto-
lū a vinculis abſolutū ille-
ſum abire feciſti: noſtroꝝ q̄s abſol
ue vincula peccatoꝝ: et oīa mala
a nobis ꝓpiciatus exclude. Per
dñm noſtrum. ¶ Ad galathas. i.

FRatres. Notū vobis facio
euangelium quod euāgeli
zatū eſt a me: quia nō eſt ſcd̄m ho-
minē. Neq̄ enī ego ab homīe acce
pi illud / neq̄ didici: ſed per reuela-
tionē ieſu chriſti. Audiſtis enī con
uerſationē meā aliquando in iu-
daiſmo: quoniā ſupra modū pſe-
quebar eccleſiā dei: ⁊ expugnabā
illā. Et proficiebā in iudaiſmo ſu
pra multos coetaneos meos ī ge-
nere meo: abundātius emulator
exiſtens paternarū mearū tradi-
tionū. Cū autē placuit ei q̄ me ſe-
gregauit ex vtero matris mee: et
vocauit ꝑ gratiā ſuā: vt reuelaret
filium ſuum in me: vt euāgelizarē
illum in gentibus: cōtinuo nō ac
quieui carni et ſanguini: neq̄ ve-
ni hieroſolymā ad anteceſſores
meos apl'os: ſed abij in arabiam /
⁊ iterum reuerſus ſum damaſcū.
Deinde poſt annos tres / veni hie
roſolymā videre petrum: et māſi
apud eū diebus quindecim. Aliū
autē apoſtoloꝝ vidi neminē: niſi
iacobum fratrē dñi. Que aūt ſcri-
bo vobis: ecce corā deo / quia non
mentior. Gr. Qui operatus eſt petro
in apoſtolatū: operatus eſt et michi iter
gentes: et cognouerūt gratiā dei que da
ta eſt michi. V. Gratia dei ī me vacua nō
fuit: ſed gratia eius ſemp in me manet.
Alla. V. In oēm terrā exiuit ſonus eo-
rū: et in fines orbis terre verba eorum.
Sequētia. Clare ſanctorū. In cōi
ſo. i. Euāge. Ecce nos reliquimus
oīa. In cōi ſo. iij. Offr. Michi aūt ni-
mis honorificati ſunt amici tui deus: ni
mis cōfortat⁹ eſt p̄ncipat⁹ eoꝝ. Secre.

ECcleſie tue q̄s dñe p̄ces ⁊ ho
ſtias apl'i tui pauli commē-
det oratio: vt q̄d pro illius gloria
celebramus: nobis ꝓſit ad veniā.
Per. ¶ De ſctō iohanne Secreta.

TUa dñe muneribus altaria
cumulamus: illius natiuita
tem honore debito celebrantes: q̄
ſaluatorē mūdi: et cecinit affutu-
rum / et adeſſe monſtrauit: Dñm
noſtrū ieſū chriſtū filiū tuū. Qui
tecū. ¶ De ſancto petro Secreta.

OBlatū tibi dñe ſacrificiū in
cōmemoratiōe beati petri
apoſtoli tui: viuificet nos ſemper
⁊ muniat. Per. Prefat. de apoſto-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3

lis. Cōio. Amē dico vobis: φ vos q̄ reli
quiſtis oīa ⁊ ſecuti eſtis me: cētuplū acci
pietis: et vitā eternā poſſidebit᷑. Cōpl.

Ꝺ Erceptis dn̄e ſacramentis/
ſubdito corde rogamus et
petimus: vt intercedēte btō pau
lo apoſtolo tuo nobis proficiant
ad medelā: que ꝑ illius geſta ſunt
paſſione. Per dn̄m noſtrū ieſum.

¶ De ſancto iohāne. Complēda.

S Umat eccleſia tua deus bea
ti iohannis baptiſte genera
tione leticiā: per quē ſue regenera
tionis cognouit auctorem: Dn̄m
noſtrū ieſum chriſtū filium tuū.

¶ De ſancto petro. Complenda.

C Orporis ſacri et p̄cioſi ſan
guinis repleti libamine: q̄s
dn̄e de⁹ noſter: vt qd̄ pia deuotio
ne gerimus: intercedente btō pe
tro apoſtolo tuo/certa redēptiōe
capiamus. Per. ¶ In octa. ſcti io
hānis baptiſte: oia ſicut ī die/ ſed
Credo dr: et prefatio de apoſtolis
ꝓpter octauā apoſtolorū. Colla.

D Eus qui nos annua ſancti
iohānis baptiſte ſolennia
frequentare cōcedis: preſta q̄s: vt
deuotis ea mentibus celebremus



vt ei⁹ patro
cinio ꝓme
merēte: ple
ne capiam⁹
ſecuritatis
augmētū.
Per. Secre.
Tua dn̄e.
otš ī officio
precedenti.
Complēda. Sumat eccleſia. otš.

¶ In viſitatione beate marie vir
ginis. Ad miſſam. Introitus.

G Audeam⁹ om̄es in do
mino diē feſtum cele
lebrantes: in honore
marie v̓ginis: de cui⁹
viſitatiōe gaudēt an
geli/ et collaudāt filiū dei. ps. Can
tate dn̄o canticū nouum: quia mirabilia
fecit. Gloria patri et filio: et ſpi. Colla.

O Mnipotēs ſempiterne de⁹:
qui ex abundantia charita
tis beatā mariā tuo filio impre
gnatā: ad ſalutationē elizabeth in
ſpiraſti: preſta q̄s: vt ꝑ eius viſita
nē donis celeſtibus repleamur: ⁊
ab omnibus aduerſitatib⁹ erua
mur. Per eundem dn̄m. ¶ Eodē
die proceſſi et martiniani. Colla.

D Eus qui nos ſanctorū tuoꝝ
proceſſi et martiniani con
feſſionibus glorioſis circūdas et
protegis: da nobis ex eorū imita
tione ꝓficere: et interceſſione gau
dere. Per. ¶ Per octauas. Colla.

O Mnipotēs et miſericors de
us: qui ad cōſolationē oim
credētium viſitationē beate ma
rie ad elizabeth docuiſti: preſta q̄s
vt ſicut ſpiritus ſanctus ad viſita
tionē huiuſmodi inſpirabat: ita
corda noſtra et corpora inflāmet
quotidie et conſeruet. Per dn̄m.
Lectio libri ſapientie. Canticor. ij

E Cce iſte venit ſaliens in mō
tibus: tranſiliens colles. Si
milis eſt dilectus me⁹ capree: hyn
nuloq; ceruorū. En ipſe ſtat poſt
parietē noſtrū reſpiciēs per fene
ſtras/ proſpiciens ꝑ cancellos. En
dilectus me⁹ loquitur michi. Sur
ge propera amica mea: columba

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag
226 A 3

mea/formoſa mea:et veni. Iã eni
hyems tranſijt:imber abijt et re-
ceſſit. Flores apparuerũt in terra
noſtra:tẽpus putatiõis aduenit.
Vox turturis audita eſt in terra
noſtra. Ficus ꝓtulit groſſos ſuos
vinee florẽtes dederũt odorẽ ſuũ
Surge ꝓpera amica mea/ ſpecio-
ſa mea ⁊ veni:colũba mea in fora
minib⁹ petre/ in cauerna macerie
Oſtẽde michi faciẽ tuã:ſonet vox
tua in auribus meis. Vox enĩ tua
dulcis:et facies tua decora. Gr. Be
nedicta et venerabilis es virgo maria: q̃
ſine tactu pudoris inuenta es mater ſal-
uatoris. ỽ. Virgo dei genitrix/quẽ totus
nõ capit orbis:in tua ſe clauſit/viſcera fa
ctus homo. Alla. ỽ. In maria benigni
tas p ſecula cõmẽdatur:dũ viſitãs eliza-
beth/vt ſubdita parabatur. Infra oct.
Allelupa. ỽ. Spes datur omĩ populo
mariã mox inuocare: videnti hanc eliza-
beth/ humiliter viſitare. Sequentia.
Veni precelſa dña/ maria tu
nos viſita:egras mẽtes illu
mina/p ſacra vite numina. Veni
ſaluatrix ſeculi/ ſordes aufer pia-
culi: in viſitãdo populũ/ pene tol
las periculũ. Veni regina gẽtiũ/
dele flãmas reatuũ: dele q̃dcunq̃
deuiũ/ da vitã innocentiũ. Veni
vt anũ viſites/ maria vires robo-
res: ỽ tute ſacri impet⁹/ ne fluctue-
tur anim⁹. Veni ſtella lux mariũ
infũde pacis radiũ: exultat cor in
gaudiũ/iohannis ante dñm. Ve
ni virga regaliũ/ reduc fluctus er-
rãtiũ: ad vnitatẽ fidei/ in qua ſal-
uãtur celici. Veni depoſce ſpirit⁹
ſcti dona ꝓpẽſius: vt dirigamur
rectius/ in hui⁹ vite actibus. Ve-
ni laudemus filiũ/laudemus ſan-
ctum ſpiritũ: laudemus patrem
vnicum/ qui nobis det auxilium.
Amen. Secundum lucam. i.
In illo tẽpore. Exurgens ma-
ria/abijt in mõtana cũ feſtinatio
ne in ciuitatem iuda. Et intrauit
in domũ zacharie:et ſalutauit eli-
zabeth. Et factũ eſt vt audiuit ſa-
lutationem marie elizabeth:exul
tauit infans in vtero eius. Et re-
pleta eſt ſpiritu ſancto elizabeth:
⁊ exclamauit voce magna/⁊ dixit
Benedicta tu inter mulieres: ⁊ be
nedictus fructus ventris tui. Et
vnde hoc michi: vt veniat mater
dñi mei ad me? Ecce enim vt facta
eſt vox ſalutationis tue in aurib⁹
meis:exultauit in gaudio infans
ĩ vtero meo. Et beata q̃ credidiſti
quoniã pficiẽtur ea que dicta ſũt
tibi a dño. Et ait maria. Magni-
ficat aĩa mea dñm. Et exultauit
ſpiritus me⁹: in deo ſalutari meo
Quia reſpexit humilitatẽ ancille
ſue: ecce enĩ ex hoc beatã me dicẽt
oẽs generationes. Quia fecit mi-
chi magna qui potẽs eſt: ⁊ ſanctũ
nomẽ eius. Et mĩa eius a ꝓgenie
in ꝓgenies:timẽtibus eum. Fecit
potentiã in brachio ſuo:diſperſit
ſuperbos mẽte cordis ſui. Depo-
ſuit potentes de ſede:et exaltauit
humiles. Eſurientes impleuit bo
nis:et diuites dimiſit inanes. Su
ſcepit iſrael puerum ſuũ:recorda
tus mĩe ſue. Sicut locutus eſt ad
patres noſtros: abraham et ſemi
ni eius in ſecula. Manſit autẽ ma
ria cum illa quaſi tribus menſib⁹
⁊ reuerſa eſt in domũ ſuã. Credo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3

Offꝫ. Filie regum in honore tuo: aſtitit
regina a dextris tuis in veſtitu deaura-
to/ circumdata varietate. Secreta.
OMnipotẽs ſempiterne deꝰ:
qui curã de oĩbus in te cõfi-
dentibus/ ſemꝑ habes: preſta q̃s/
vt ꝑ oblationẽ quã tibi offerimꝰ:
viſitationẽ ſpecialẽ beate marie
virginis in noſtris neceſſitatibꝰ
ſentiamus. Per dominũ noſtrũ.
¶ De martyribus. Alia ſecreta.
SVſcipe dñe preces ⁊ munera
que vt tuo ſint digna cõſpe-
ctui/ ſanctorũ tuorũ precibus ad-
iuuemur. Per. Prefat. de dña per
octa. Cõio. Beata viſcera marie virgi-
nis/ que portauerunt ad viſitationẽ eli-
zabeth eterni patris filiũ. Cõplenda.
OMnipotẽs ſempiterne deꝰ:
qui cõmemorationẽ viſita-
tionis beate marie matris dei fie
ri voluiſti: preſta q̃s: vt ꝑ hoc ſacri
ficiũ qđ ſũpſimus/ ab eiꝰ viſitatio
nis grã nullatenꝰ excidamꝰ. Per.
¶ Alia cõplenda de martyribus.
COrporis ſacri et ꝓcioſi ſan-
guinis repleti libamine: q̃s
dñe deus noſter: vt qđ pia deuo-
tione gerimus: certa redemptiõe
capiamus. Per dñm. ¶ In trãſla
tione ſcti thome apli. Introitus.
MIchi autẽ nimis ho-
norati ſũt amici tui
deus: nimis cõforta
tus eſt principatꝰ eo
rũ. Ps. Dñe ꝓbaſti me ⁊
cognouiſti me: tu cognouiſti ſeſſionem
meam. Gloria patri et filio. Collecta.
DA nobꝫ q̃s dñe beati thome
apli tui ſolẽnitatibus glo-
riari: vt eiꝰ ſemꝑ patrocinijs ſub-
leuemur: et fidẽ cõgrua deuotiõe
ſectemur. Per. Epla. Beatus vir q̃
in ſapia. In cõi fol. x. Gr. Nimis ho-
norati ſunt amici tui deus: nimis cõfor-
tatus eſt principatꝰ eorũ. V. Dinumera-
bo eos: et ſuꝑ arenã multiplicabuntur.
Alla. V. Non vos me elegiſtis/ ſed ego
vos elegi: et poſui vos/ vt eatis et fructũ
afferatiꝫ: ⁊ fructꝰ vr̃ maneat. Se. ioh. xx.
IN illo tpe. Thomas vnus ex
duodecim q̃ dicitur didimꝰ:
nõ erat cũ eis qñ venit ieſus. Di-
xerunt ergo ei/ alij diſcipuli. Vidi
mus dñm. Ille aũt dixit eis. Niſi
videro in manibꝰ eius fixurã cla-
uorũ: et mittã digitũ meũ in locũ
clauorꝫ: ⁊ mittã manũ meã in latꝰ
eius/ nõ credã. Et poſt dies octo:
iterꝫ erãt diſcipuli eiꝰ intus: ⁊ tho-
mas cũ eis. Venit ieſꝰ ianuis clau
ſis: ⁊ ſtetit ĩ medio ⁊ dixit eis. Pax
vobꝫ. Deinde dicit thome. Infer
digitũ tuũ huc: ⁊ vide manꝰ meas
⁊ affer manũ tuã et mitte in latꝰ
meũ: ⁊ noli eſſe incredulꝰ/ ſed fide-
lis. Reſpondit thomas: et dixit ei.
Dñs meꝰ: et deus meꝰ. Dixit ei ie-
ſus. Quia vidiſti me thoma credi
diſti: Beati qui nõ viderunt: ⁊ cre
diderunt. Credo. Offꝫ. In omnẽ
terram exiuit ſonus eorum: ⁊ in fines or
bis terre verba eorum. Secreta.
DEbitũ dñe nr̃e reddimꝰ ſer-
uitutis/ ſuppliciter exorantes: vt
ſuffragijs bti thome apli tui ĩ no
bis tua munera tuearis: cuiꝰ ho-
norãdo cõfeſſionẽ laudis tibi ho
ſtiã immolamus. Per. Prefat. de
aplis. Cõio. Mitte manũ tuã/ ⁊ cogno
ſce loca clauorũ alla: et noli eſſe incredu-
lus/ ſed fidelis alleluya alla. Cõplẽda.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3

Conſerua dñe populũ tuũ: et
quẽ ſanctoꝝ tuoꝝ preſidijs



non deſinis
adiuuare: ꝑ
petuis tri-
bue gaude-
re remedijs
Per dñm.
¶ In trãſla-
tione ſancti
martini. In
troitus.

Statuit ei dñs teſta-
mentũ pacis / et prin
cipẽ fecit eũ: vt ſit illi
ſacerdotij dignitas
i eternũ. Ps. Mias dñi
in eternũ cantabo. Gloria patri. Colla.
Deus q̇ conſpicis q̇a ex nulla
nr̃a virtute ſubſiſtimus: cõ-
cede ꝓpitius: vt interceſſiõe beati
martini cõfeſſoris tui atq̃ põtifi-
cis: cõtra oĩa aduerſa muniamur
Per. Epla. Ecce ſacerdos magn⁹.
In cõi ſo. ix. Gr. Iurauit dñs et nõ pe
nitebit eũ: tu es ſacerdos in eternũ ſcd̃m
ordinẽ melchiſedech. V⁹. Dixit dñs dño
meo: ſede a dextris meis. Alla. V. Sta
tuit dñs beato martino teſtamẽtũ eter-
nũ: et dedit illi ſacerdotiũ magnũ. Seq̃.
Ave ſumma preſulum / epa o
chriſti gẽma meritis inclyta:
virtute lucida. Nos audi tua
feſta colentes annua: mundo cele
bria. Alme pater / vox nr̃a te can
tat / laude ſonora. Tu pro nobis /
ſpes noſtra martine: deo ſuppli-
ca. Te aſya notũ in europa / lau-
dat oĩs et affrica: gemma celi ful-
gidiſſima. Te gallia te patrẽ frã-
cia / tua ſupplex ac freſia: colit te ſi
de catholica. Cecis das viam /
mutiſq̃ loquelã: tu nos adiuua.
Mundãs immũda / qui fugas de-
monia nos hic libera. Qui ſuſci
tator triũ mortuorũ fueras: laxa
noſtre mẽtis vincula. Qui infir-
ma iam curaſti corpoꝝ plurima:
ſana noſtre mẽtis vulnera. Qui
chriſtum tua clamide partita / te-
ctum videras nocte ſecũda. Hac
prece tua / criminum vt ſoluat no
bis debita xp̃i gratia. Laus tua
chriſtus erat / quẽ tota ſemper mẽ
te colebas / hũc pro nobis implo-
ra. Quo lapſis remedia tribuat
preſtans culpis veniam / hoc pre-
cibus impetra. Lux ſup te effulſit
angelica / dũ libas miſtica / nos
per te ꝓtegat chriſti dextera. Mor
tis metã qui tuis predixeras / nil
mortem trepidans a morte ani-
me tu nos libera. Traiecti te cho
rus flagitat / o martine preſulem
cum clero deo cõmenda. Per tua
nos vt ſuffragia mereamur ꝑfrui
iam tecum luce ſuperna. Amen.
Euange. Sint lumbi. In cõi ſo. ix.
Credo et prefatio de viſitatione:
ꝓpter octauas. Offe. Veritas mea
et miſericordia mea cum ipſo: et in noĩe
meo exaltabitur cornu eius. Secreta.
Da miſericors de⁹: vt hec nos
ſalutaris oblatio: et a pro-
prijs reatib⁹ indeſinenter expedi
at: et ab oĩb⁹ tueat[ur] aduerſis. Per
Cõio. Sint lũbi veſtri p̃cincti: et lucerne
ardentes in manibus veſtris. Cõplẽ.
Da ſancta dñe ſumẽtes ſup-
pliciter deprecamur: vt cui⁹
veneramur confeſſionẽ / preſidia
ſentiamus. Per dominũ noſtrũ.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3

In octa. Petri et Pauli.

¶ In oct. ſctōꝝ petri ꝛ pau. Intro.
S Apiētiam ſctōꝝ nar=
rant populi: ꝛ laudē
eoꝝ nunciat eccleſia:
noīa aūt eoꝝū viuēt
in ſeculum ſeculi. Ps.
Exultate iuſti in domio: rectos decet col=
laudatio. Gloria patri ꝛ filio. Collecta
D Eus cui⁹ dextera beatū pe=
trū ambulātē in fluctibus
ne mergeretur erexit: et coapoſto
lū ei⁹ paulū tertio naufragātē de
profundo pelagi liberauit: exau=
di nos ꝓpitius ꝛ cōcede: vt ambo
rū meritis eternitatis gl'iam con
ſeq̄mur. Per do. Ad galathas. ij.
F Ratres. Deus pſonā hoīs
nō accipit. Mihi eni q̇ vide
bātur eſſe aliq̇d / nichil cōtulerūt:
ſed econtra cū vidiſſent ꝙ creditū
eſt michi euāgeliū ꝑpucij: ſicut et
petro circūciſiōis. Qui eni opera
tus eſt petro in apoſtolatū circū=
ciſionis: operat⁹ eſt ꝛ michi inter
gētes. Et cū cognouiſſent gratiā
q̄ data eſt michi / iacob⁹ / et cephas
ꝛ iohānes / q̇ videbāt᷑ colūne eſſe:
dextras dederūt michi et barna=
be ſocietatis: vt nos in gētes / ipſi
aūt in circūciſionē tantū / vt pau=
perū memores eſſemus. Qđ etiā
ſollicitus fui hocipſum facere. In
xp̄o ieſu: dn̄o nr̄o. Gr. Iuſtoꝝ aīe in
manu dei ſūt: et nō tāget illos tormētū
malitie. V. Viſi ſūt oculis inſipiētiū mo=
ri: illi aūt ſunt i pace. Alla. V. Nō vos
me elegiſtis / ſed ego vos elegi: ꝛ poſui vos
vt eatis et fructū afferatis: et fructus ve
ſter maneat. Sequn. Petre ſume. vtā
in die. Scđm mattheū. xiiij.
I N illo tp̄e. Iuſſit ieſ⁹ diſcipu=
los ſuos aſcēdere in nauiculā: ꝛ p̄
cedere eū trās fretū: donec dimit=
teret turbas. Et dimiſſa turba: aſ
cēdit in mōtē ſolus orare. Veſpe
aūt facto / ſolus erat ibi. Nauicula
aūt: ī medio mari iactabatur flu=
ctibus. Erat autē cōtrari⁹ vētus.
Quarta aūt vigilia noctis: venit
ad eos ambulans ſupra mare. Et
vidētes eū ſupra mare ambulan
tē / turbati ſunt dicētes: q̇a fantaſ
ma eſt. Et p̄ timore clamauerunt
Statimq̄ʒ ieſus locutus eſt eis: di
cēs. Habete fiduciā. Ego ſum: no
lite timere. Reſpondēs aūt petr⁹
dixit. Dn̄e ſi tu es: iube me venire
ad te ſup aquas. At ipſe ait. Veni
Et deſcēdēs petrus de nauicula:
ambulabat ſup aquā / vt veniret
ad ieſū. Vidēs aūt ventū validū:
timuit. Et cum cepiſſet mergi: cla
mauit dicēs. Dn̄e: ſaluum me fac.
Et cōtinuo ieſus extēdēs manū /
apꝑhēdit eū: et ait illi. Modice fi=
dei: quare dubitaſti: Et cū aſcēdiſ
ſet in nauiculam: ceſſauit ventus
Qui aūt ī nauicula erāt: venerūt /
ꝛ adorauerūt eū dicētes: vere fili⁹
dei es. Credo Or. Offer. Exultabūt
ſcti in gloria: letabūtur in cubilib⁹ ſuis.
exultatiōes dei in faucib⁹ eoꝝ. Secreta
O Bferim⁹ tibi dn̄e p̄ces et mu=
nera: que vt tuo ſint digna
cōſpectui / apoſtolorum tuoꝝ pre=
cibus adiuuemur. Per dn̄m nr̄m.
Prefatio de aplis. Cōio. Iuſtorum
aīe in manu dei ſunt: et nō tanget illos
tormentū malitie, viſi ſunt oculis inſipi
entiū mori: illi aūt ſunt in pace. Cōplē.
B Eatorum apoſtoloꝝū tuoꝝ
dn̄e petri ꝛ pauli deſiderata

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3

ſolennia recēſcentes: pſta q̄s: vt eorum ſupplicationibꝰ muniamur quorū regimur principatu. Per.

¶ In tranſlatiōe ſctē barbare virginis: oīa vt in die natalis ſue p̄ter que ſequuntur. Collecta.

Deus qui beatiſſime barbare clara virginitate et p̄cioſo martyrio tuos dotaſti fideles: preſta q̄s miſericorditer: vt cūctis criminū loti ſordibus: eius p̄cibꝰ apud te ea dona grē valeamꝰ accipere: que ſuo rogatu ſpecialiter eam venerantibus ꝓmiſiſti. Per.

Eodē die kiliani ⁊ ſocioꝝ eiꝰ. Col.

Preſta q̄s oīps deus: vt q̄ beatorū martyrū tuoꝝ kiliani ⁊ ſocioꝝ eius ſolēnia colimus: meritis ipſ̄ꝰ ꝓtegamur ⁊ p̄cibꝰ. Per.

Offerimus tibi dñe ¶ Secreta. p̄ces ⁊ munera ī honore btē barbare virginis ⁊ martyris tue gaudētes: pſta q̄s: vt et cōuenienter hec agere: et remedium ſempiternū valeamus acquirere. Per dñm noſtrum. ¶ Alia ſecreta.

Munera tibi dñe nr̄e deuotionis offerimus: q̄ et ꝓ tuorū tibi grata ſint honore ſctōꝝ: ⁊ nobis ſalutaria te miſerāte reddantur. Per dñm noſtrum. Cōplēda.

Purificent nos q̄s dñe ſacramēta q̄ ſūpſimus: et īterce dēte btā barbara virgine et martyre tua: a cūctis nos efficiāt vicijs abſolutos. Per. Alia cōplenda

Celebrantes dñe diuina myſteria q̄ ꝓ martyrū tuoꝝ kiliani et ſocioꝝ eiꝰ btā paſſiōe pegimus: ipſoꝝ q̄s ſtāt nobꝭ ītercesſione ſalutaria: quorū natalicijs ſūt exultāter impleta. Per.

In oct. viſitationis btē marie vginis: oīa vt in die. ¶ Ṡeptē fratrū. Introit.

Laudate pueri dñm: laudate nomen dñi q̄ habitare facit ſterilē in domo: matrē filiorū letantem. Ps. Sit nomē dñi benedictū: ex hoc nunc et vſq̄ in ſeculū. Gloria patri et filio. Col.

Preſta q̄s oīps deꝰ: vt q̄ glorioſos martyres fortes in ſua cōfeſſiōe cognouimꝰ: pios apud te in nr̄a interceſſiōe ſentiamꝰ. p.

Epl'a. Rememoramini priſtinos. In cōi ſo. vij. Gr. Vindica dñe ſanguinē ſctōꝝ tuoꝝ: q̄ effuſus eſt. V. Poſuerūt mortalia ſeruoꝝ tuoꝝ eſcas volatilibꝰ celi: carnes ſctōꝝ tuoꝝ beſtijs terre. All'a V. Laudate pueri dñm: laudate nomen dñi. V. Sit nomen dñi benedictū: ex hoc nunc et vſq̄ in ſeculū. Scdm Mat. xij.

In illo tpe. loquente ieſu ad turbas: ecce mater eius ⁊ fratres ſtabāt foris querētes loq̄ ei. Dixit autē ei quidā. Ecce mr̄ tua ⁊ fratres tui foris ſtant: querētes te. At ipſe reſpondēs dicenti ſibi/ ait. Que eſt mater mea: ⁊ q̄ ſūt fratres mei: Et extēdēs manū in diſcipulos ſuos/ dixit. Ecce mr̄ mea ⁊ fratres mei. Quicūq̄ eni fecerit volūtatē patris mei q̄ in celis eſt: ipſe meus frater: et ſoror/ ⁊ mater eſt. Offr. Aīa noſtra ſicut paſſer erepta eſt de laqueo venātiū: laqueus cōtritꝰ eſt ⁊ nos liberati ſumus. Secreta.

Sacrificijs preſentibꝰ domine queſumus intēde placatus: vt intercedentibus ſanctis tuis: deuotioni noſtre ꝓficiāt ⁊ ſaluti. Per.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3

Cõio. Quicũq; fecerit volũtatẽ patris
mei qui in celis eſt: ipſe me⁹ frater/ſoror
⁊ mater eſt dicit dominus. Cõplenda.
Q Ueſum⁹ oĩps deus: vt inter-
cedẽtibus ſanctis tuis illi⁹
ſalutaris capiamus effectũ: cuius
per hec myſteria pignus accepi-
mus. Per. ¶ In octaua trãſlatio-
nis ſcti martini. oĩa vt in die Cre-
do nõ de: niſi fuerit dñica. Prefat.
cotidiana. ¶ Eodẽ die trãſlatio-
nis ſcti bñdicti abbatis. Introit⁹.
I Uſtus vt palma flore
bit/ſicut cedrus liba-
ni multiplicabitur:
plantatus in domo
dñi: in atriis domus
dei nři. Ps. Bonũ eſt cõfiteri dño: ⁊ pſal
lere noĩ tuo altiſſime. Gloria patri. Col.
I Nterceſſio nos q̃s dñe beati
benedicti abbatis cõmẽdet:
vt quod noſtris meritis nõ vale-
mus: ei⁹ patrocinio aſſequamur.
Per. Epla. Dilectus deo et hoĩb⁹
In cõi ſo. iiij. Gr. Os iuſti meditabit᷑
ſapientiã: et lingua eius loq̃tur iudiciũ.
V. Lex dei eius in corde ipſius: et nõ ſup-
plãtabũtur greſſus eius. Alla. V. Bea
tus vir qui timet dñm: in mãdatis eius
cupit nimis. Euãgr. Ecce nos reliq̃-
mus oĩa. In cõi ſo. iiij. Offr. Gloria
⁊ honore coronaſti eum: et cõſtituiſti eũ
ſuper opera manuũ tuarũ dñe. Secre.
S Acris altaribus dñe hoſtias
ſuppoſitas ſanctus benedi-
ctus abbas q̃s: in ſalutẽ nobis p-
uenire depoſcat. Per dñm. Cõio.
Fidelis ſeruus et prudens: quem conſti-
tuit dñs ſuper familiam ſuam: vt det il-
lis in tpe tritici menſurã. Cõpl.
P Rotegat nos dñe cũ tui p-
ceptione ſacramẽti: beatus bene-
dictus abbas pro nobis interce-
dendo: vt et cõuerſatiõis eius ex-



periamur i-
ſignia: et in
terceſſiõis
ipſius perci
piamus ſuf
fragia. Per
dñm. ¶ Mar
garete vgĩ.
et martyris.
Introitus.
G Audeamus omnes
in dño diẽ feſtum ce-
lebrantes in honore
virginis/
margarete
de cuius paſſiõe gau
dent angeli: et collaudant filium
dei. Ps. Exultate iuſti in dño: rectos
decet collaudatio. Gloria pri. Collecta
D Eus qui beatam margare-
tam virginẽ hodierna die
ad celos p martyrij palmã pueni
re feciſti: cõcede nobis q̃s: vt eius
exempla ſequentes: ad te puenire
mereamur. Sub vno Per dñm.
¶ Eodẽ die col. de ſctã mildrada.
O Mnipotẽs ſempiterne de⁹:
miſericordiam tuam oſten-
de ſupplicibus: vt qui de merito-
rum qualitate diffidimus: interce-
dẽte beata mildrada virgine tua
nõ iudicium tuum/ ſed indulgen-
tiã ſentiamus. Per. Epla. De vir
ginibus preceptũ. In cõi ſo. xxiij.
Gr. Exultabũt ſancti in gloria: letabũt᷑
in cubilibus ſuis. V. Cantate dño canti-
cum nouum: laus eius in eccleſia ſctõr.
Alla. V. Adducẽtur regi virgines poſt
eã: proxime eius offerentur tibi i leticia.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3

Margareta fulgēs (Sequētia) ⁊ iclita carne ſpreta vitat illicita victoꝝ. Nec⁹ moꝛū flos pulchꝛitudinis/ fōs oꝛtoꝝ/ māna dulcedinis attrahētis. Blādimētis nūq̄ ſeducitur/ nec toꝛmētis illatis frāgitur/ aut terret'. Detinet' i atro carcere/ ſed tuetur a xp̄i munere ſit ſecura. In obſcura loci cuſtodia/ v̄go pura dꝛaconis tedia nō hoꝛreſcit. Inualeſcit cōtra periculū/ ptimeſcit crucis ſignaculū vis maligna. Poſt hec ſigna ſubit martyriū/ ſed benigna poſcit ſuffragiū/ p̄ce dari. Fac i mari p̄ſentis turbinis liberari/ v̄tute numinis margareta vite meta. Am̄.

Euāge. Silē eſt regnū celoꝛū decē virgi. In cōi fo. xi. Offer. Offerēt' regi virgīes poſt eā: p̄xime ei⁹ offerēt' tibi

Hec victima q̄s dn̄e (Secreta) pro beate margarete virginis martyꝛio oblata: ⁊ mētiū nobis ſanctitatē: et coꝛpoꝛum obtineat ſanitatē. Per dn̄m noſtrū.

¶ Alia ſecreta de ſancta mildꝛada

Accipe domine munera que in beate mildꝛade virginis tue ſolennitate deferimus: q̄a ad tua patrocinia recurrit et laudē: quod vel talis oꝛta eſt/ vel talis aſſumpta eſt. Per. Cōio. Quinq3 prudentes virgines acceperunt oleū in vaſis ſuis cum lampadibus: media aūt nocte clamoꝛ factus eſt/ ecce ſponſus venit exite obuiam chꝛiſto dn̄o. Complēda

Huius domine ſacramēti p̄ceptione et beate margarete interceſſione: ⁊ tu in nobis manere dignare: et nos in te viciſſim manere concede. Per dn̄m nr̄m.

¶ Alia cōplēda de ſctā mildꝛada.

Hec nos domine gratia tua queſumus ſemper exerceat vt et diuinis inſtauret coꝛda nr̄a myſterijs: et ſancte mildꝛade virginis tue commemoꝛatione letificet. Per dn̄m noſtꝝ ieſum xp̄m.

¶ In diuiſione apl'oꝝ. Introitus

Michi autē nimis honoꝛati ſūt amici tui deus: nimis cōfoꝛtatus eſt principatus eoꝛum. Ps. Domine p̄baſti me et cognouiſti me: tu cognouiſti ſeſſionem meā. Gloꝛia patri. Collecta.

Deus qui hodierna die apoſtoloꝛum tuoꝝ diuiſionem tua pꝛouidentia fieri pꝛeoꝛdinaſti: vt in tua fidei gratia gentium diſperſa vocaretur eccleſia: da nobis per ſupplicationē eoꝛum veniam noſtroꝛum pꝛomereri peccatoꝛum: per quoꝛum veram pꝛedicationem/ ad tui nominis puenimus agnitionē. Per dominū.

¶ Eodem die plechelmi ep̄i. Coll.

Omnipotens ſempiterne deus: apud quem ſemper eſt p̄clara vita ſanctoꝛū: pꝛeſta queſumus: vt qui beati plechelmi cōfeſſoꝛis tui atq3 pōtificis merita deuotis mētibus veneramur: eius in celo conſoꝛtiū te miſerante habere mereamur. Per dn̄m noſtrū ieſum chꝛiſtū filiū tuū. Qui tecū.

Epiſtola. Iam nō eſtis hoſpites. In communi folio. iij. Grad. Conſtitues eos pꝛincipes ſuper omnē terrā: memoꝛes erunt noīs tui dn̄e. V. Pꝛo patribus tuis nati ſūt tibi filij: ꝓpterea populi confitebuntur tibi. Alleluya. V.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3

Diuiſio apoſtoloꝝ.

Nō vos me elegiſtis/ſed ego vos elegi et
poſui vos: vt eatis et fructū afferatis/et
fructus veſter maneat. Sequentia.

CEli enarrant gloriā dei/filij
verbi incarnati/facti de ter-
ra celi. Hec enī gloria/ſoli dño eſt
cōgrua. Nomē eſt cuius magni
conſilij angelus. Iſtud cōſiltū la-
pſo homini auxiliū eſt antiquū
⁊ ꝓfundū/et verū factū ſolis tātū
ſanctis cognitū. Cū angel⁹ iſte
homo nat⁹ ex muliere/ immorta-
lē ex mortali de terra fecit celū/ex
homīe angelū. Hic eſt dñs exerci
tuū: deus cuius ſunt angeli/ miſſi
in terrā apoſtoli. Quibus ſemet-
ipſum viuū ꝑ̄buit/ reſurgēs ī mul
tis argumentis/ pacē mortis vi-
ctor nunciās. Pax vobis ego ſū
inquit: nolite iam timere/ p̄dica-
te verbū dei creature oīm/corā re
gibus et principibus. Sicut mi-
ſit me pater/ et ego mitto vos in
mūdū: eſtote ergo prudētes ſicut
ſerpentes: et eſtote vt colūbe ſim-
plices. Hinc petr⁹ romā apoſto-
lorum princeps adijt: paulus gre
ciā vbiqꝫ docens gratiā ter quat-
tuor/hij proceres in plagis terre/
quattuor euāgelizātes trinum ⁊
vnū. Andreas/iacob⁹ vterqꝫ/phi
lippus/ bartholome⁹/ ſymō/ tha-
deus/iohānes/thomas/mathias
⁊ matheus: duodecim iudices nō
ab vno/ſed in vnū diuiſi ꝑ orbem
diuiſos in vnū colligūt. In oēm
terrā exiuit ſonus eoꝝ: et in fines
orbis terre verba eorū. Quā ſpe-
cioſi pedes euāgelizantiū bonū:
p̄dicātiū pacē. Sanguine xp̄i re-
demptis: ita dicētiū/ ſyon regna-
bit deus tuus. Qui verbo ſecula
fecit: quod pro nobis verbū caro
factū eſt/in fine ſeculoꝝ. Hoc vbū
qd̄ p̄dicamus: chriſtū crucifixū/q̄
viuit et regnat deus in celis. Hij
ſunt celi in q̄bus chriſte habitas:
in quorū verbis tonas/ fulguras
ſignis roras gratiā. Hijs dixiſti/
rorate celi deſup: ⁊ nubes pluant
iuſtū/aperiatur terra germinās.
Germē iuſtū ſuſcitet terram no-
ſtrā: quā apoſtolicis verbis ſerēs
germinare facias. Quoꝝ verbis
verbum patris tenētis in patiē-
tia/ fructū ferre fac nos tibi dñe.
Hij ſunt celi quos magni cōſilij
angel⁹ īhabitas/quos nō ſeruos/
ſed amicos appellas/ q̄bus oīa q̄
audiſti/a p̄re notificas. In quoꝝ
diuiſione collectum / gregē cuſto-
dias indiuiſum/ et in vinculo pa-
cis: vt in te vnū ſimus/ ſicut in pa-
tre tu es vnus. Miſerere nobis: tu
q̄ habitas rex in celis. Secūdū mar. vlt.

IN illo tēpore. Dixit ieſus di-
ſcipulis ſuis. Euntes in mū-
dū vniuerſum: p̄dicate euāgeliū
omni creature. Qui crediderit et
baptizat⁹ fuerit: ſaluus erit. Qui
vero nō crediderit cōdēnabitur.
Signa autē eos qui crediderint:
hec ſequētur. In noīe meo demo-
nia eijcient: linguis loquētur no-
uis: ſerpētes tollēt. Et ſi mortife-
rū quid biberint: nō eis nocebit.
Sup egros manus imponēt: ⁊ be
ne habebunt. Et dñs quidē ieſus
poſtq̄ locutus eſt eis: aſſumptus
eſt in celum/ et ſedet a dextris dei.
Illi aūt ꝓfecti p̄dicauerunt vbiqꝫ
dño cooperante et ſermonē cōfir-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag
226 A 3

mãte:ſequẽtibus ſignis. Credo
Offe. In oẽm terrã exiuit ſon⁹ eoꝝ: ⁊ in
fines orbis terre verba eoꝝ. Secreta.
Domine ieſu chriſte tuaꝝ pa
ſtor ouiũ: ſuſcipe placatus
hoc noſtre deuotionis officiũ qđ
tue offerimus maieſtati in eoꝝ re
cordatiõe: de quoꝝ ſolẽnitate ho-
dierna gaudemus diuiſiõe. Per.
¶ Alia ſecreta de ſctõ plechelmo.
Reſpice dñe propitius ſuper
hec munera que ꝓ oĩm ſan-
ctorũ: ⁊ ſpecialiter pro btĩ plechel
mi confeſſoris tui atq͂ pontificis/
cuius eſt hodie veneranda feſtiui
tas: cõmemoratiõe tue maieſtati
deferimus: ⁊ pro nr̃is offenſis im
molam⁹. Per. Prefatio de aplis.
Cõio. Ego vos elegi de mũdo: vt eatꝭ et
fructũ afferatis: et fruct⁹ veſter maneat.
Eti ſumpſimus dñe (Cõpl.
redẽptiõis noſtre oblatio-
nẽ: preſta q̃s/ vt nobꝭ ꝓueniat nõ
ad iudiciũ: ſed ad ſaluationem et
hoc nobis obtineat eoꝝ interceſ-
ſio: quorũ hodie effulſit ſaluberri
ma diuiſio. Per dñm nr̃m. ¶ Alia
complenda de ſancto plechelmo.
Deus oĩm fideliũ remunera
tor aniaꝝ: p̃ſta q̃s: vt btĩ ple
chelmi cõfeſſoris tui atq͂ pontifi-
cis: cuius venerandã celebramus
feſtiuitatẽ: precibus indulgentiã
conſequamur. Per dñm noſtrũ.
¶ De ſctõ alexio cõfeſſore. Intro.
Os iuſti meditabitur
ſapientiã: et lingua
eius loquetur iudi-
ciũ: lex dei eius ĩ cor-
de ipſi⁹. Ps. Nolí emu-
lari in malignãtibus: neq͂ zelaueris fa-
cientes iniquitatem. Gloria patri. Col.
Deus q̃ beato alexio cõfeſſo-
ri tuo tribuiſti: vt et noua
mundũ arte deluderet: ⁊ de hoſte
humani generis mirabiliter triũ
pharet: concede ꝓpitius: vt eius
ſemp muniamur auxilijs: cui⁹ ſa-
lutiferis erudimur exẽplis. Per.
Epła. Dilectus deo. In cõi fo. iiij.
Gr. Os iuſti meditabit᷑ ſapientiã: ⁊ lin
gua ei⁹ loq̃tur iudiciũ. ỽ. Lex dei eius in
corde ipſius: et nõ ſupplãtabũt᷑ greſſus
ei⁹. Alła. ỽ. Iuſtus vt palma florebit:
ſicut cedrus multiplicabitur. Sequen.
Hec eſt dies digna cultu/ in q̃
de mũdi tumultu: dei frui-
turus vultu/ cõſcendit alexi⁹. [R]e
gi mẽtis repugnãtẽ/ legẽ mẽbro-
rũ calcantẽ: quẽ et hoſtẽ ſuperan-
tẽ/ traxit dei filius. Nãq͂ manẽs
impollutus/ natũ virginis ſecut⁹
poſtq͂ litteris imbutus/ copulat᷑
virgini. Quã ſuppreſſa volupta-
te/ chriſti feruẽs charitate: moni-
ta virginitate/ reliquit certamini
Hũc nobilitas ornauit/ natura-
lis quã ſuperauit: eius et plus de-
corauit/ mẽte morũ claritas. De
ſpecto fuco decoris/ vani faſtuq͂
tumoris: crucem ferre ſaluatoris/
quem cogebat charitas. Quã de
uictus abnegauit/ ſemetipſum cõ
culcauit: mũdũ carnẽ ſubiugauit
ſeruire ſpiritui. Qũ renũciãs na
tiuo/ ſolo mot⁹ flatu diuo: dñat᷑
ſenſitiuo/ pauper appetitui. An-
nis decẽ ſeptẽ iũctis/ exul et igno-
tus cunctis: acriter dolore pũctis
degebat parẽtibus. Per imagi-
nis laudari/ vocẽ cũ cepiſſet mari
ſe cõmẽdãs ignorari/ vult vnita-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3

Frederici martyris.

tis greſſibus. Hinc latẽs tot an-
nis actis / domo p̃ris dormit tact⁊
ſtupore ꝑpẽſis factis / hijs parẽtũ
mẽtibus. Eger nõ remãſit vnus
quin reduxit voti mun⁹: tangens
hoc dũ fertur fun⁹ / eiectis demo-
nibus. Eternoꝝ iã poſſeſſor / bea
tiſſime cõfeſſor: ſis ꝑ nobis inter-
ceſſor / apud regẽ gl̃ie Quo digne
tur liberare / culpis vinctos et ſal-
uare: tue vacãtes ꝑclare / tã ac dul
ci memorie. Chriſte da quẽ vene
ramur / et quẽ laudare conamur:
vt veſtigia ſequamur / ſpretis va-
nitatib⁹. Mẽte pia deꝑcamur / mũ
di curis eruamur: cõdigneqꝫ com
pungamur ꝑ nr̃is reatib⁹. Sicqꝫ
nr̃a ꝑſens vita / hijs terrenis irre-
tita: hic expediatur ita / virtuoſis
actib⁹. Ut a vicijs mũdati / mori-
buſqꝫ decorati: veſte carnis ſpolia
ti / iũgamur celeſtib⁹. Amẽ. Euan-
ge. Ecce nos reliq̃mus oĩa. In cõt
fo. iij. Offer. Deſideriũ anime eius tri-
buiſti ei dñe: et voluntate labiorum eius
non fraudaſti eum. poſuiſti in capite ei⁹
coronam de lapide precioſo. Secreta.

Q Veſumus oĩps de⁹: vt inter-
cedẽte btõ alexio cõfeſſore
tuo munera nr̃a ſuſcipias: et nos
idoneos fieri ad hec ꝑcipiẽda cõ-
cedas. Per. Cõio. Amẽ dico vobis: q̃
vos q̃ reliq̃ſtis oĩa ⁊ ſecuti eſtis me: cẽtu
plũ accipietis: ⁊ vitã eternã poſſidebitis

C Eleſtibus epulis re- Cõplẽ.
creati q̃s oĩps deus: vt inter-
cedẽte btõ alexio cõfeſſore tuo: ſa
lutare myſteriũ / qḋ te largiẽte ꝑ-
cepimus / te cuſtodiẽte ſeruemus.
Per dñm noſtrũ ieſum chriſtum.
¶ Frederici epiſcopi. Introitus.

L Etabitur iuſt⁹ in do
mino ⁊ ſperabit i eo
⁊ laudabunt' oẽs re
cti corde. Ps. Exaudi
deus orationem meam
cum deprecor: a timore inimici eripe ani
mam meam. Gloria patri et filio. Coll.

S Ancti frederici martyris tui
atqꝫ põtificis dñe cõfeſſio re
cẽſita cõferat nobis pie deuotio-
nis augmentũ: q̃ in tuo noĩe pſe-
uerãs meruit honorari. Per do.
Eodẽ die de ſctõ arnulpho. Coll.

E Xaudi q̃s dñe ꝑces nr̃as: ⁊ i-
tercedẽte btõ arnulpho cõ-
feſſore tuo atqꝫ põtifice: ſupplica-
tiones nr̃as placat⁹ intẽde. Per.
Epl̃a. Memor eſto. In cõt fol. iiij.
Gr. Poſuiſti dñe ſup caput ei⁹: coronã
de lapide ꝑcioſo. ṽ. Deſideriũ anĩe eius
tribuiſti ei: et voluntate labiorũ eius nõ
fraudaſti eũ. Alla. ṽ. Poſuiſti dñe ſup
caput eius: corõã de lapide precioſo. Euã
gel. Niſi granum frumenti. In cõ
muni fo. iiij. Offer. Gloria et honore
coronaſti eum: et conſtituiſti eum ſuper
opera manuum tuarum dñe. Secreta

H Oſtias tibi dñe pro cõme-
moratione ſancti frederici
martyris tui atqꝫ põtificis offeri-
mus: quem a tui corporis vnitate
nulla tẽtatio ſeparauit. Per do.
¶ Alia ſecreta de ſctõ arnulpho.

I N cõſpectu tuo dñe q̃s talia
nr̃a ſint munera: q̃ intercedẽ
te beato arnulpho cõfeſſore tuo
atqꝫ pontifice: ⁊ placare te valeãt
⁊ nos placere tibi perficiãt. Per
dñm noſtrum. Cõio. Qui vult veni-
re poſt me: abneget ſemetipſum ⁊ tollat
crucẽ ſuã / et ſequatur me. Cõplenda.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag
226 A 3

REfecti cibo potuq; celeſti do
mine deus noſter/ te ſupplices
exoramus: vt in cui⁹ hec cōme
moratione percepimus: eius mu-
niamur et ꝑcibus. Per dominū.
¶ Alia cōplēda de ſctō arnulpho.
COnſeruent nos dn̄e q̄s mu-
nera tua: et intercedēte btō
arnulpho confeſſore tuo atq; pō-
tifice: vitā eternā nobis tribuant
poſtulantibus. Per dn̄m noſtrū.
¶ Praxedis virginis. Introitus.
LOquebar de teſtimo
nijs tuis in cōſpectu
regum ⁊ nō cōfunde
bar: et meditabar in
mādatis tuis que di
lexi nimis. Ps. Beati immaculati ī via
q̄ ambulāt in lege dn̄i. Gloria pr̄i. Col.
DEus q̄ nos hodie btē praxe-
dis v̄ginis ac martyris tue
annua ſolennitate letificas: cōce-
de propitius: vt eius adiuuemur
meritis: cuius caſtitatis irradia-
mur exēplis. Per. Ep̄la. Qui glo-
riatur. In cōi fo. xliij. Gr. Dilexiſti
iuſticiā et odiſti iniq̄tatē. ỽ. Propterea
vnxit te de⁹ deus tu⁹ oleo leticie. Alla.
ỽ. Specie tua et pulchritudine tua: intē-
de proſpere procede et regna. Euāgel.
Simile eſt regnū celorum decem
virginib⁹. In cōmuni fo. xl. Offer.
Offerentur regi virgines poſt eā/ proxi-
me eius offerētur tibi. Secreta
HEc victima q̄s dn̄e ꝑ beate
praxedis virginis martyrio obla
ta: et mentiū nobis ſanctitatē/ et
corporū obtineat ſanitatē. Per.
Cōio. Simile eſt regnū celorū hoī nego
tiatori q̄rēti bonas margaritas: inuē
ta vna precioſa margarita/ dedit omnia
ſua et comparauit eam. Complenda.
HOſtus dn̄e perceptiōe ſacra-
mēti: et beate praxedis vir
ginis interceſſione: ⁊ tu in nobis
manere dignare: et nos in te victi
ſim manere cōcede. Per dominū.
¶ Marie magdalene. Introitus.



GAudeam⁹
oēs ī dn̄o
diē/ feſtū
celebran-
tes in ho-
nore marie magdale-
ne: de cuius ſolennitate gaudent
angeli/ et collaudant filiū dei. Ps.
Dimiſſa ſunt ei peccata multa: quoniā
dilexit multum. Gloria patri. Collecta
BEate marie magdalene q̄s
dn̄e ſuffragijs adiuuemur:
cuius precibus exoratus/ quatri-
duanū fratrem eius viuū ab infe
ris reſuſcitaſti. Qui vi. Ep̄la. Mu-
lierē fortē. In cōi fo. xij. Gr. Dilexi
ſti iuſticiā et odiſti iniquitatē. ỽ. Propte
rea vnxit te deus deus tuus oleo leticie.
Alla. ỽ. Maria hec eſt illa cui dimiſſa
ſūt pctā m̄lta: q̄a deus eā dilexit vehemē
LAus tibi xp̄e q̄ es (ter. Seq̄n.
creator et redēptor idem et
ſaluator. Celi terre maris/ ange-
loꝝ ⁊ hominū. Quē ſolum deum
cōfitemur ⁊ hoīem. Qui peccato
res veniſti/ vt ſaluos faceres. Si-
ne peccato pcti aſſumēs formulā
Quoꝝ de grege vt chananeā ma
riā viſitaſti magdalenā. Sadē
mēſa verbi diuini illā micis huic
refouēs poculis. In domo ſymo
nis leproſi cōuiuijs accubās tipi-
cis. Murmurat phariſe⁹ vbi plo-
rat femina/ criminis cōſcia. Pec-

catoꝛ contemnit cõpeccantē/pec
cati neſcius penitentem/exaudis
emũdas fedã adamas vt pulchꝛã
facias. Pedes amplectitur domi
nicos/lachꝛymis lauat/tergit cri-
nibus: lauãdo/tergendo/vnguen
to vnxit/ oſculis circuit. Hec ſũt
cõuiuia que tibi placẽt/ o pr̃is ſa-
pientia. Natus de virgine/ q̇ nõ
dedignaris tangi a peccatrice. A
phariſeo es inuitatus/ marie fer-
culis ſaturatus. Multũ dimittis
multũ amanti/ nec crimẽ poſtea
repetenti. Demoniȷ̈s eã ſeptem
mundans/ſeptiformis ſp̃us. Ex
mortuis te ſurgentẽ/ das cunctis
videre pꝛioꝛẽ. Hanc chꝛiſte pſelſi-
tã ſignas eccleſiã: quã ad filioꝛũ
menſam vocas alienigenã. Quã
inter cõuiuia legis et gratie/ſper
nit phariſei faſtus lepꝛa vexat he
retica. Qualis ſit tu ſcis/tãgit te
quia peccatrix/q̇a venie optatrix
Quidnã haberet egra/ſi nõ acce-
piſſet/ſi nõ medicus adeſſet. Rex
regum diues in om̄es nos ſalua
peccatoꝛũ tergẽs cuncta crimina
ſctõꝝ ſpes et gloꝛia. Scdm̄ lu. vȷ̈.
In illo tpe. Rogabat ieſum q̇
dam phariſeus vt mãduca-
ret cum illo. Et ingreſſus domũ
phariſei diſcubuit. Et ecce mulier
que erat ĩ ciuitate peccatrix: vt co
gnouit ꝙ ieſus accubuit in domo
phariſei: attulit alabaſtrũ vnguẽ
ti. Et ſtans retro ſecus pedes eius
lachꝛymis cepit rigare pedes ei⁹:
et capillis capitis ſui tergebat: et
oſculabatur pedes eius/et vnguẽ
to vngebat. Videns autẽ phariſe⁹
q̇ vocauerat eũ: ait intra ſe dicẽs.
Hic ſi eſſet pꝛopheta: ſciret vtiqꝫ q̄
et qualis eſt mulier que tangit
eũ: q̇a peccatrix eſt. Et reſpondẽs
ieſus dixit ad illũ. Symon habeo
tibi aliq̇d dicere. At ille dixit. Ma-
giſter dic. Duo debitores erãt cui
dam feneratoꝛi. Vnus debebat de-
narios quingẽtos/ et ali⁹ q̇nqua-
ginta. Nõ habentibus illis vnde
redderent/donauit vtriſqꝫ. Quis
ergo eũ plus diligit: Reſpõdẽs ſy
mon dixit. Eſtimo q̇a is cui plus
donauit. At ille dixit. Recte iudica
ſti. Et conuerſus ad mulierẽ/dixit
ſymoni. Vides hanc mulierẽ. In-
traui in domũ tuã: aquã pedib⁹
meis non dediſti. Hec aũt lachꝛy-
mis rigauit pedes meos: et capil-
lis ſuis terſit. Oſculũ michi nõ de
diſti: ego aũt ex quo ĩtraui/nõ ceſ
ſauit oſculari pedes meos. Pꝛo-
pter quod dico tibi: remittuntur
ei peccata multa: quoniã dilexit
multũ. Cui aũt minus dimittit
minus diligit. Dixit autẽ ad illã.
Remittũtur tibi pctã. Et ceperũt
q̇ ſimul accũbebãt dicere intra ſe
Quis eſt hic: q̇ etiã pctã dimittit.
Dixit aũt ad mulierẽ. Fides tua
te ſaluã fecit: vade in pace. Ore-
do. Offer. Angelus domini deſcẽdit de
celo et dixit mulieribus: quem queritis/
ſurrexit ſicut dixit alleluya. Secreta.
Munera noſtra q̄s dñe beate
marie magdalene glorioſa
merita tibi reddãt accepta: cui⁹
oblatiõis obſequiũ vnigenitus
filius tuus clementer ſuſcepit in-
penſum. Per eundẽ. Prefatio de
aplis. Cõio. Vidẽs dñs flẽtes ſoꝛores
lazari ad monumentũ: lachꝛymat⁹ eſt co-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3

rām iudeis:et clamabat lazare veni fo-
ras:et pdiijt ligatis manibus et pedib⁹
q̄ fuerat quatriduan⁹ mortuus. Cōpl.
Sumpto dn̄e vnico et saluta-
ri remedio corpore ſcilicet ⁊
p̄cioſo ſanguine filij tui ab oib⁹
malis/ btē marie magdalene pa-
trocinio exuamur.Per dominū.
¶ Appollinaris martyr.Introit⁹.
Sacerdotes dei bene-
dicite dn̄o: ſcti et hu-
miles corde laudate
deū. Ps. Benedicite oīa
opera dn̄i dn̄o:laudate ⁊
ſuperexaltate eū in ſecula.Gloria. Colla.
Sancti appollinaris martyr⁊
tui atq̄ pontificis dn̄e cōfeſ-
ſio recenſita cōferat nobis pie de
uotiōis augmētū: qui in tuo no-
mine perſeuerās meruit honora-
ri.Per. Epla. Doctrinis varijs.
In cōi ſol.x. Gr. Inueni dauid ſeruū
meū/ oleo ſancto vnxi eū: manus enim
mea auxiliabitur ei/et brachiū meū con-
fortabit eū.ꝟ. Nichil proficiet inimicus
in eo:et filius iniq̄tatis nō nocebit eum.
Alla.ꝟ. Poſuiſti dn̄e ſup caput ei⁹ co-
ronā de lapide p̄cioſo. Euāge. Homo
quidā nobi. In cōi ſo.v. Offer. Ve-
ritas mea et mīa mea cū ipſo: et in noīe
meo exaltabitur cornu eius. Secreta.
Hoſtias tibi dn̄e pro comme
moratiōe ſancti appollina
ris martyris tui atq̄ pōtificis of-
ferimus: quē a tui corporis vnita
te nulla tēptatio ſeparauit.Per.
Cōio. Semel iuraui in ſctō meo ſemen
eius in eternū manebit:et ſedes ei⁹ ſicut
ſol in cōſpectu meo: et ſicut luna pfecta
in eternū/ et teſtis in celo fidelis.
Repleti cibo potuq̄ ce⟨ Cōpl.

leſti dn̄e deus noſter te ſupplices
exoramus:vt in cui⁹ hec cōmemo
ratione percepimus/ eius munia
mur et precibus.Per. ¶ In trāſla
tiōe triū regū.oīa vt idie epypha
nie: preter que ſequuntur. Sed p̄-
fatio cotidiana dicitur. Collecta.
Deus q̄ es regū oīm corona:
⁊ cōfeſſorū glīa: annue nos
regū magorꝫ tuorꝫ/ iaſpar/ baltha
ſar/melchior:pia apud te experiri
patrocinia:vt p tuā quā ī eorꝫ glo
rificamus memoriā magnificen-
tiā:coronā vite diligētibus te pci
piam⁹ repromiſſam. Per. Sequ.
Maieſtati ſacroſctē/ militans
cū triūphante/ iubilet ecclīa
Hic verſetur laus ī ore/ ne priue-
tur cor ſapore/ quo deguſtat gau-
dia. Nouā parit virgo prolē/ no
uum mōſtrat ſtella ſolem/ currūt
ad p̄ſepia. Reges magi et nō va
gi/ ſe p̄ſagi gaudēt agi/ ſtella luce
p̄uia. Triū regū triū mun⁹/ ado-
ratur deus vn⁹/in ſubſtātia. Tri-
nus deus in pſonis/adorat² trib⁹
donis/ vnus in eſſentia. Mirrā fe
rūt/ thus et aurū: plus penſantes
q̄̄ theſaurꝫ/ typū ſub quo veritas.
Tria dona tres figure/ rex in au-
ro de⁹/ thure/ ī mirra mortalitas.
Thuris odor deitatē/ auri ſplen-
dor dignitatē / regalis potentie.
Mirra caro verbo nupta/ p quod
manet incorrupta/ caro carēs ca-
rie. Ab helena crux inuenta/ hec
eadē poſt intēta/ aggregandis re
gibus. Reges olim peregrini/ or
nāt vrbē cōſtantini/ allatis corpo
ribus. Tandē inde ſunt trāſlati:
cōmendati ciuitati/ cui nomē am

broſia. Ter inuentos ter tranſla-
tos/dei nutu ſibi datos/ colit hos
colonia. Ortus dedit occidēti/ ꝙ
tres reges ter inuēti/ excolūt colo
niā. Nūꝙ locū mutaturi/nec vt
olim reuerſuri/ ſunt ꝑ viā aliam.
Colāt reges ꝓpter regē/ ſūmi re
gis ſeruāt legem/ coloni colonie.
Hoꝝ fide ſumus riui/ hij ſūt fon-
tes primitiui/gētiū primitie. Tu
nos ab hac xp̄i valle/ duc ad vitā
recto calle/ꝑ hoꝝū ſuffragia. Ubi
p̄ris vbi tui/ et amoris ſacris frui
mereamur gloria. Amē. Secreta.
Suſcipe clemētiſſime de⁹ has
oblatiōes quas in tui vene-
ratiōe:et beatoꝝ magoꝝ tuorum
iaſpar/balthaſar/ melchior cōme-
moratiōe tibi deo viuo et vero of
ferim⁹:vt ꝑ hec ſctā ſacrificia/ et ma
goꝝū tuoꝝ gl'oſa ſuffragia/ab oi-
bus inimicoꝝū noſtroꝝū inſidijs
nos liberes:et a cūctis huius mū-
di periculis eripias:et ad gaudia
ſempiterna ꝑducas. Per. Cōplē.
Sanctoꝝ magoꝝ tuoꝝ/iaſpar
balthaſar/melchior q̄s dn̄e i
terceſſio gl'oſa nos ꝓtegat vbiꝙ
⁊ adiuuet: vt ꝑ hec ſctā que ſūpſi-
mus ſacramēta: a pctōꝝ noſtroꝝ
vinculis nos abſoluat: et ab oīb⁹
inimicis tueatur ſemꝑ et muniat
⁊ ad tuā p̄ſentiā te donāte perdu
cat. Per. ¶ Criſtine virginis. Coll.
Omnip̄s ſempiterne de⁹: q̄ ho-
diernā diē btē criſtine virgi
nis martyriſꝙ tue ſolēnitate mul
tiplici exultatiōe letificas: cōcede
ꝓpitius:vt eius iuuemur meritis
cuius p̄clare caſtitat⁊ irradiamur
exemplis. Per dn̄m nr̄m. Secreta

Sacrificijs p̄ſentibus q̄s dn̄e
placatus intēde:vt et deuo-
tioni nr̄e proficiāt et ſaluti. Per.
Cōpl.
Uxiliētur nob⁊ dn̄e (
ſumpta myſteria:⁊ interce
dēte beata criſtina martyre tua:
ſempiterna ꝓtectiōe cōfirmēt. ꝑ.



¶ Inuigilia
iacobi apli
Introitus.
Ego autē
Per totum
ſicut in vigi
liauni' apli
In cōi fol. l.
¶ In die ia-
cobi Intro.

Michi autē nimis ho-
norati ſūt amici tui
deus: nimis cōfoꝛta-
tus eſt principat⁹ eo-
rū. Ps. Dn̄e ꝓbaſti me ⁊
cognouiſti me : tu cognouiſti ſeſſionem
meam. Gloria patri et filio. Collecta.
Eſto dn̄e plebi tue ſctifica-
toꝛ ⁊ cuſtos: vt apoſtoli tui
iacobi munita preſidijs: et cōuer
ſatiōe tibi placeat: et ſecura deſer
uiat. Per. Epl'a. Benedictio dn̄i.
In cōi fo. ij. Gr. Cōſtitues eos princi-
pes ſup oēm terrā: memores erūt noīs
tui dn̄e. ℣. Pro patrib⁹ tuis nati ſūt tibi
filij: propterea populi cōfitebuntur tibi.
Alla. ℣. In omnē terrā exiuit ſon⁹ coꝝ
⁊ in fines orbis terre verba coꝝ. Seqn.
Gaudeat hiſpania totaꝙ ger
mania iubilet in dn̄o. De
triūpho nobili/ iacobi apli/ cōpo
ſtelle cōdito. Zebedei filiū/ xp̄i cō
ſanguineū/narrat hunc hiſtoria.
Hic vt ſolis radius/ fulget in p

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3

matibꝰ/ viſa chriſti glīa. Apoſia
capitur/ad herodē trahitur/funē
collo baiulās. Videt paraliticū/
cui fert auxiliū/ ad tormentū am-
bulās. Joſias cōpungitur/pedi-
bus adiungit᷑/iacobi ꝑ lauachro
Qui poſt pacis oſculum/ trāſmi-
grat ad dn̄m/ſecū cadens gladio.
O felix apoſtole / magne martyr
iacobe/te colentes adiuua. Pere
grinos vndiqꝫ/tuos clemens ꝓte
ge/ducens ad celeſtia. Se. mat. xx.
In illo tpe. Acceſſit ad ieſum
mater filioꝝ zebedei cū filiis
ſuis:adorans/⁊ petēs aliq̄d ab eo
Qui dixit ei. Quid vis: Ait illi. Dic
vt ſedeāt hii duo filii mei: vnꝰ ad
dexterā tuā/ ⁊ vnus ad ſiniſtrā in
regno tuo. Reſpōdēs aūt ieſus/di
xit. Neſcitis q̄d petatis. Poteſtis
bibere calicē quē ego bibiturus
ſum: Dicunt ei. Poſſumus. Ait il
lis. Calicē quidē meū bibetis: ſe-
dere autē ad dexterā meā et ſini-
ſtrā/nō eſt meū dare vobis: ſed q̄-
bus paratum eſt a patre meo. Et
audiētes decē: indignati ſunt de
duobus fratribꝰ. Jeſus autē voca
uit eos ad ſe:et ait. Scitis q̄ prin-
cipes gentiū dominātur eoꝝ:et q̄
maiores ſunt poteſtatē exercēt in
eos. Nō ita erit īter vos. Sed qui-
cūqꝫ voluerit inter vos maior fie
ri:erit veſter miniſter. Et q̄ volue-
rit iter vos primꝰ eſſe: erit ſeruus
veſter. Sicut filius hoīs nō venit
miniſtrari ſed miniſtrare:et dare
aīam ſuā redēptionē pro multis.
Credo. et pfa. de aplis. Offe. Mi-
hi autē nimis honorati ſūt amici tui deꝰ
nimis ꝯfortatꝰ eſt ꝑncipatꝰ eoꝝ. Secre.

Oblatiōes ppl̄i tui dn̄e q̄s bti
apl̄i tui iacobi paſſio btā cō
ciliet:⁊ que nr̄is nō ſunt apta me-
ritis: fiant tibi placita eiꝰ depreca
tione. Per dominum noſtrum ie
ſum chriſtum. Cōio. Dico aūt vobis
amicis meis: ne terreamini ab hiis qui
vos perſequūtur. Complenda.
Beati apoſtoli tui iacobi cu-
ius hodie feſtiuitate corpo-
re et ſanguīe filii tui nos refeciſti:
q̄ſumꝰ dn̄e interceſſiōe nos adiu-
ua: pro cuius ſolennitate percepi
mus tua ſancta letantes. Per do
minum noſtrū ieſum chriſtum.
¶ Chriſtoferi martyris. Introitꝰ.



Letabit᷑
iuſtus in
dn̄o ⁊ ſpe
rabit ī eo
et lauda-
būtur oēs recti corde.
Ps. Exaudi deus orationem meam cum
deprecor; a timore inimici eripe animā
meam. Gloria patri ⁊ filio ⁊ ſpi. Colla.
Preſta queſumus omnipo-
tens deus: vt qui beati chri
ſtoferi martyris tui natalicia co-
limus: eius meritis et precibus a
morte ſubitanea:⁊ ab omībꝰ ma
lis liberemur ꝑ te ieſu chriſte quē
ipſe meruit in humeris portare.
Qui cum deo patre et ſpiritu ſan-
cto viuis ⁊ reg. Epiſtola. Memor
eſto. In cōi fo. iiii. Gr. Dn̄e preueni-
ſti eū in benedictionibus dulcedinis: po-
ſuiſti in capite eiꝰ/ coronā de lapide pre-
cioſo. ℣. Vitam petiit et tribuiſti ei: lōgi-
tudinē dierꝝ in ſeculū ſeculi. Alleluya
℣. Corona aurea ſuper caput eius ex-
preſſa ſigno ſanctitatis glorie ⁊ honoris

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3

Euange. Si quis vult venire. In cõi ſo. iiij. Offe. Poſuiſti dñe in capi-te eius coronam de lapide precioſo vitã petijt a te tribuiſti ei. Secreta.

Fiat dñe q̃s hoſtia ſacrãda placabilis p̃cioſi celebrita-te martyrij: que ⁊ peccata nr̃a pu-rificet: et tuoꝝ tibi vota conciliet famulorũ. Per. Cõio. Qui vult veni-re poſt me: abneget ſemetipſum ⁊ tollat crucem ſuam et ſequatur me. Cõplẽda

Quesumus oṗs deus: vt bea-ti criſtoferi martyris tui ce-leſtibus myſterijs celebrata ſolẽ-



nitas: ĩdul-gentiã no-bis tue ꝓpi-tiatiõis ac-celeret. Per dñm noſtꝝ.

¶ De ſctã anna ma-tre v̓ginis. Introitus.

Gaudeamus om̃es in dño / diẽ feſtũ celebrã-tes: ĩ honore ãne ma-tris virginis glorio-ſiſſime: de cui⁹ ſolẽni-tate gaudẽt angeli / ⁊ collaudãt fi-lium dei. ps. Eructauit cor meũ verbũ bonũ: dico ego opa mea regi. Glo. Col.

Deus qui beate anne vtma-ter ſancte dei genitricis effi-ci mereret̃ tribuiſti: cõcede ꝓpici⁹ vt vtriuſq; precibus tam matris q̃ȝ filie / celeſtia regna conſeq̃mur. Per. Lectio libri ſapie. Eccli. xxiiij

Ego quaſi vitis fructificaui ſuauitatẽ odoris: et flores mei fruct⁹ honoris et honeſtatis

Ego mater pulchre dilectiõis / ⁊ ti-moris: ⁊ magnitudinis / et ſancte ſpei. In me oĩs gr̃a vie et v̓itatis: in me oĩs ſpes vite / ⁊ v̓tutis. Trã-ſite ad me oẽs q̃ cõcupiſcitis me: ⁊ a g̃nationibus meis implemini. Spiritus enĩ me⁹ ſup mel dulcis: et hereditas mea ſup mel et fauũ. Memoria mea in g̃natione ſeclo꞉. Qui edũt me / adhuc eſurient: et q̃ bibunt me / adhuc ſitient. Qui au-dit me nõ cõfundet̃: ⁊ q̃ operant̃ in me / nõ peccabũt. Et q̃ elucidãt me: vitã eternã habebunt. Of[illegible]. Be-nedicta ⁊ venerabilis es tu anna matro-na nobilis que ſancte dei genitricis ma-ter es noſtre ſalutis. ỽ. Que manet inta-cta poſt partũ virgo maria per tua trãſi-uit viſcera nata pia Sequentia.

Teſtamẽto veteri: anna fuit geita / ⁊ de ſtirpe regia. Hec matrona nobilis: diu fuit ſterilis in magna triſticia. Qui fructum contulit: et ſic luctũ abſtulit / diui-na clementia. Patriarchis co-ta / anna luce predita: in perhenni gloria. Te precamur inclita / vt per tua merita: nobis detur gra-tia. Anna parẽs labe carens vi-bens roſa ſpecioſa: florens inter lilia. Matrem chriſti genuiſti / tua prece nos a nece / tuearis nocia. Ecce lucis officina / egris ſpes et medicina: tua proles eſt regina. in celeſti patria. Ipſa cũctis iam prelata / per te ſumens her pecca-ta: noſtra fiat aduocata / in dei p̃ſe-ntia. Amen dicant oĩa. ¶ Ini-tiũ ſancti euãgelij. Scdm Mat.

Liber generatiõis ieſu chri-ſti filij dauid filij abraham

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag
226 A 3

Abrahã genuit iſaac. Iſaac autẽ: genuit iacob. Jacob autẽ: genuit iudã/et fratres eius. Judas autẽ: genuit phares/⁊ zarã de thamar. Phares autẽ: genuit eſrom. Eſrõ autẽ: genuit aram. Aram aũt: genuit aminadab. Aminadab autẽ genuit naazon. Naazon autẽ: genuit ſalmõ. Salmõ autẽ: genuit booz de raab. Booz autẽ: genuit obeth ex ruth. Obeth aũt: genuit ieſſe. Jeſſe aũt: genuit dauid regẽ. Dauid aũt rex: genuit ſalomonẽ ex ea que fuit urie. Salomon aũt: genuit roboam. Roboam aũt: genuit abyam. Abya autẽ: genuit aſa. Aſa aũt: genuit ioſaphat. Joſaphat autẽ: genuit iorã. Joram autẽ: genuit oziam. Ozias aũt: genuit ioathan. Joathan autẽ: genuit achaz. Achaz autẽ: genuit ezechiã. Ezechias aũt: genuit manaſſen. Manaſſes aũt: genuit amon. Amon autẽ: genuit ioſyam. Joſyas aũt: genuit iechoniã et fratres eius in trãſmigratiõe babylonis. Et poſt trãſmigrationẽ babylonis iechonias genuit ſalathiel. Salathiel autẽ: genuit zorobabel. Zorobabel autem: genuit abyud. Abyud autem: genuit elyachim. Elyachim autẽ: genuit azor. Azor autẽ: genuit ſadoch. Sadoch aũt: genuit achim. Achim aũt: genuit eliud. Eliud autẽ: genuit eleazar. Eleazar aũt: genuit mathan. Mathan autem: genuit iacob. Jacob autẽ: genuit ioſeph/virum marie. De qua natus eſt ieſus: q̃ vocatur chriſtus. Offer. Recordare mater anna dum ſteteris in conſpectu dei: vt loquaris pro nobis bona: et vt auertat indignationem ſuam a nobis. Secreta.

DEus q̃ de regio ſemine beate anne mundũ gratia/celũ gloria repleuiſti: da nobis in eius dẽ filie fructu vẽtris benedicto ſpiritualiter refici: et eternaliter epulari. Per eũdẽ. Cõio. Aue dauid regis nata/ virga yeſſe fecundata/ o radix alti germinis: mater marie virginis/ tũde p̃ces cũ filia/ad ſummũ patris filium/pro ſalute fidelium. Complenda.

DEus q̃ glorioſam annã preelecte genitrici tue genitricẽ beatiſſimã elegiſti: da nobis in electorũ tuorum conſortio de vtriuſq; gl'ia tuã miam eternaliter collaudare. Qui vi. ¶ De ſctõ iudoco. Coll.

DEus qui beatũ iudocũ piũ confeſſorẽ tuũ: eternitatis gloria ſublimaſti: cõcede nobis famulis tuis: memoriã ipſius celebrãtibus/cunctorum veniã delictorum ⁊ eterne beatitudinis p̃miũ conſequi ſempiternum. Per. Secreta.

HOſtias tibi dñe p cõmemoratiõe ſcti iudoci cõfeſſoris tui offerimus ſuppliciter dep̃cantes: vt ſicut illi tribuiſti ſacre fidei claritatẽ: ſic nobis indulgẽtiã largiaris et pacem. Per. Complẽda

UT nobis dñe tua ſacrificia dẽt ſalutẽ: beatus iudocus cõfeſſor tuꝰ q̃s p̃cator accedat. p.

¶ Panthaleonis martyr. Introit.

Gloria et honore coronaſti eũ: et cõſtituiſti eũ ſup opera manuũ tuarũ. Ps. Dñe dñs nr̃ q̃ admirabilis eſt nomẽ tuum in vniuerſa terra. Gloria. Colla.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3

Deus qui nobis huiꝰ diei ſolennitatē pro cōmemoratione beati panthaleonis martyris tui et paſſione feciſti: adeſto familie tue precibus: vt et cuius hodie feſta celebramus: eiꝰ meritis et interceſſionibus adiuuemur. Per. Epla. Iuſtū deduxit. In cōi fo. iiij. Gr. Poſuiſti dñe ſup caput eius: coronā de lapide ꝑcioſo. ỽ. Deſideriū aīe eiꝰ tribuiſti ei: et volūtate labiorū eius non fraudaſti eū. Alla. ỽ. Poſuiſti dñe ſup caput eiꝰ: coronā de lapide ꝑcioſo. Euāge. Si qs vult veni. In cōi fol. iiij. Offer. Gl'ia et honore coronaſti eū: et cōſtituiſti eū ſup opa manuū tuarū. Secre.

Suſcipe clementiſſime pater/ et ſanctifica hoc ſacrificiū populi tui: vt quod in honore beati panthaleonis martyris tui tibi offertur ad gloriam: nobis proſit ad veniam. Per dominū noſtrū. Cōio. Magna eſt gloria eius in ſalutari tuo: gloriam et magnū decorem impones ſuper eum domine Complenda.

Beati martyris tui panthaleonis annua feſtiuitate letantes: clemētiam tuā ſupplices exoramus omīpotens deus: vt ſicut ille ob tāti agonē certaminis in hac triūphali redimitꝰ extitit corona: ita et nos oratiōis illius fulti ſuffragio tēptationū tela ſuperantes: brauio letemur eterno Per dñm. ¶ Felicis/ſimplicij/fauſtini/ et beatricis. Introitus.

Sacerdotes eius induant ſalutare: et ſancti eius exultatiōe exultabunt. Ps. Memento domine dauid: et omnis māſuetudinis eius. Gloria patri. Coll.

Preſta qs dñe: vt ſicut populus chriſtianꝰ beatorū martyrū tuoꝝ/ felicis/ ſimplicij/ fauſtini/ et beatricis tēporali ſolennitate cōgaudet: ita ꝑfruatur eterna: et qd votis celebrat/ cōprehendat effectu. Per dñm noſtrum ieſum. Eodē die marthe virginis. Colla.

Queſumꝰ omps deꝰ: vt ſicut meritꝫ et īterceſſione beate marthe virginis hoſpite tue lazarū fratrē ſuū iam fetidū et mortuū ſuſcitare dignatꝰ es: et ipſam proprijs manibus ſepelire: ſic et fideles tuos a vicioꝝ ſordibus morte ꝑpetua et ſubitanea digneris propitius liberare: et tecum in celeſtibꝰ collocare. Qui. Lectio libri apocalipſis bti iohānis apli. vij.

In diebus illis. Vidi hoſtium apertum in celo: et ecce turba magna quā dinumerare nemo poterat ex oībus gentibus/ et tribubus/ et populis/ et linguis: ſtantes ante thronū: et ī cōſpectu agni amicti ſtolis albis: et palme ī manibus eorum. Et clamabāt voce magna/ dicentes. Salus deo nr̄o qui ſedet ſuper thronum et agno. Et oēs angeli ſtabant in circuitu throni/ et ſenioꝝ/ et quattuor animaliū: et ceciderunt in conſpectu throni in facies ſuas: et adorauērunt deū dicentes/ amen. Benedictio et claritas/ et ſapiētia/ et gratiarū actio: honor/ et virtus/ et fortitudo deo noſtro/ in ſecula ſeculorum: amē. Gr. Sacerdotes eius induant ſalutare: et ſancti eius exultatiōe exultabūt. ỽ. Illuc producā cornu dauid

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3

paraui lucernã chriſto meo. Alla. ℣ꝰ. Te martyrũ candidatus: laudat exercitus dñe. Euãge. Sint lũbi veſtri p̃cincti. In cõi fol.ix. Offẽ. Veritas mea et miſericordia mea cũ ipſo: et in nomine meo exaltabitur cornu eiꝰ. Secre.

Hoſtias tibi dñe pro ſanctorũ martyꝝ/felicis/ſimplicij fauſtini/ et beatricis cõmemoratione deferimus ſuppliciter dep̃cantes: vt et indulgentiã nobꝫ pariter conferãt et ſalutẽ. Per dñm.

¶ De ſancta martha. Secreta.

Fiant dñe tuo grata conſpectui munera ſupplicãtis eccleſie: et ĩtercedẽte beata martha virgine tua/ noſtre proficiant ſaluti. Per. Cõio. Beatꝰ ſeruꝰ quẽ cũ venerit dñs ĩuenerit vigilãtẽ: amẽ dico vobis/ſup oĩa bona ſua ꝯſtituet eũ. Cõpl.

Preſta q̃s oĩpotens deus: vt ſanctorũ tuorũ felicis/ ſimplicij/fauſtini/⁊ beatricis celeſtibꝰ myſterijs celebrata feſtiuitas: indulgentiã nobis tue ꝓpiciatiõis acquirat. Per dominũ noſtrum.

¶ De ſancta martha. Cõplẽda.

Sanctiſſime deus cuius filius in ede beate marthe hoſpitari dignatꝰ eſt: da q̃s: vt meritis que illũ placide ſuſcepit hoſpitio in polorũ ede ſuſcipi miſericorditer valeamꝰ. Per eũdẽ dñm nr̃z.

¶ Abdon et ſennes. Introitus.

Intret in cõſpectu tuo dñe gemitus cõpeditorum: redde vicinis noſtris ſeptuplũ ĩ ſinu eorũ/vindica ſanguinẽ ſanctorũ tuoꝝ/ qui effuſus eſt. Ps. Deus venerunt gentes in hereditatem tuam: polluerunt templũ ſanctum tuum. Gloria patri et filio. Colla.

Deus qui ſanctis tuis abdoni et ſenni ad hanc gloriam veniẽdi/copioſum munus gratie tue contuliſti: da nobis famulis tuis noſtroꝝ veniã pctõꝝ: vt ſctõꝝ tuorũ intercedẽtibus meritis: ab oĩbus mereamur aduerſitatibꝰ liberari. Per. Epl'a. Lingua ſapientiũ. In cõi fo.vi. Gr. Glorioſus deꝰ ĩ ſanctis ſuis: mirabilis in maieſtate faciens prodigia. ℣. Dextera tua dñe glorificata eſt in virtute: dextera manus tua cõfregit inimicum. Alla. ℣. Iuſti epulentur et exultẽt in cõſpectu dei: ⁊ delectentꝛ in leticia. Euãgel. Deſcẽdens ieſus de monte. In cõi fo.viij. Offẽ. Mirabilis deus in ſanctis ſuis: deus iſrael ipſe dabit virtutem et fortitudinem plebi ſue benedictus deus. Secreta.

Munera tibi dñe pro ſanctoꝝ martyꝝ tuoꝝ abdonis ⁊ ſennis paſſiõe deferimꝰ q̃ dũ finiũtꝛ in terris: facti ſũt celeſti luce ꝑpetui. Per. Cõio. Poſuerũt mortalia ſeruorũ tuoꝝ dñe eſcas volatilibus celi: carnes ſctõꝝ tuoꝝ beſtijs terre: ſcdm̃ magnitudinẽ brachij tui poſſide filios mortiptꝫ.

Populũ tuũ q̃nitorũ. Cõplen.

Dñe ꝑpetua munitiõe defẽde: nec difficulꝰ qd̃ pie/qd̃ iuſte poſtulat cõſequatꝛ: cui ſctõꝝ tuoꝝ abdonis ⁊ ſennis merita ſuffragãtꝛ Per.

¶ Germani epiſcopi. Colla.

Preſta q̃s oĩpſdeꝰ vt btiſſimi germani antiſtitꝫ et cõfeſſoris tui/cuiꝰ exẽpla miramur ⁊ colimus: et ſi equari factꝫ eiꝰ nõ poſſumꝰ/ſaltẽ veſtigia eiꝰ ſeq̃: et fidẽ nobis cõtingat imitari. Per. Secre.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3

Clementiã tuã dñe depreca-
mur: vt hijs oblationibus
plebis quas ĩ honore beatiſſimi
germani antiſtitis et confeſſoris
tui offerimus: ſignatũ diẽ hodier
ne feſtiuitatꝫ celebremus: cũ incõ-
cuſſa fidei libertate: quã ille cõſtã
ti mente defendit: precãtes: vt ro-
bur patiẽtie eius: et nobiſcũ ſi nõ
opere/ ſaltẽ voluntate comitetur
Per dñm noſtrũ ieſum. Cõplẽda

Sumẽtes ex ſacris altaribus
chriſti / ac dñi dei noſtri cor-
pus et ſanguinẽ oramus dñe: vt
intercedente beato germano an-
tiſtite ſemp nobis fide plenꝰ eſu-
rire detur et ſitire iuſticiam: ſicqꝫ
opus eius cõfortati/ ſalutari grã
faciamus: vt nõ ad iudicium/ ſed



ad remedi-
um / ſacra-
mentũ qđ
accepimus
habeamus
Per eundẽ
dñm nrm.

¶ Ad vincu
la ſcti petri.
Introitus.

Nunc ſcio vere q̃a mi-
ſit dñs angelũ ſuũ ⁊
eripuit me de ma-
nu herodis: et de oĩ
expectatione plebis
iudeorꝫ. ps. Dñe pbaſti me et cognoui
ſti me: tu cognouiſti ſeſſionẽ meã. Coll.

Deus q̃ beatũ petrũ apoſto-
lũ a vinculis abſolutũ ille-
ſum abire feciſti noſtrorũ q̃s ab-
ſolue vincula peccatorꝫ: et oĩa ma
la a nobis ꝓpiciatꝰ exclude. Per.

Eodẽ die collecta de machabeis.

Fraterna nos dñe martyrũ
tuorꝫ corona letificet: que ⁊
fidei noſtre pͥbeat incitamẽta vir
tutũ: et multiplici nos ſuffragio
conſoletur. Per dñm nrm ieſum

Lectio actuum apoſtolorum. xij.

In diebꝰ illis. Miſit herodes
rex manꝰ: vt affligeret quoſ
dam de eccleſia. Occidit aũt iaco-
bũ fratrẽ iohãnis gladio. Vidẽs
autẽ quia placeret iudeis/ appo-
ſuit apprehendere et petrũ. Erãt
aũt dies azimorũ. Quẽ cũ appre
hẽdiſſet: miſit in carcerẽ/ tradẽſqꝫ
quattuor quaternĩõibus militũ
ad cuſtodiendum: volẽs poſt paſ
cha ꝓducere eũ pplo. Et petrus q
dem ſeruabatur in carcere: oratio
aũt fiebat ſine intermiſſiõe ab ec
cleſia ad deũ pro eo. Cũ aũt ꝓdu-
cturus eũ eſſet herodes: ĩ ipſa no-
cte erat petrus dormiẽs inter du-
os milites/ vinctus cathenis du
bus: ⁊ cuſtodes ante hoſtiũ cuſto
diebant carcerẽ. Et ecce angelus
dñi aſtitit: et lumen refulſit in ha
bitaculo. Percuſſoqꝫ latere petri:
excitauit eũ dicens. Surge veloci
ter. Et ceciderũt cathene: de mani
bus eius. Dixit aũt angelꝰ ad eũ.
Precingere: et calcia te caligas tu
as. Et fecit ſic. Et dixit illi. Circun
da tibi veſtimentũ tuũ: ⁊ ſequere
me. Et exiẽs ſequebatur eũ: et ne
ſciebat q̃a verũ eſt/ qđ fiebat p an
gelũ. Exiſtimabat autẽ ſe viſum
videre. Tranſeũtes aũt primã et
ſecundã cuſtodiã: venerũt ad por
tã ferreã/ que ducit ad ciuitatem
q̃ vltro aperta eſt eis. Et exeũtes

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag
226 A 3

proceſſerũt vicũ vnũ: et cõtinuo
diſceſſit angelus ab eo. Et petrus
ad ſe reuerſus/dixit. Nũc ſcio vere
quia miſit dñs angelũ ſuũ: et eri-
puit me de manu herodis: ⁊ de oĩ
expectatione: plebis iudeoꝝ. Gr.
Conſtitues eos principes ſup oẽm terrã
memores erunt noĩs tui dñe. ℣. Pro pa
tribus tuis nati ſunt tibi filij: propterea
populi cõfitebũtur tibi. Alla. ℣. Sol-
ue iubẽte deo terrarũ petre cathenas q̃
facis vt pateant celeſtia regna beatis.
Sequentia. Clare ſanctorum. In
cõi fo. ij. Secundũ Mattheũ. xvi.
In illo tpe. Venit ieſus in par
tes ceſaree philippi: et inter
rogabat diſcipulos ſuos dicens.
Quẽ dicunt hoĩes eſſe filiũ hoĩs?
At illi dixerũt. Alij iohãnẽ bapti
ſtã: alij aũt helyam: alij vero hie-
remiã: aut vnũ ex prophetis. Di-
xit eis ieſus. Vos aũt quẽ me eſſe
dicitis? Reſpõdẽs ſymon petrus/
dixit. Tu es chriſtus filius dei vi-
ui. Reſpondens aũt ieſus: dixit ei
Beatus es ſymon bariona: q̃a ca-
ro ⁊ ſanguis nõ reuelauit tibi: ſed
pater meus q̃ ĩ celis eſt. Et ego di-
co tibi: quia tu es petrus/et ſuper
hanc petrã edificabo eccleſiã meã
Et porte inferi nõ preualebũt ad
uerſus eã. Et tibi dabo claues re-
gni celorũ. Et quodcunq; ligaue-
ris ſuper terram erit ligatũ et in
celis. Et quodcunq; ſolueris ſu-
per terrã: erit ſolutum et in celis.
Credo. Offer. Conſtitues eos princi-
pes ſup oẽm terrã: memores erũt noĩs
tui in oĩ ꝓgenie et generatiõe. Secreta
Oblatũ tibi dñe ſacrificiũ in
cõmemoratione beati petri
apl'i tui viuificet nos ſemp et mu
niat. Per. ¶ Alia ſecre. de macha.
Votiua myſteria dñe ꝓ ſctõ-
rũ martyrũ tuoꝝ cõmemo-
ratione deuota mẽte tractemus/
quibus nobis preſidiũ creſcat et
gaudiũ. Per. Prefa. de apoſtolis.
Cõio. Tu es petrus: ⁊ ſuper hanc petrã
edificabo eccleſiam meam. Cõplenda
Corporis ſacri et p̃cioſi ſan-
guinis repleti libamine q̃s
dñe de⁹ noſter: vt quod pia deuo-
tione gerimus: intercedẽte beato
petro apl'o tuo/ certa redẽptione
capiamus. Per dñm nrm ieſum.
¶ Alia cõplẽda de machabeis.
Preſta q̃s oĩps deus: vt quo-
rũ memoriam ſacramenti
participatione recolimus: fidem
quoq; proficiẽdo ſectemur. Per.
¶ Stephani pape. Introitus.
Sacerdotes tui domi-
ne induãt iuſticiã: et
ſancti tui exultẽt: ꝓ-
pter dauid ſeruũ tu-
um/nõ auertas faciẽ
chriſti tui. Ps. Memento dñe dauid: ⁊
omnis manſuetudinis eius. Glo. Coll'.
Deus q̃ nos beati ſtephani
martyris tui atq; põtificis
annua ſolennitate letificas: cõce-
de ꝓpitius: vt cuius natalicia coli-
mus: de eiuſdẽ etiã ꝓtectiõe gau-
deam⁹. Per. Epl'a. Ecce ſacerdos
magnus. In cõi fo. ix. Grat. Os iu-
ſti meditabitur ſapientiã: et lingua eius
loquetur iudiciũ. ℣. Lex dei eius in corde
ipſius: et nõ ſupplãtabũtur greſſus ei⁹.
Alla. ℣. Beatus vir qui timet dñm: in
mandatis eius cupit nimis. Euange.
Homo q̃dã no. In cõi fol. v. Offe.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3

Inueni dauid ſeruū meū:et in oleo ſctō vnxi eū.manus eni mea auxiliabit᷑ ei:et brachium meū cōfortabit eū. Secreta.

Munera tibi dn̄e dicata ſanctifica:et intercedēte btō ſtephano martyre tuo atqꝫ pontifice:per eadē nos placatus intēde. Per. Cōio. Dn̄e quinqꝫ talenta tradidiſti michi/ecce alia quinqꝫ ſuperlucrat⁹ ſum:euge ſerue fidelis/ quia ī pauca fuiſti fidelis: ſupra multa te cōſtituā intra in gaudium domini tui. Complenda.

Hec nos cōmunio dn̄e purget a crimine:et intercedente beato ſtephano martyre tuo atqꝫ pontifice: celeſtis remediꝫ faciat eſſe conſortes. Per. ¶ In inuētiōe ſcti ſtephani. oīa vt in die natalis ſui:pter q̄ ſequūt᷑. Credo. nō dicit᷑. Prefatio cotidiana. quere Dominica ſupra fo. xi Collecta

Deus qui es ſanctorū tuorū ſplendor mirabilis:quiqꝫ hodierna die corpora btōꝝ tuoꝝ ſtephani nicodemi/ atqꝫ gamalielis /et abybon inuētiōe glorioſa reuelaſti:da nobꝫ in eterna leticia/de eorū ſocietate gaudere. Per. Secre.

Munera tibi dn̄e noſtre deuotionis offerimus:que ꝫ pro tuorū tibi grata ſint honore ſanctorū:et nobis ſalutaria te miſerante reddantur. Per. Cōplenda

Sumpſimus dn̄e ſanctoꝝ tuorū ſtephani pthomartyris nicodemi/gamalielis/ et abybon ſolēnia celebrantes ſacramēta celeſtia:pſta q̄s: vt qđ temporaliter gerim⁹/eternis gaudiꝫ cōſequamur. Per. ¶ In feſto beate marie virginis ad niues. oīa vt in eiꝰ cōmemoratione. vt infra fo xxvi. preter que ſequūtur. Alla. Virga ieſſe. Seq̄ntia Aue maria. Credo. Prefatio. Et te in veneratione. Colla.

Deus qui ad declarandā gloriā tue genitricis virginis glorioſe marie deſcenſu niuis in eſtiuis caloribus locū in quo edificaretur ei templū dignat⁹ es demōſtrare:q̄s vt eius obſequiꝫs inſiſtētes ab eſtu cōcupiſcētie refrigerati ſup niuē candore innocētie deалbemur. Qui viuis. ¶ Code die oſvvaldi regis et martyris. Coll.

Adeſto dn̄e propitius plebi tue in beati oſvvaldi regis ꝫ martyris tui venerāda annua ſolēnitatis die:vt q̄ conſciētie nr̄e reatu depmimur: ei⁹ patrocinio adiuti ſubleuemur. Per. ¶ Code die dominici cōfeſſoris. Collecta.

Deus q̄ eccleſiā tuā beati dominici cōfeſſoris tui illuminare dignatus es meritis et exemplis:cōcede vt eius interceſſiōe:et tēporalib⁹ nō deſtituat᷑ auxiliꝫs/ ꝫ ſpūalibus ſemp proficiat incremētis. Per dn̄m noſtrū. Secreta

Da dn̄e ppitiatiōe ꝫ btē marie ſemp vginis interceſſione:ad ppetuā atqꝫ p̄ſentē hec oblatio nobis proficiat proſperitatem et pacem. Per. ¶ Alia ſecreta

Suſcipe dn̄e mūera q̄s dignāter oblata:et bti oſvvaldi regis ꝫ martyris tui ſuffragātibus meritis: ad nr̄e ſalutis auxiliū puenire cōcede. Per. ¶ Alia ſecreta.

Munera tibi dn̄e dicata ſctifica: vt meritis bti dn̄ici cōfeſſoris tui nobis proficiant ad me

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag
226 A 3

delā. Per dn̄m noſtrū. Cōplenda

SUmptis dn̄e ſalutis nr̄e ſubſidijs: da q̄s btē marie nos patrocinijs vbiq̨ protegi: in cui⁹ veneratiōe hec tue obtulim⁹ maieſtati. Per dn̄m. ¶ Alia cōplēda.

LIbantes dn̄e mēſe tue beata myſteria: q̄s vt hec ſancti oſvvaldi regis et martyris tui intercesſionibus p̄ſentē nobis miſericordiā cōferāt et eternam. Per dn̄m noſtrū ieſum. ¶ Alia cōplē.

COncede q̄s op̄s deus: vt qui peccatorū noſtrorū pondere p̄mimur: intercedēte beati dn̄i ei cōfeſſoris tui patrocinio ſubleuemur. Per dn̄m noſtrum ieſum.

¶ Sixti pape et martyris. Intro.

SAcerdotes dei benedicite dn̄o: ſcti et humiles corde laudate deū. ps. Benedicite oīa opera dn̄i dn̄o: laudate ⁊ ſuperexaltate eum in ſecula. Gl'ia. Coll'a

DEus qui conſpicis q̄a ex nulla noſtra virtute ſubſiſtim⁹ concede ꝑpitius: vt interceſſione beati ſixti martyris tui atq̨ pōtificis: cōtra om̄ia aduerſa muniamur. Per dn̄m noſtrum. ¶ Eodē die feliciſſimi et agapiti. Collecta

DEus qui nos cōcedis ſanctorum martyrū tuoꝝ feliciſſimi et agapiti natalicia colere: da nobis in eterna leticia de eorū ſocietate gaudere. Per. Ep'la. Lingua ſapientiū. In cōi fol. vi. Gr. Sacerdotes eius induāt ſalutari: et ſcti eius exultatione exultabūt. ℣. Illuc producā cornu dauid: paraui lucernam chriſto meo. All'a. ℣. Sancti tui dn̄e benedicēt te: gloriā regni tui dicēt. Euāgel. Ecce ego mitto vos. In cōi fo. viij. Off'. Inueni dauid ſeruū meū: et oleo ſancto vnxi eū: manus eni mea auxiliabitur ei / et brachiū meū cōfortabit eum.

SUſcipe dn̄e munera Secre. ꝓpiciatus oblata: que maieſtati tue beat⁹ ſixtus ſacerdos cōmēdet et martyr. ¶ Alia ſecreta de ſanctis feliciſſimo et agapito.

MUnera tibi dn̄e noſtre deuotionis offerimus: que ⁊ pro tuorū tibi grata ſint honore ſanctorū: ⁊ nobis ſalutaria te miſerāte reddātur. Per. Cōio. Dn̄e quinq̨ talēta tradidiſti michi: ecce alia q̄nq̨ ſuper lucratus ſum: euge ſerue fidelis / q̄a in pauca fuiſti fidelis ſupra multa te cōſtituā: intra in gaudiū dn̄i tui. Cōplēda

PReſta q̄s dn̄e de⁹ noſter: vt cuius nobis feſtiuitate votiua ſunt ſacramēta: eius ſalutaria nobis interceſſione reddātur. Per dn̄m noſtrū. ¶ Alia cōplēda. de ſanctis feliciſſimo et agapito.

PReſta nobis q̄s deus noſter vt ſicut nobis diſcreta pietas beatorū martyrū tuoꝝ feliciſſimi ⁊ agapiti indiuidue charitatis prebet exemplū: ſic ſpiritū grē tue quo iugiter muniamur ſemp implorent. Per dominū noſtrum.

¶ In trāſfiguratiōe dn̄i. Introit⁹

IN excelſo throno vidi ſedere virū / quem adorat m'ltitudo angelorū pſallentes in vnū: ecce cuius imperij numen eſt in eternum. ps. Iubilate deo omnis terra: ſeruite domino in leticia. Gloria pr̄i. Gl'ia in excel. Col.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3

Deus q̄ hodierna die vnige-
nitū tuū mirabiliter tranſ-
formatū celitus vtriuſqꝫ teſtamē
ti patribꝰ reuelaſti: da nobꝫ q̄s be
neplacitis tibi actibꝰ ad eiꝰ ſemꝑ
contēplādā pertingere gloriā: in
quo tue paternitati optime com
placuiſſe teſtatus es. Per eundē.
¶ Donati martyris. Collecta.
Deus tuoꝝ glīa ſacerdotū: ꝓ-
ſta q̄s: vt ſctī donati marty
ris tui atqꝫ pōtificis: cuiꝰ feſta ge-
rimus/ auxilium ſentiamus. Per.
¶ Eodē die de ſancta afra. Coll'a.
Interceſſio nos q̄s dn̄e ſancte
afre martyrꝫ tue letificet: q̄ et
in cōfeſſione ⁊ ignis cōcrematiōe
tibi placere meruit. Per dominū
Lectio ep'le btī petri apoſtoli. ij. i.
Chariſſimi. Nō indoctas fa-
bulas ſecuti notā facimꝰ vo
bis dn̄i nr̄i ieſu xp̄i virtutē: et ꝓſci
entiā/ ſed ſpeculatores facti illius
magnitudinis. Accipiēs autē a deo
patre honorē et glīam: voce dela-
pſa ad eū huiuſcemodi a magnifi
ca glīa. Hic eſt filius meus dilectꝰ
ī quo mihi bene cōplacui: ipſū au
dite. Et hanc vocē nos audiuimꝰ
de celo allatā: cū eſſemus cū ipſo
in mōte ſctō. Et habemꝰ firmiorē
ꝓpheticū ſermonē: cui benefacia-
tis attēdētes q̄ſi lucerne lucēti in
caliginoſo loco: donec dies illuce-
ſcat et lucifer oriatur: in cordibus
veſtris. Gr. Specioſus forma ꝑ filijs
hominū: diffuſa eſt gr̄a in labijs tuis. V.
Eructauit cor meū verbū bonū: dico ego
opera mea regi: lingua mea calamꝰ ſcri-
be/ velociter ſcribentis. Alla. V. Dies
ſanctificatus illuxit nobis: venite gētes
⁊ adorate dominū: quia hodie deſcendit
lux magna ſuper terram. Sequentia.
Laudes deo dicat ꝑ oīa voce
iubila/ mr̄ nr̄a ecclīa. Pro
elapſa celitus/ ad nos voce diuini
tus/ magnifica glīa. Hic eſt meꝰ
filius/ in quo michi ſum placidus
ipſi ſemꝑ glīa. Audiētes itaqꝫ: ꝑ-
cuſſi ſunt verbere/ ab hac luce celi-
ca. Dū cadit in facies/ ꝑtimeſcit
acies/ hec plebs apoſtolica. Do-
nec eos tetigit/ ſaluator eius et in
quit: metu iam depoſito nulla ſit
anguſtia. Leuauerūt oculos/ nō
vidētes aliquos: ꝑter quē ⁊ antea
quiſq̄s vidit talia. Petrꝰ tractat
qđ affectat: ipſi clamat quem cor
amat/ ieſū ſuꝑ oīa. Optat bonū
nos hic eſſe: faciamꝰ indefeſſe/ tria
tabernacula. Tibi vnū ieſu dn̄e/
faciamus eis ſimile/ moyſi cū he-
lya. Nos delectat cōmorari/ no-
bis ſemꝑ famulari: in hac luce celi
ca. Hec ne mūdo intimetꝫ: rogo
geſta que videtis/ donec filiꝰ hoīs
mortis dirūpat vincula. Morte
victa reuelētur/ et a vobis ꝑdicēt
hec q̄ vidiſtis gaudia/ de voce pa-
tris cognita. Deprecemur ergo
xp̄m: vt et nos ad montē iſtū/ cito
ducat et oſtēdat/ q̄ ſint vera gau-
dia. Vt cū petro cōmorari/ et pa
tribus cōregnari: trinitatem ſpe-
culari/ poſſimus ꝑ ſecula. Amen
dicant omnia. Scd̄m [illegible]
In illo tpe. Aſſūpſit ieſus pe-
trū et iacobū: et iohannē fra
trē eius: et duxit illos in mōtē ex-
celſum ſeorſum: et tranſfiguratꝰ
eſt ante eos. Et reſplēduit facies
eius ſicut ſol: veſtimēta autē eius

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag
226 A 3

facta ſūt alba ſicut nix. Et ecce ap
paruerūt illis moyſes ⁊ helyas: cū
eo loquentes. Reſpondēs aūt pe-
trus dixit ad ieſū. Dñe: bonū eſt
nos hic eſſe. Si vis: faciamus hic
tria tabernacula. Tibi vnū/ moy-
ſi vnū: et helye vnū. Adhuc eo lo-
quente: ecce nubes lucida obūbra
uit eos. Et ecce vox de nube dicēs
Hic eſt filius meus dilect⁹: in quo
michi bene cōplacui/ ipſum audi-
te. Et audientes diſcipuli: ceciderunt
in faciē ſuā: et timuerūt valde.
Et acceſſit ieſus/ et tetigit eos.
Dixitq; eis. Surgite: et nolite ti-
mere. Leuātes aūt oculos ſuos: ne
minē viderūt/ niſi ſolū ieſum. Et
deſcēdētibus illis de mōte: pcepit
illis ieſus dicēs. Nemini dixeritis
viſionē/ donec fili⁹ hoīs: a mortu-
is reſurgat. Credo. Offer. Intonu-
it de celo dñs: et altiſſim⁹ dedit vocē ſuā
⁊ apparuerūt fōtes aquaꝝ allā. Secre.

Suſcipe q̄s dñe munera que p
glorioſa filij tui trāſſigura-
tione deferimus: et cōcede ꝓpiti⁹
vt p hec a tēporalibus liberemur
incōmodis: et gaudijs connecta-
mur eternis. Per eūdē dñm nr̄m.

¶ Alia ſecreta de ſancto donato.

Reſpice q̄s dñe populū tuū
ad tua ſacramēta currentē:
⁊ p̄ſentē ſolēnitatem ſcti donati
martyris recolentē: vt qđ ſinguli
in honorē tui noīs detulerūt/ cū-
ctis proſit ad veniam. Per dñm.

¶ Alia ſecreta de ſancta afra

Sacrificiū dñe qđ deſiderāter
offerimus: gratū tibi beata afra/
ſuffragatrix efficiat. Per. Prefat.
de trinita. Cōio. In ſplēdorib⁹ ſctōꝝ/
ex vtero ante luciferū genui te. Cōplē.

Deus q̄ nos incarnati verbi
tui trāſſiguratiōe: tueq; ad
eū miſſa paternitatis voce letifi-
cas: tribue q̄s vt diuinis paſti my-
ſterijs/ in eius mereamur mēbra
trāſſerri: q̄ hec in ſui memoriā fie-
ri p̄cepit: ieſus chriſtus fili⁹ tuus
dominus deus noſter. Qui tecū.

¶ Alia complēda de ſctō donato.

Omnipotēs ⁊ miſericors de⁹ q̄ nos
ſacramētoꝝ tuoꝝ et partici-
pes efficis et miniſtros: p̄ſta q̄s vt
intercedēte btō donato martyre
tuo atq; pōtifice: et fidei ꝓficiam⁹
augmēto: ⁊ btitudinis iūgamur
cōſortio. P. Alia cōpl. de ſctā afra.

Beate afre martyris tue dñe
q̄s ſuffragijs exorat⁹ pcepti
ſacramēti tui nos v̄tute defēde. P.

¶ Cypriaci martyris. Introitus.

Timete dñm oēs ſan
cti eius: qm̄ nihil de-
eſt timētibus eū: di-
uites eguerūt et eſu
rierūt/ inquirentes
autem dñm/ nō deficient omi bo-
no. Ps. Benedicam dñm in oī tempore:
ſemp laus eius in ore meo. Gloria. Col.

Deus q̄ nos annua bti cyria-
ci martyris tui ſociorūq; ei⁹
ſolēnitate letificas: cōcede ꝓpiti⁹/
vt quoꝝ natalicia colim⁹: virtutē
quoq; paſſionis imitemur. Per.
Lectio libri ſapiētie. Eccleſiaſti. ij

Metuētes dñm ſuſtinete mi-
ſericordiā ei⁹: et nō deflecta
tis ab illo ne cadatis. Qui timet
dominū credite illi: et nō euacua-
bitur merces veſtra. Qui timetis
dñm ſperate in illū: et in oblecta-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3

In vigilia laurentij.

tione veniet vobꝫ mīa. Qui time-
tis dn̄m diligite illū: et illumina-
būtur corda veſtra. Reſpicite filij
natiões hoīm: et ſcitote ꝗa null⁹
ſperauit in domio: et cōfuſus eſt.
Quis enī pmāſit in mādatis eius
⁊ derelict⁹ eſt: Aut ꝗs inuocauit il
lū: et deſpexit eū: Qm̄ pius ⁊ miſe
ricors eſt: dn̄s deus nr̄. Gr. Timete
dn̄m oēs ſcti eius; qm̄ nichil deeſt timē-
tibus eū. v. Inquirētes aūt dn̄m: nō de-
ficiēt oī bono. Alla. v. Te martyrū cā-
didatus; laudat exercit⁹ dn̄e. Sequentia.
Glorioſi cyriaci martyrꝫ triū
phū voce canamus cōſona.
Qui iuxta dn̄i ꝑceptū tortores
nō timuit corporū. Nū xp̄m no-
luit negare/ coronāq̄ꝫ fidei pdere.
Sed fūdat⁹ in ſtabili eccl'ie petra
xp̄o / nō inq̄t ſacrificamus ydolis
Noſmetipſos offerim⁹ ſponta-
neā deo gratā ī odorē ſuauitatis
hoſtiā. Et nos largū dei fortiſſi-
mū militē parib⁹ collaudem⁹ vo
cibus. Et ſmaragdū paris cōſtā
tie fidei martyris cyriaci comites
Qui ī xp̄o ſolidati: vt athlete no-
biles iugulū porrigūt tortoris fe
riendū gladio. Certi ſui ꝑmij p
xp̄o ſui ſanguinis facti ſūt pdigi
in celis regnaturi ppetim. Te er-
go ſupplici voce ꝑcamur pontifi-
cis ſūmi leuita xp̄i ſctē cyriace: vt
nos ꝑcib⁹ tuis ſemꝑ ꝯmēdes dn̄o
Nos quoq̄ꝫ patriā celeſtē ſmara
gde et large poſt hui⁹ carnis vin-
cula/ īpetrātes priſtinā facite īter-
eſſe gaudijs beatoꝝ. Amē. Euāge.
Nichil opertū. In cōī fol. v. Offer.
Letamini in domino et exultate iuſti: et
gloriamini omnes recti corde. Secreta

Suſcipe dn̄e ſacrificiū placa-
tionis ⁊ laudis qđ nos inter
uenīēte ſctō cyriaco martyre tuo
cū ſocijs ſuis: et pducat ad veniā/
⁊ in ppetuā cōſtituat gratiarum
actionē. p. Cōio. Signa eos q̄ ī me cre
dūt hec ſeq̄nt᷑: demōia eijciēt/ ſup egros
man⁹ imponēt/ et bene habebūt. Cōpl.
Refecti participatiōe mune-
ris ſacri: q̄s dn̄e de⁹ nr̄: vt cu-
ius exeq̄mur cultū/ ſentiam⁹ effe-
ctū. p. ¶ In vigi. laurētij. Introi.
Diſperſit dedit paupe
ribus: iuſticia ei⁹ ma
net in ſeculum ſeculi
cornu eius exaltabit᷑
in gloria. Ps. Beatus
vir qui timet dominū: in mandatis eius
volet nimis. Gloria patri et filio. Colla
Adeſto dn̄e ſupplicationib⁹
nr̄is: et ītercesſiōe bti laurē-
tij martyris tui/ ppetuā nobꝫ mi-
ſericordiā benign⁹ impēde. Per.
¶ Romani martyris. Collecta.
Preſta q̄s op̄s deus: vt q̄ bti
martyris tui romani nata
licia colimus a cūctis malis imm-
nētibus ei⁹ ītercesſiōe liberemur.
Per. Ep'la. Cōfitebor tibi dn̄e rex.
In cōī fo. xiij. Gr. Diſperſit dedit pau
peribus iuſticia ei⁹ manet in ſeculū ſcli
v. Potēs in terra erit ſemē eius: genera
tio rectoꝝ bn̄dicetur. Si fuerit dn̄ica.
Alla. v. Letabit᷑ iuſtus in dn̄o et ſpera
bit in eo: et laudabuntur oēs recti corde.
Euāge. Si quis vult poſt me veni
re. In cōī fol. iiij. Offer. Oratio mea
mūda eſt: et ideo peto vt detur locus vo-
ci mee in celo: quia ibi eſt iudex meus et
conſcius meus/ in eternum aſcendat ad
dominum deprecatio mea. Secreta.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3

HOſtias dñe quas tibi offeri mus ꝓpitius ſuſcipe:et īter cedēte btō laurētio martyre tuo/ vincula pctōꝝ nr̄oꝝ abſolue. Per.

¶ Romani martyris. Secreta.

GRata tibi ſit dñe nr̄e ſeruitu tis oblatio:ꝑ qua ſctūs ro= manus martyr īteruenia t. Per.

Cōio. Qui vult venire poſt me abneget ſemetipſū ⁊ tollat crucē ſuā ⁊ ſequat[r] me

DA q̄s dñe deus nr̄:(Cōplēda vt ſicut bti laurētij marty= ris tui cōmemoratiōe temporali gratulamur officio: ita ꝑpetuo le temur aſpectu. Per dñm noſtrū.

¶ Romani martyris. Complēda

FAmiliā tuā de⁹ ſuauitas il= la cōtingat et vegetet: qua in btō romano martyre tuo: xp̄i filij tui dñi nr̄i bono iugit odore paſcat[r]. Per eū. ¶ In die ſctō. In.

COnfeſſio ⁊ pulchritu do in cōſpectu ei⁹:ſcti tas ⁊ magnificentia in ſctificatiōe ei⁹. Ps. Cātate dño canticū nouū cantate domino om̄is terra. Glo. Colla

DA nobis q̄s oм̄s deus vicio= rū noſtrorū flammas extin guere: q̄ beato laurētio martyri tuo:tribuiſti tormētoꝝ ſuoꝝ incē dia ſuperare. Per. Ad corin. ij. ix.

FRatres. Qui parce ſeminat parce et metet. Et qui ſemi= nat in benedictionibus: de bene= dictionibus ⁊ metet. Vnuſquiſq̧ enim prout deſtinauit in corde ſuo:nō ex triſticia/ aut neceſſitate Hylarē eni datorē: diligit deus. Potēs eſt autē deus oēm gratiā habundare facere in vobis:vt in oībus ſemp oēm ſufficiētiā habē tes/abūdetis in om̄e opus bonū: ſicut ſcriptū eſt. Diſperſit dedit pauperibus: iuſticia ei⁹ manet in ſeculū ſeculi. Qui autem ammini ſtrat ſemē ſemināti:et panem ad manducandū p̄ſtabit. Et multi= plicabit ſemē veſtrum:et augebit incrementa frugū: iuſticie veſtre.

Gr. Probaſti dñe cor meū:⁊ viſitaſti no cte. V. Igne me examinaſti: ⁊ nō eſt inuē ta in me iniq̄tas. All'a. V. Leuita laurē tius bonū opus operatus eſt: q̄ ꝑ ſignū crucis cecos illuminauit/et theſauros ec cleſie dedit pauperibus. Sequentia.

LAurenti dauid magni mar tyr/mileſq̧ fort[is]. Tu impe= ratoris tribunal. Tu manus tor torū cruētas. Spreuiſti:ſecut⁹ de ſiderabilē atq̧ manu fortē. Qui ſol⁹ potuit regna ſuperare tyrā= ni crudelis. Huiuſq̧ ſctōs ſangui nis ꝓdigos facit amor milites ei⁹ Dūmodo illū liceat cernere diſ= ſpendio vite p̄ſentis. Ceſaris tu faces cōtēnis: ⁊ iudicis minas de rides. Carnifex vngulas ⁊ vſtor craticulā vane cōſumūt. Dolet impius vrbis p̄fectus victus a pi= ſce aſſato xp̄i cibo. Gaudet dñi cōuiua fauo cōreſurgēdi/cū ipſo ſaciat⁹. Laurēti militū dauid in uictiſſime regis eterni. Apud il= lum ſeruulis ipſius deprecare ve niā ſemp. Martyr mileſq̧ fortis.

Euangel. Niſi granū frumēti. In cōi ſo. iiij. Offe. Cōfeſſio et pulchritu= do in conſpectu eius: ſanctitas et magni ficentia in ſanctificatione eius. Secre.

ACcipe q̄s domīe munera di gnāter oblata: ⁊ beati mar

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3

tyris laurentij ſuffragātibus me
ritis ad nr̄e ſalutis auxiliū ꝓuenī
re concede. Per. Cōio. Qui mihi mi-
niſtrat me ſequatur: et vbi ego ſum illic
⁊ miniſter meus erit. Complenda.

P Refeſta q̄s dn̄e: vt ſemp̄ nos
beati laurētij letificēt diuina
myſteria q̄ ſemp̄ eſſe nō deſinunt
ammirāda. Per. ¶ Infra oct. Col.

E Xcita dn̄e in eccl'ia tua ſpiri-
tū: cui beatus laurētius le-
uita ſeruiuit: vt eodē nos replēte
ſtudeamus amare qḋ amauit: et
opere exercere/ quod docuit. Per
dn̄m. In vnitate eiuſdē. Secreta.

S Acrificiū noſtrū tibi dn̄e q̄s
beati laurētij p̄catio ſancta
conciliet: vt cuius honore ſolēni-
ter exhibetur: merit⁊ efficiatur ac-
ceptum. Per dn̄m nr̄m. Cōplēda.

S Upplices te rogam⁹ oīps de⁹
vt quos donis celeſtibus ſa-
tiaſti: intercedēte beato laurētio
martyre tuo/ perpetua protectio
ne cuſtodias. Per dn̄m noſtrum.

¶ Tyburcij martyris. Introitus

I Uſtus vt palma flore-
bit/ ſicut cedrus liba-
ni multiplicabit᷑ plā
tatus in domo dn̄i i
atrijs domus dei no
ſtri. Ps. Bonum eſt confiteri dn̄o: ⁊ pſal
lere nomini tuo altiſſime. Gloria. Coll.

B Eati tyburcij nos dn̄e foue
ant cōtinuata p̄ſidia: q̄a nō
deſinis ꝓpitius intueri quos tali
bus auxilijs cōceſſeris adiuuari.
Per. Ep'la. Iuſtus ſi morte. In cōi
ſo. iiij. Gr. Iuſtus nō cōturbabitur: q̄a
dn̄s firmat manū ei⁹. ꝟ. Tota die miſe-
retur et cōmodat: et ſemē eius in benedi
ctione erit. Alla. ꝟ. Letabitur iuſt⁹ in
dn̄o: et ſperabit in eo et laudabūtur oēs
recti corde. Euāg. Nemo accēdit lu-
cernam. In cōi. ſo. xi. Offe. In vir-
tute tua dn̄e letabitur iuſtus: et ſup ſalu
tare tuū exultabit vehemēter: deſideriū
anime eius tribuiſti ei. Secreta.

A Deſto dn̄e p̄cibus ppl'i tui/
adeſto muneribus: vt que ſacris
ſunt oblata myſterijs: tuorū tibi
placeāt interceſſione ſctōꝝ. Per.
Cōio. Poſuiſti domie in capite eius: co
ronam de lapide precioſo. Cōplenda.

S Umpſim⁹ dn̄e pignus redē-
ptionis eterne: ſit nobis q̄s in
teruenīente btō tyburcio marty
re tuo vite p̄ſentis auxilium pari
ter et future. Per dn̄m noſtrum.

¶ Ipoliti et ſocioꝝ eius. Introit⁹.

I Uſti epulētur et exul
tent in cōſpectu dei:
⁊ delectētur ī leticia
Ps. Exurgat deus ⁊ diſſi
pētur inimici eius: et fu
giāt q̄ oderūt eū a facie eius. Gl'ia. Col

D A nobis q̄s oīps deus: vt bti
ipoliti martyris tui ⁊ ſocio
rū eius venerāda ſolēnitas: et de
uotionē nobis augeat et ſalutē.
Per. Ep'la. Rememorami. In cōi.
fol. vij. Gr. Iuſtorum anime in manu
dei ſunt: et non tanget illos tormentum
malicie. ꝟ. Viſi ſunt oculis inſipiētium
mori: illi autē ſunt in pace. Alla. ꝟ. Iu
ſti epulentur et exultent in cōſpectu dei:
⁊ delectentur in leticia. Sequentia.

M Artyr⁊ ipoliti patroni/ feſta
colamus. A quo laurētius
beatus cuſtodie mancipatus/ ſue
ſtrictus eſt vinculis. Qui cuiuſdā
captiuati gemitu luminе priuati

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3

viſum dedit oculis. Ipolitus ad-
huc paganus/hoc viſo fit chriſtia
nus/vanis relictis idolis. In ca-
tholica informatus/ lege poſt hec
baptizatus/ adheſit chriſticolis.
Poſtq̄ꝫ corpus ſepeliuit laurētij
tūc introiuit domū ſuā propriā.
Dedit ſeruis et ancillis pacē ma
gnis et puſillis/ cōmunicās fami-
liā. Militibus ergo vocatis: ⁊ pro
eo deſtinatis/ad mēſam ſedēs ca-
pitur. Decius hūc captū videns/
pre ira dixit ſubridēs: nūquid hic
magus efficitur. Quo peracto ce
ſar verbis blādis inſtat ⁊ acerbis
miniſq ypolito. Sed nec ceſaris
tormēta/ reuocāt nec blādimēta:
eū a ꝓpoſito. Nam quo magis
tormētatur/ eo magis inflāmat'
chriſti amoris incendio. Non ti-
met tēporalē mortē: vt eterne vi-
te ſortem/poſſideat cum gaudio.
Hic i morte iudicat⁹: ⁊ ad equos
alligatus/ xp̄o deo confeſſus eſt.
Pro fide xp̄i a paganis/ inhone-
ſtis ac inſanis: martyriū ꝑpeſſus
eſt. O martyr miles xp̄i fortis: ho
ra incumbēte mortis/ armis tue
potētie. In nos orphanos inten
de: ⁊ ab inſidijs defende/ vt ius eſt
militie. O glioſe xp̄i miles nos ſer
uos ſalua licet viles/ ab inferi mi-
ſeria. Ut nos celū introire poſſi-
mus: tibiq ſeruire/ in celeſti curia.
Et licet immeriti faciē xp̄i videa
mus. Amē. Euāge. Attēdite a fer-
mēto. In cōi ſo. v. Offer. Anīa nr̄a ſi-
cut paſſer erepta eſt de laq̄o venātiū: laq̄
us cōtrit⁹ eſt ⁊ nos liberati ſum⁹.
Reſpice dn̄e munera Secre.
populi tui ſctōꝝ feſtiuitate voti-
ua: et tue teſtificatio veritatis no
bis proficiat ad ſalutē. Per. Cōio
Dico autē vobis amicis meis: ne terrea-
mini ab hijs q̄ vos pſequūtur. Cōplē.
Sacramētoꝝ tuoꝝ dn̄e cōmu-
nio ſumpta nos ſaluet: et in
tue veritatis luce confirmet. Per.
¶ In vigilia aſſumptionis virgi-
nis marie. Introitus.
Salue ſancta parens
enixa puerpera regē
qui celū terramq re-
git in ſecula ſeculoꝝ.
Ps. Quia concupiuit rex
ſpeciem tuam: quoniam ipſe eſt dn̄s de⁹
tuus et adorabunt eum. Gloria. Colla.
Deus qui virginalē aulā btē
marie in qua habitares eli-
gere dignat⁹ es: da q̄s vt ſua nos
defenſiōe munitos: iocūdos faci-
at ſue intereſſe feſtiuitati. Qui vi-
uis ⁊ regnas. ¶ Eodem die ſancto
rum euſebij et vverenfridi. Colla.
Deus qui nos beatorū cōfeſ-
ſorum tuorū euſebij et vve-
renfridi annua ſolennitate letifi-
cas: concede propitius/ vt quorū
natalicia colimus: per eorū ad te
exempla gradiamur. Per. Epla.
Sapiētia laudabit. In cōi ſo. xiij.
Gr. Benedicta et venerabilis es virgo
maria: que ſine tactu pudoris/ inuēta es
mater ſaluatoris. V. Virgo dei genitrix
quem totus nō capit orbis: in tua ſe clau
ſit viſcera factus homo. Si fuerit dn̄e
ta. Alleluya. V. Adducentur regi vir
gines poſt eam: proxime eius offerētur
tibi in leticia. Secundum lucam. xi.
In illo tpe. Extollēs vocē que
dā mulier de turba/ dixit ad
ieſum. Beat⁹ vēter q̄ te portauit:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3

et vbera que ſuxiſti. At ille dixit. Quinimo. Beati qui audiūt verbū dei: et cuſtodiunt illud. Offe. Beata es virgo maria que dominū portaſti creatorem mūdi: genuiſti qui te fecit/ et in eternū pmanes virgo. Secre.

M Unera noſtra dn̄e apud clemētiā tuā dei genitricis cōmēdet oratio: quā idcirco de preſenti ſeculo tranſtuliſti: vt p pctis noſtris apud te fiducialius intercedat. Per dn̄m noſtrū. ¶ Alia ſecreta de ſctis euſebio et uuerēfrido

L Audis tue dn̄e hoſtias immolamꝰ in tuorū cōmemoratione ſanctorꝫ: quibus nos et p̄ſentibus exui malis cōfidimus et futuris. Per. Prefatio cotidiana Cōio. Regina mūdi et dn̄a virgo maria ppetua: intercede p nr̄a pace et ſalute/ q̄ genuiſti xp̄m dn̄m ſaluatorē oīū. Cōpl.

C Oncede miſericors deꝰ fragilitati noſtre preſidiū: vt q̄ ſancte dei genitricis requiem celebramus: interceſſionis eius auxilio: a noſtris iniquitatibus reſurgamus. Per eundē. ¶ Alia cōplēda de ſctis euſebio et uuerēfrido.

S Anctorū confeſſorū tuorꝫ euſebij et uuerēfridi natalitia tuo munere celebrātes/ ſupplices



te domīe dep̄camur: vt huiꝰ myſterij pceptio: nobis ſemp indulgētie cauſa ſit et ſalutis. Per. ¶ In die ſancto. Introi.

G Audeamꝰ oēs i dn̄o diē feſtū celebrantes in honore marie virginis: de cuiꝰ aſſumptione gaudēt angeli/et collaudāt filiū dei. Ps. Exaltata es ſancta dei genitrix: ſup choros angelorū ad celeſtia regna. Gloria. Colla.

V Eneranda nobis dn̄e huiꝰ diei feſtiuitas opem conferat ſempiternā: in qua ſancta dei genitrix mortē ſubijt temporalē nec tamen mortis nexibus deprimi potuit: que filiū tuū dn̄m noſtrum de ſe genuit incarnatum. Qui tecū. ¶ Infra octa. Collecta.

F Amulorum tuorum q̄s dn̄e deus delictis ignoſce vt qui tibi de actibus noſtris placere nō valemꝰ: genitricis filij tui dn̄i nr̄i interceſſiōe ſaluemur. Per eūdē. Lectio libri ſapientie. Eccl. xxiiij.

I N oībus requiē queſiui: et in hereditate domini morabor. Tūc p̄cepit et dixit michi creator oīm: et q̄ creauit me requieuit in tabernaculo meo. Et dixit mihi. In iacob inhabita: et in iſrael heredi tare: et in electis meis mitte radices. Et ſic in ſyō firmata ſum: et in ciuitate ſctificata ſimiliter requieui et i hirlm poteſtas mea. Et radicaui i pplo honorificato: et i partes dei mei hereditas illiꝰ: et i plenitudine ſctōꝝ detētio mea. Quaſi cedrus exaltata ſū i libano: et q̄ſi cypreſſus i mōte ſyō. Quaſi palma exaltata ſū in cades: et q̄ſi plātatio roſe i hierico. Quaſi oliua ſpecioſa in cāpis: et quaſi platanꝰ exaltata ſum iuxta aquā in plateis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3

Sicut cynamomū ⁊ balſamū aromatizans odorē dedi. Quaſi myrra electa: dedi ſuauitatem odoris Gr. Propter veritatē et mā ſuetudinē ⁊ iuſticiā: et deducet te mirabiliter dextera tua. ℣. Audi filia et vide et inclina aurē tuā: qa ↄcupiuit rex ſpeciē tuā. Alla ℣. Aſſumpta eſt maria ī celū gaudēt angeli; laudantes benedicunt dn̄m. ¶ In octa. Alla. ℣⁹. O cōſolatrix pauperū maria tuis p̄cibus auge tuoꝝ numerū ī charitate chriſti: quos tu de mortis manib⁹ p filiū hūiliū mr̄ eripuiſti. Seqn̄.

Congaudēt angeloꝝ chori glorioſe virgini. Que ſine virili / cōmixtione genuit. Filiū qui ſuo mundū / cruore medicat. Nam ipſa letatur / ꝙ celi iā cōſpicatur pncipē. In terris cui quondā ſugēdas / virgo mā millas p̄buit. Quā celebris angelis / maria ieſu mr̄ creditur. Qui filij illius debitos ſe cognoſcūt famulos Qua gloria in celis / iſta virgo colitur q̄ dn̄o celi p̄buit hoſpitiū / ſui ſctiſſimi corporis. Quā ſplēdida polo ſtella marꝭ rutilat / que oīm lumē aſtroꝝ et hoīm / atꝙ ſpirituū genuit. Te celi regia hec plebecula pijs cōcelebrat mētibus. Te cantu melodo ſup ethera: vna cū angelis eleuat. Te libri virgo cōcinnunt prophetarū / chorus iubilat ſacerdotū / apoſtoli chriſtiꝙ martyres p̄dicāt. Te plebis ſexus ſequitur v triuſꝙ vitā diligens virginalem celicolas in caſtimonia emulans. Eccleſia ergo cuncta te cordibus / atꝙ carminibus venerās. Tibi ſuā manifeſtat deuotionē: p̄catu te ſupplici implorās maria. Ut ſibi auxiliū / circa chriſtum dominum eſſe digneris per euum. Amen. Secundū lucam. x.

In illo tp̄e. Intrauit ieſus in quoddā caſtellū: et mulier q̄dam martha noīe / excepit illū in domū ſuā. Et huic erat ſoror nomine maria: que etiā ſedēs ſecus pedes dn̄i / audiebat verbū illius. Martha autē ſatagebat: circa frequēs miniſteriū. Que ſtetit / et ait Dn̄e: nō eſt tibi cure ꝙ ſoror mea reliquit me ſolā miniſtrare: Dic ergo illi: vt me adiuuet. Et reſpōdens: dixit illi dn̄s. Martha martha ſollicita es: et turbaris erga plurima. Porro: vnū eſt neceſſariū. Maria optimā partē elegit: que non auferetur ab ea. Credo dicit᷑ p octa. Offr. Diffuſa eſt gratia in labijs tuis: propterea bn̄dixit te deus in eternū / et in ſeculum ſeculi. Secreta

Intercesſio q̄s dn̄e beate marie ſemper virginis munera noſtra tibi cōmendet: noſꙩ in ei⁹ veneratiōe / tue maieſtati reddat acceptos Per. Prefa. Et te in aſſūptione / dicit᷑ per octa. Cōio. Dilexiſti iuſticiā et odiſti iniquitatē: propterea vnxit te deus deus tuus. Cōplenda.

Menſe celeſtis participes effecti: imploramus clementiā tuam domine deus noſter: vt qui feſta btē marie dei genitricis colimus: a cunctis malis imminentibus / eius interceſſionibus liberemur. Per dn̄m noſtrū ieſum xp̄m

¶ Arnulphi confeſſoris. Miſſa de aſſumptione. Infra octa. Alleluya. ℣. Poſt partum virgo. Verſus de ſequentia. Eccleſia ergo cuncta.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3

¶ Dñica infra oct. Sequētia. Aue
maria. querere in commemoratio-
ne beate marie fol. xxvi. Collecta.
DEus q̄ beatū arnulphū cō-
feſſorē tuū atq̧ pontificem
doctorē precipuum catholiceq̧ fi
dei predicatorē eligere dignatus
es: p̄ſta q̄s/ ipſo pro nobis interce
dente: a peccatorū noſtroꝝ malis
nos erui: et tibi dño ſinceris men
tibus deſeruire. Per dñm. Secre.
OMp̄s ſempiterne de⁹: q̄ bea-
tū arnulphū confeſſorē tuū
atq̧ pontificē: et pontificatus of-
ficio ꝛ fidei munere ſublimaſti: tri
bue ſupplicibus tuis: vt q̄cq̄d pec
cati cōtagione cōtractū eſt in no
bis: ipſo pro nobis ſummo anti-
ſtite tuo intercedente ſaluemur.
Per dñm noſtrū ieſum. Cōplēda.
REpleti ſumus dñe muneri-
bus tuis: q̄ in feſtiuitate btī
arnulphi cōfeſſoris tui atq̧ pōti-
ficis percepimus: tribue q̄s: vt eo-
dē pro nobis intercedēte: et eorū
mūdemur affectu: et muniamur
auxilio. Per dñm nr̄m ieſū xp̄m.
¶ Eodē die rochi cōfeſſoris. Coll.



DEus qui es glio-
ſus i gloria ſan-
ctorū: cunctis ad eorū
patrocinia cōfidenti-
bus ſue petitionis ſa-
lutarē preſtas effectū
concede plebi tue: vt intercedēte
beato rocho cōfeſſore tuo: que in
eius celebritate ſe deuotā exhibet
a languore epidimie quā in ſuo
corpore ꝓ tui nois gloria paſſus
eſt ſit libera: et tuo nomi ſemper
ſit deuota. Per dñm no. Secreta.

PArce nobis dñe: et flagella
ire tue que peccata nr̄a me-
rentur: p̄cibus et meritis btiſſimi
cōfeſſoris tui rochi a nobis miſe-
ricorditer auerte. Per. Cōplenda
PReſta q̄s oīps de⁹: vt qui ce-
leſtia ſacramēta pcepimus
intercedēte beato rocho confeſſo
re tuo/ ꝓ hec cōtra oīa aduerſa
mūdi muniamur: ac ab oīni mor
bo et peſte/ et a ſubitanea morte
liberemur. Per dñm noſtrū ieſum.
¶ In octa. ſcti laurētij. Introit⁹.
PRobaſti dñe cor meū
ꝛ viſitaſti nocte igne
me examinaſti: et nō
eſt inuēta in me iniq̄
tas. ps. Exaudi dñe iu-
ſticiā meā: intēde dep̄cationē meā. Col.
BEati laurentij nos dñe faci
at paſſio venerāda letātes
ꝛ vt eam ſufficienter recolamus:
efficiat prōptiores. Per. ¶ Eod
die ieronis pbr̄i et martyr. Colla.
ADeſto dñe q̄s fidelib⁹ tuis/
nec ollis eos mentis et cor-
poris patiaris ſubiacere pericu-
lis: quos beati ieronis martyris
ſacerdotiſq̧ tui muniuit glorio-
ſa cōfeſſio. Per dñm nr̄m. Secre.
Epl'a et euāg. vtſ. ſicut in die. Gr.
Poſuiſti dñe ſup caput eius: coronā de
lapide p̄cioſo. V. Deſideriū aīe eius tri-
buiſti ei: ꝛ volūtate labiorū eius nō frau
daſti eū. Alla. vt in die. Credo et
Prefatio de aſſumptio. Offer. In
virtute tua dñe letabitur iuſtus: ꝛ ſuper
ſalutare tuū exultabit vehementer: deſi
deriū anime eius tribuiſti ei. Secreta.
BEati laurētij martyris tui
honorabilē paſſionē mune

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3

ribus dñe geminatis digne exeq̄-
mur: que licet proprijs ſit memo-
rāda principijs: indeſinēter tñ p-
maneat glioſa. Per. ¶ Alia ſecre-
ta de ſctō ierone pbr̄o et martyre

Oblatis q̄s dñe placare mu-
nerib⁹: et intercedēte beato
ierone martyre ſacerdoteq; tuo:
a cunctis nos defende periculis.
Per. Cōio. Qui vult venire poſt me ab
neget ſemetipſum ⁊ tollat crucem ſuam
et ſequatur me. Complenda.

Solēnis nob; interceſſio btī
laurentij martyris tui: q̄s dñe p̄-
ſtet auxiliū: vt celeſtis menſe par-
ticipatio quā ſumpſimus/ tribu-
at eccleſie tue recēſitā leticiā. Per.
¶ Alia cōplēda de ſancto ierone.

Sit nobis dñe reparatio mē-
tis et corporis celeſte myſte-
riū: vt cuius exequimur actionē/
ſentiamus effectū. Per dominū.
¶ Agapiti martyris. Collecta.

Sancti agapiti martyris tui
nos dñe merita p̄cioſa tueā-
tur: in q̄bus tue maieſtatis opera
p̄dicātes: et p̄ſens capiamus ad-
iutoriū et futurum. Per. Secreta

Suſcipe dñe munera q̄ in ei⁹
tibi ſolennitate deferimus:
cuius nos cōfidimus patrocinio
liberari. Per dñm nr̄m. Cōplēda

Satiaſti dñe familiā tuā mu-
neribus ſacris: eius q̄s ſemp
interuētiōe nos refoue: cuius ſo-
lennia celebramus. Per dñm no.
¶ Magni martyris. Collecta.

Adeſto dñe ſupplicationib⁹
noſtris: et intercedēte bea-
to magno martyre tuo ab hoſtiū
nos defēde ppitiat⁹ incurſu. Per.

Preſta nobis q̄s (Secreta.
oīp̄s deus: vt noſtre humili-
tatis oblatio: et pro tuoꝝ tibi gra-
ta ſit honore ſanctorū: et nos cor-
pore pariter et mente purificet.
Per dñm noſtrū ieſum. Cōplēda

Tua ſancta ſumētes q̄s dñe:
vt btī magni martyris tui
nos foueāt ꝯtinuata p̄ſidia. Per.
¶ Bernardi abbatis. Introitus.

Os iuſti meditabitur
ſapientiā/ et lingua
ei⁹ loquetur iudiciū
lex dei eius in corde
ipſius. Ps. Noli emula-
ri in malignātibus: neq; zelaueris faciē-
tes iniquitatem. Gloria patri. Coll'a.

Perfice in nobis dñe q̄s piū
ſancte religionis effectum:
⁊ ad obtinēdā gratie tue largita-
tē/ beat⁹ bernardus abbas et do-
ctor egregius: ſuis apud te p no-
bis ſemp meritis et p̄cibus inter-
cedat. Per. Ep'la. Dilect⁹ deo. In
cōi ſo. iiij. Gr. Os iuſti meditabit' ſa-
pientiā: et lingua eius loquetur iudiciū.
v. Lex dei eius in corde ipſius: et nō ſup-
plātabūtur greſſus eius. All'a. v. Iſte
eſt q̄ ante deū magnas virtutes operat⁹
eſt; et oīs terra doctrina eius repleta eſt

Iam regina diſcu- (Sequētia.
buit/ ſedens poſt vnigenitū/
nardus odorē obtulit/ bernard⁹
tradēs ſpiritū. Dulcis regine gu-
ſtui/ fructus ſui maturitas/ dulcis
eius olfactui/ nardi bernardi ſan-
ctitas. Cū eſſet ī accubitu/ fruct⁹
saporē protulit/ cū eſſet in occubi-
tu/ nardus odorē intulit. Ille dul-
cis accubitus/ ppter saporē glorie
iſte dulcis occubitus/ ppter odo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3

rem gratie. Venit ſpõſa de liba-
no/coronāda diuinit⁹/vt bernar-
dus de clibano veniret ſancti ſpi
ritus. Que eſt iſta progrediēs/ve
lut aurora rutilās/ et quis eſt iſte
tranſiliens/ colles ſanctis cõlubi-
lans. Hec gloria terribilis/ ſicut
caſtrorū acies/ hic gr̄a mirabilis/
velut aſſueri facies. Ora pro no-
bis dn̄m/ p̄dulcis fumi vgula/ in-
clina patrē luminū/ paſtor ardēs
vt facula Euāge. Ecce nos reliqui
mus oīa. In cõi ſo. iij. Offe. Gloria
⁊ honore coronaſti eum: et conſtituiſti eū
ſuper opera manuū tuarū dn̄e. Secre.

Grata tibi ſit deus intercedē
te beato bernardo cõfeſſo-
re tuo huius oblatio ſacramenti:
quod in memoriā dn̄ice paſſiōis
tue offerimus maieſtati. Per eun
dem. Cõio. Fidelis ſeru⁹ ⁊ prudēs quē
cõſtituit dn̄s ſup familiā ſuā: vt det illis
in tēpore tritici menſurā. Complēda.

Tuus in nob; dn̄e cibus quē
ſumpſim⁹ operetur effectū:
vt itercedēte beato bernardo ab-
bate/ incorporet nos ſibi eſus edē
tes. Per. ¶ In oct. aſſūptiōis bea
te marie. Oīa ſicut in die. Alla. ℣
O conſolatrix. vtē in die. Sequētia.

Ave preclara maris ſtella/ in
lucē gentiū maria diuinit⁹
orta. Euge dei porta q̄ non aper
ta veritatis lumē ipſum ſolē iuſti
cie indutū carne ducis in orbem.
Virgo dec⁹ mūdi regina celi p̄e-
lecta/ vt ſol pulchra/ lunar; vt ful-
gor/ agnoſce oēs te diligētes. Te
plenā fide virgā alme ſtirpis peſ-
ſe/ naſcituram priores deſiderauē
rūt/ p̄res et pphete. Te lignū vi-
te/ ſctõ rorāte pneumate/ paritu-
rā diuini floris amigdalū ſigna-
uit gabriel. Tu agnū regē terre
dominatorē moabitici de petra
deſerti/ ad mõtē filie ſyon tradu-
xiſti. Tuqꝫ furētē leuiathā ſerpē-
tē/ tortuoſumqꝫ et vectē collidēs
damnoſo crimine mūdū exemi-
ſti. Hinc gentiū nos reliquie tue
ſub cultu memorie mirū i modū
quē es enixa ppitiationis agnū
regnātē celo eternaliter deuota-
mus ad arā mactandū myſteria-
liter. Hinc māna verū iſraelitis
veris veri abrahe filijs ammiran
tibus quondā moyſi: qd̄ typus ſi
gurabat/ iā nūc abducto velo da
tur pſpici. Ora virgo nos illo pa
ne/ celi dignos effici. Fac fontē
dulcem quē in deſerto petra pre-
monſtrauit deguſtare cum ſince
ra fide/ reneſqꝫ cõſtringi lotos in
mari anguē eneū i cruce ſpecula-
ri. Fac igni ſctõ patriſqꝫ verbo q̄
ri. Fac igni ſctõ patriſqꝫ verbo virgo
rubus vt flāmā/ tu portaſti virgo
mat facta pecuali pelle diſtinctos
pede mūdis labijs cordeqꝫ ppin-
quare. Audi nos nā te fili⁹ nihil
negās honorat. Salua nos ieſu
pro q̄bus virgo mater te orat. Da
fontem boni viſere: da puros mē
tis oculos i te defigere. Quo hau
ſto ſapientie ſaporem vite valeat
mēs intelligere. Chriſtianiſmi fi
dem operibus redimere/ beatoqꝫ
fine ex hui⁹ incolatu ſeculi auctor
ad te tranſire. Amen. ¶ Eodē die.
thymothei et ſymphoriani. Co.

Adiutorium tuū nobis dn̄e q̄s
placatus impēde: et interce
dētibus beatis martyribus tuis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3

thymotheo et ſimphoriano: dexterã ſup nos tue ꝓpiciationis extende. Per dñm noſtrũ. Secreta.

Offerimus tibi dñe preces et munera: que vt tuo ſint digna conſpectui: beatorũ martyrũ tuorũ thymothei et ſimphoriani precibus adiuuemur. Per. Cõpl.

Diuini muneris largitate ſaciati q̃s dñe deus noſter: et intercedẽtibus beatis martyribꝰ tuis thymotheo et ſimphoriano eiꝰ ſemꝑ participatiõe viuamꝰ. P.

¶ In vigilia ſcti bartholomei. Introitꝰ. Ego aũt. Per totũ ſicut i vigilia vnius apli. In cõi. folio l. ¶ In die ſcti bartholomei apli. Ad miſſam. Intro.



Michi autẽ nimis honorati ſunt amici tui deus: nimis cõfortatus eſt principatꝰ eorum. Ps. Domine ꝓbaſti me et cognouiſti me: tu cognouiſti ſeſſionem meam. Gloria patri ⁊ filio. Col.

Omñps ſempiterne deus: qui huiꝰ diei venerãdã ſanctãq; leticiã in beati apli tui bartholomei feſtiuitate tribuiſti: da eccleſie tue q̃s: ⁊ amare qđ credidit/ ⁊ p̄dicare qđ docuit. Per. Epla. Iam nõ eſtis. In cõi fo. iij. Gr. Cõſtitues eos principes ſup oẽm terrã: memores erunt nõis tui dñe. ℣. Pro patribꝰ tuis nati ſunt tibi filij: propterea populi cõfitebũtur tibi. Alleluya. ℣. In omnẽ terram exiuit ſonus eorum: ⁊ in fines orbis terre verba eorum. Sequentia.

Gaparxpõ cãtica noſtra ſonat/ muſica vocũ ꝑ diſcrimina. Sctõ bartholomeo ſoluat i hoc cuneo clara modulamina. Cuiꝰ p̄dicatio grato fit polemio diſſoluẽdo crimia. Nã detectis artibꝰ aſcaroth fallacibꝰ/ et berith verſutia. Cõtra votũ ꝓpriũ ad ſuũ imperiũ cogebat demonia. Quidã venit obuius demoni obnoxius ⁊ captus inſania clamat pre veſania. Sãcte bartholomee cõciuis etheree/ tua me p̄ſentia trahit ad incẽdia. Ad hec ſctũs vt vir tantus/ obmuteſcãt ⁊ quieſcãt/ tua teſtimonia. Liquit raptũ iam vas aptũ/ triſtis exit quẽ detexit ſpũs nequicie. Regis nata mãcipata hoſti diro iã ſecuro/ patitur ergaſtula. Timet pater timet mr̃/ ferre manũ nec iuanũ orãt ora patula. Spumat frẽdet furibũda tua quidẽ/ mitiganda nã voce aplica vis labeſcit demonica. Vidẽs pater liberatã/ graui iugo ſuã natã/ baptiſmatis myſteria ſuſcepit cũ leticia. Hinc aſtrages rex iratus toto corde cõtriſtatꝰ/ miſit ſeruos mox ꝓteruos/ ad fraterna menia. Ducũt ſanctũ decollandũ/ decollant et letabũdũ/ quẽ ſctõꝝ angelorũ triũphalis curia. Suehit in gloria. Amen. Scdm Marcum. iij.

In illo tpe. Aſcendẽs ieſus in montem: vocauit ad ſe quos voluit ipſe. Et venerũt ad eũ. Et fecit vt eſſent duodecim cũ illo: ⁊ vt mitteret eos p̄dicare. Et dedit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3

illis poteſtatē curandi infirmitates: ⁊ eijciēdi demonia. Et impoſuit ſymoni nomen petrus. Et iacobū zebedei: et iohānē fratrē iacobi: et īpoſuit eis noīa boanerges: quod eſt filij tonitrui. Et andreā/ et philippū/ ⁊ bartholomeū ⁊ matheū/ et thomā/ et iacobū alphei/ et thadeū/ et ſymonē cananeū/ et iudam ſcarioth: q̄ tradidit illum. Credo dicit^r. Offer. In oēm terram exiuit ſonus eorum: ⁊ in fines orbis terre verba eorum. Secreta

Beati apli tui bartholomei cuius ſolēnia recēſem⁹ q̄s dn̄e: vt eius auxilio tua bn̄ficia capiam⁹ pro quo tibi hoſtias laudis imolamus. Per. Prefa. de aplis. Cōio Dico autē vobis amicis meis: ne terreamini ab hijs q̄ vos pſequūtur. Cōplē.

Sumpſimus dn̄e pign⁹ ſalutis eterne celebrātes bti apoſtoli tui bartholomei votiua ſolēnia: et ppetua merita venerantes/ cui⁹ meritis nos q̄s adiuuari concedas. Per dn̄m nr̄m ieſum.

¶ Gregorij epiſcopi. Introitus.

Sacerdotes tui dn̄e induant iuſticiā: et ſcti tui exultēt: ppter dauid ſeruum tuū non auertas faciē xp̄i tui. Ps. Memento domine dauid: et omnis māſuetudinis eius. Gloria patri. Coll.

Deus q̄ ſanctā nob̄ hui⁹ diei ſolēnitatē in honore ſancti gregorij cōfeſſoris tui atq3 pōtificis cōſecraſti: adeſto familie tue p̄cibus: et dona/ vt cui⁹ ſolēnia celebram⁹: etiā meritis et auxilio ſubleuemur. p. Epla. Ecce ſacerdos magn⁹. In cōi ſo. ſr. Gr. Ecce ſacerdos magnus q̄ in dieb⁹ ſuis placuit deo. V. Nō eſt inuētus ſimilis illi: q̄ conſeruaret legē excelſi. Alla. V. Iurauit dn̄s et nō penitebit eū: tu es ſacerdos ī eternū/ ſcd̄m ordinē melchiſedech. Euāge. Vigilate q̄a neſcit⁹. In cōi ſo. ſ. Offe. Veritas mea et mīa mea cū ipſo: ⁊ ī noīe meo exaltabitur cornu eius. Secreta.

Reſpice dn̄e populū tuū ad tua ſacramēta cōcurrentē: ⁊ p̄ſentē feſtiuitatē ſcti cōfeſſor̄ tui atq3 pōtificis gregorij recolentē: vt q̄d ſinguli in honorē tui noīs detulerūt: cūctis pſit ad veniā. p. Cōio. Beat⁹ ſeruus quē cū venerit dn̄s inuenerit vigilantē: amē dico vob̄/ ſup oīa bona ſua cōſtituet eum. Cōplēda.

Gratias tibi agimus dn̄e deus noſter: qui nos celeſti medela reparare dignatus es: da q̄s de pctis noſtris veniam/ ſicut beato cōfeſſori tuo gregorio atq3 pōtifici dediſti ſedem pontificatus. Per dn̄m. ¶ Rufi martyris. Coll.

Adeſto dn̄e ſupplicationib⁹ noſtris: vt beati rufi interceſſionibus confidentes: nec minis aduerſantium nec ullo turbemur incurſu. Per dn̄m. Secreta.

Oblatis q̄s dn̄e placare muneribus: et intercedēte beato rufo martyre tuo: a cūctis nos defende periculis. Per. Cōplēda.

Sumentes gaudia ſempiterna de participatione ſacramenti: et feſtiuitate beati martyris tui rufi te dn̄e ſuppliciter dep̄camur: vt qui ſedula ſeruitute donante te gerimus: dignis ſenſib⁹ tuo munere capiam⁹. Per dn̄m.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag
226 A 3

¶ Auguſtini epiſcopi. Introitus.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3

cipias: et ad ſalutē noſtrā puueni-
re cōcedas. Per. Prefat. de ſancta
trinitate. Cōio. Benedicite omnes an-
geli dño dñi: hymnum dicite et ſuperex-
altate eum in ſecula. Complenda.

Beati archāgeli tui michae-
lis intercessiōe ſuffulti: ſup-
plices te domine deprecamur: vt



quod hono
re proſequi-
mur/contin
gam⁹ et mē-
te. Per do-
minum no-
ſtrū ieſum.
¶ Hierony-
mi pſbyteri
Introitus.

Os iuſti meditabitur
ſapientiā: et lingua
eius loq̄tur iudiciū:
lex dei eius in corde
ipſius. Ps. Noli emula-
ri in malignātibus: neq3 zelaueris faciē-
tes iniquitatē. Gloria patri. Collecta.

Deus q̄ nobis p beatū hierō
nymū confeſſorem ſacerdo
temq3 tuū: ſcripture ſctē veritatē
⁊ myſtica ſacramēta reuelare di-
gnatus es: pſta q̄s: vt cui⁹ natali-
cia colim⁹: ei⁹ ſemp et erudiamur
doctrinis: et meritis adiuuemur.
Per. Lectio libri ſapie. Eccl. xxxix.

Juſtus i oratiōe ſua cōfitebit²
dño: et ipſe diriget cōſilium
eius et diſciplinā: et in abſcōditis
ſuis cōſiliabitur. Ipſe palā faciet
diſciplinā doctrine ſue: et i lege te
ſtamēti dñi gliabitur. Collauda-
būt multi ſapiētiā eius: et vſq3 in
ſeculū nō delebit². Nō recedet me-
moria ei⁹: et nomē ei⁹ requiretur
a generatiōe: in generationē. Gr.
Os iuſti meditabitur ſapiētiā: ⁊ lingua
eius loq̄tur iudiciū. V. Lex dei ei⁹ in cor-
de ipſi⁹: ⁊ nō ſupplātabūtur greſſus ei⁹
Alla. V. Iſte eſt qui ante deū magnas
virtutes operatus eſt: et oīs terra doctri
na eius repleta eſt. Sequentia.

Salue pater flos doctoꝝ ſalue
flos decuſq3 moꝝ: o flos heremiq3
cultor/roſa pudicitie. Magne ſcri
ba ſacre legis/ pco rhetor ſūmi re-
gis/ tacta pādis nudi tegis/regu-
la iuſticie. Faſcinoꝝ clericoꝝ/mo
nachoꝝ lubricoꝝ: vas hieronym⁹
honorū/deteſtabat² crimīa. Mox
nephādo machināt² ſanguini in-
ſidiātur: iuſto ſicq3 deprauāt²/vi-
peraꝝ genimina. Quoꝝ ire locū
dedit/innocēs herodi cedit: vaſta
loca nā accedit/ degēs ſolitudine
Ubi mira ſufferebat/ ſed dū cor-
pus affligebat: nunq̄ ſpūs tepe-
bat/vlla laſſitudine. Scaꝝ hunc
aſperitas/ indumētoꝝ feritas: la-
chrymarū ſedulitas/ſanctū mace
rarunt. Sulcata ſpinis tergora/
eſtus rodūt ⁊ frigora: q̄ ſcti viri vi
ſcera/pene lacerarūt. Strinxit co
ram cōtra noxā/ cinctis lūbis ferr³
plūbis: marcuit i femore. Hic eſt
ille qui ſic mille/miras mortes du
ras fortes: ptulit in nemore. O q̄
crebris mortib⁹/ pcioſis fortib⁹: p
ſuis cōſortib⁹ mortificauit. Nō
trūcat² gladio/ſed currēs i ſtadio.
O q̄ puro radio: mūdū illuſtra-
uit. In labore cū ſudore/toti mū
do de pfūdo: fonte fruct⁹ attulit.
Dū ſcripturis ⁊ figuris/trāſferē-
dis ⁊ docēdis: cūctas viris attulit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3

O q̄ꝑ pmagnifico /labore fructifi-
co/floreq̄ꝫ mirifico: in agro dn̄ico/
ſudans germinauit. Sūmus hic
chriſticola/ fidelis agricola: ſpe ro
buſtus incola/futur⁹ celicola/gau
dēs emigrauit. Ergo laudes ar-
monie/leti cantet in hac die: thro
nus trine hierarchie/tonoq̄ꝫ ſym-
phonie/ noſter chor⁹ iubilet. Cū
te patrem ueneramur/voto voce
depcamur: vt cū ſurſum deſtina-
mur/ tota pce dirigamur: ne nos
demō nubilet. Amē. Euāgel. Vos
eſtis ſal. In cōi fo. xi. Offer. Poſuiſti
dn̄e in capite eius coronā de lapide p̄cio
ſo, vitā petijt a te tribuiſti ei. Cōplēda.

Hoſtias tibi dn̄e beati hiero
nymi cōfeſſoris tui dicatas
meritis benignus aſſume: et ad p
petuū nobis tribue ꝓuenire ſubſi
diū. Per dn̄m noſtrum. Cōio. Fide
lis ſeruus et prudēs quē conſtituit dn̄s
ſuper familiam ſuam: vt det illis in tem
pore tritici menſuram. Complenda.

Repleti alimonia celeſti q̄ſu-
mus dn̄e: vt intercedēte btō
hieronymo cōfeſſore tuo mīe tue
gratiā conſequi mereamur. Per.

¶ Remigij et ſociorū eius. Intro.

Sacerdotes dei bene-
dicite dn̄o: ſcti et hu-
miles corde laudate
deū. Ps. Benedicite oīa
opera dn̄i dn̄o: laudate et
ſuperexaltate eum in ſecula. Gloria. Col.

Exaudi dn̄e populū tuum: et
ſanctorū cōfeſſorū tuorū re
migij/ germani/vedaſti/bauonis
vualnulphi: atq̄ꝫ piatonis ſolen-
nia celebrantē: tēporalis vite tri-
bue pace gaudere: et eternū repe-
rire ſubſidiū. Per. Epla. Hij ſunt
viri mīe. In cōi fol. iiij. Gr. Sacer-
dotes eius induāt ſalutare: et ſancti ei⁹
exultatione exultabūt. V. Illuc producā
cornu dauid paraui lucernā chriſto meo
Alla. V. Iudicabunt ſancti natiōes et
dominabūtur populis: et regnabit illoꝝ
rex in eternum. Secūdū lucam. xxij

In illo tpe. Facta eſt cōtentio
inter diſcipulos ieſu: q̄s eorū
videretur eſſe maior. Dixit autē
eis. Reges gentiū dominātur eo-
rū: et qui poteſtatē habent ſuper
eos/benefici vocātur. Vos autem
nō ſic. Sed qui maior eſt in vobis
fiat ſicut minor. Et qui p̄ceſſor eſt
ſicut miniſtrator. Nā quis maior
eſt qui recūbit/ an qui miniſtrat:
Nōne qui recūbit: Ego aūt in me
dio veſtrū ſum: ſicut q̄ miniſtrat.
Vos autē eſtis: qui manſiſtis me-
cū in tēptationibus meis. Et ego
diſpono vob/ ſicut diſpoſuit mi-
chi pater meus regnū: vt edatis ꝫ
bibatis ſuper menſam meā in re-
gno meo. Et ſedeatis ſuper thro-
nos: iudicātes duodecim tribus
iſrael. Offer. Exultabunt ſancti in glo-
ria/letabuntur in cubilibus ſuis: exulta-
tiones dei in faucibus eorum. Secreta.

Preces nr̄as q̄s dn̄e ꝫ tuorū
reſpice oblatiōes fideliū: vt
et tibi grate ſint in tuoꝝ feſtiuita
te ſctōꝝ: ꝫ nob cōferāt tue ꝓpitia
tionis auxiliū. Per. Cōio. Ego vos
elegi de mūdo vt eatis et fructū afferatis
ꝫ fructus veſter maneat. Complēda.

Repleti ſacramento repara-
tionis humane: p̄ſta q̄s dn̄e:
vt p ea q̄ nobis munere dignaris
p̄bere celeſti: p hec eadem tribuas

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3

nos donis celeſtib⁹ inherere. Per.

¶ Leodegarij marty. Introitus.

L Etabitur iuſtus ĩ domino ⁊ ſperabit ĩ eo ⁊ laudabũtur oẽs recti corde. Ps. Exaudi deus oratione᷑ meã cũ dep̃cor: a timore inimici eripe aĩaꝫ meã. Col.

D Eus qui nos annua btĩ leodegarij martyris tui feſtiuitate letificas: da nobis eius interueniẽtibus meritis: et ꝑpetua ꝓtectione muniri: et ſalutari gaudere profectu. Per. Epl'a. Iuſtus ſi morte. In cõi fo. iij. Gr. Poſuiſti domine ſup caput eius: coronã de lapide p̃cioſo. ꝟ. Deſideriũ aĩe eius tribuiſti ei: et volũtate labiorũ eius non fraudaſti eũ. Alla. ꝟ. Letabitur iuſtus in dño ⁊ ſperabit in eo: ⁊ laudabũtur oẽs recti corde. Euãge. Nihil opertũ. In cõi fo. v. Offer. In virtute tua dñe letabit᷑ iuſtus ⁊ ſup ſalutare tuũ exultabit vehemẽter deſideriũ aĩe eius tribuiſti ei. Secreta.

O Fferim⁹ hoſtias noĩ tuo domine: quantũ de noſtro merito formidãtes: tantũ de ſancti ſacerdotis et martyris tui leodegarij ſuffragijs cõſidẽtes: preſta q̃s: vt nobis veniã cõferat et ſalutẽ. Per. Cõio. Magna eſt gl'ia eius in ſalutari tuo: gloriam et magnum decorẽ impones ſup eum dñe. Complẽda

S Vmptis q̃s dñe ſalutaribus ſacramẽtis: vt intercedente beato leodegario martyre tuo: ad redemptionis eterne proficiamus augmentum. Per dominũ.

¶ Duorum ewaldorũ. Collecta.

D Eus in cui⁹ conſpectu mors eſt precioſa ſctõꝝ: p̃ſta q̃s vt beatoꝝ ewaldoꝝ martyrũ tuoꝝ quoꝝ deuotis mẽtibus ĩ terra veneramur triũphũ: te miſerãte ĩ celo habere cõſortiũ mereamur. P.

S Vſcipe dñe fideliũ Secreta. p̃ces cũ oblatiõibus hoſtiaꝝ ⁊ intercedẽtibus ſctĩs ewaldis / ꝑ hec pie deuotionis officia: ad celeſtẽ gl'iam trãſeam⁹. Per. Cõplen.

P Reces noſtras q̃s dñe ſctõꝝ martyrũ ewaldoꝝ tue pietati cõmendet oratio: vt q̃ꝝ ꝓ illorũ celebramus gl'ia: nobis profit ad veniam. Per dñm noſtrum.

¶ Franciſci cõfeſſoris. Introitus.



O S iuſti meditabitur ſapiẽtiã: et lĩgua ei⁹ loq̃tur iudiciũ: lex dei eius ĩ corde ipſi⁹. Ps. Noli emulari in malignãtibus: neq3 zelaueris facientes iniquitatem. Gloria patri et filio. Col.

D Eus qui eccleſiã tuam beati franciſci meritis fetu noue prolis amplificas: tribue nob3 ex eius imitatione terrena deſpicere: et celeſtiũ bonorũ participatiõe gaudere. Per dominũ. Epl'a Beatus vir qui in ſapientia. In cõi fol. x. Grad. Os iuſti meditabitur ſapientiam: et lingua eius loquetur iudicium. ꝟ. Lex dei eius in corde ipſius: et non ſupplantabuntur greſſus eius. Alla. ꝟ. Iuſtus vt palma florebit: et ſicut cedrus multiplicabitur. Sequẽtia

L Etabundus franciſco decãtet clerus alla. Q uem cõſtrixit nouis clauis: amor verus / res miranda. M ens in carne patuit /

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3

nouo modo ſplenduit/ ſol de ſtel-
la. Uir qui ſic refloꝛuit: aues voce
monuit/ ſemp clara. Sicut chꝛi-
ſtus docuit: paupertatem tenuit/
pari foꝛma. Hic pꝛolē quē genu-
it: poſſidere noluit/ hec coꝛrupta.
Iam i celis iubilat/ nouis ſignis
rutilat/ vallis nr̄a. Renouantur
oculi: ligua creuit paruuli/ carne
ſumpta. Os mutoꝝ ſoluitur mul
tis vita redditur: hereſis cōuinci-
tur/ eſſe ceca. Lepꝛa fugit/ ſaliūt
claudi febꝛes fugiūt/ multa regna
ſentiūt/ hec p̄dicta. Soldani pꝛo-
ſpera ſpꝛeuit et aſpera/ ſed hūc nō
leſit gens miſera. Oſtendūt vul-
nera/ noua que munera dat quē
genuit puerpera. Euāgel. Homo
q̄dā peregre. In cōi fol. viij. Offer.
Poſuiſti dn̄e i capite eiꝰ coronā de lapide
p̄cioſo vitā petijt a te tribuiſti ei. Secre.
Unera tibi dn̄e dicata ſctifi-
ca: et intercedēte beato fran
ciſco ab om̄i nos culparū labe pu
rifica. Per. Cōio. Dn̄e quinq; talen-
ta tradidiſti michi: ecce alia quinq; ſup-
lucratꝰ ſum/ euge ſerue fidelis q̄a i pau-
ca fuiſti fidelis ſupra multa te conſtituā/
intra in gaudium dn̄i tui. Cōplenda.
Ecleſiā tuā q̄s dn̄e gr̄a cele-
ſtis amplificet: quā bti frāci
ſci illuminare voluiſti/ glōioſis me
ritis et exēplis. Per. ¶ In oct. mi-
chaelis archāgeli. Oīa vt i die ſed
Credo nō dr̄ niſi fuerit dn̄ica. Pre
fa. de trinitat. ¶ Marci pape. In.
Acerdotes dei bene-
dicite dn̄o: ſcti et hu-
miles coꝛde laudate
deū. Ps. Benedicite oīa
opera dn̄i dn̄o: laudate ⁊
ſuperexaltate eum in ſecula. Glīa. Colle.
Exaudi q̄s dn̄e p̄ces noſtras ⁊
intercedēte beato marco cō
feſſoꝛe tuo atq; pōtifice: ſupplica-
tiones noſtras placatus intende
Per. ¶ Eodē die de ſctis marcello
apuleo/ ſergio/ et bacho. Collecta.
Anctoꝛū tuoꝛum marcelli ⁊
apulei/ ſergij ⁊ bachi nos do
mine beata merita pſequantur ⁊
tuo ſemp faciant amoꝛe feruētes.
Per. Epl'a. Dedit dn̄s cōfeſſionē.
In cōi fol. x. Gr. Inueni dauid ſeruū
meū/ oleo ſancto meo vnxi eū: manꝰ eni
mea auxiliabitur ei: ⁊ bꝛachiū meū cōfoꝛ
tabit eū. V. Nichil proficiet inimicus i eo
⁊ filiꝰ iniq̄tatis nō nocebit eū. Alla. V.
Iuſtꝰ vt palma floꝛebit: ſicut cedꝛus mul
tiplicabitur. Euāgel. Homo quidā
peregre. In cōi fol. viij. Offer. Veri-
tas mea et mīa mea cū ipſo: et in nomie
meo exaltabitur coꝛnu eius. Secreta.
Ccepta tibi ſit dn̄e ſacrate
plebis oblatio p tuoꝛū ho-
noꝛe ſctōꝝ: quoꝝ ſe meritis pcepiſ
ſe de tribulatione cognoſcit auxi
liū. Per dn̄m. ¶ Alia ſecre. de mar
tyꝛibꝰ/ marcello/ apuleo ⁊c.
Aieſtatē tuā nobis dn̄e q̄s
hec hoſtia reddet imolāda placa-
tā: tuoꝝ digna poſtulatiōe ſctōꝝ.
Per. Cōio. Beatꝰ ſeruꝰ quē cū venerit
dn̄s inuenerit vigilātē: amē dico vobis/
ſup oīa bona ſua cōſtituet eū. Cōplen.
A q̄s dn̄e fidelibꝰ pplis ſctōꝝ
tuoꝝ ſemp veneratiōe leta-
ri: et eoꝝ ppetua ſupplicatiōe mu
niri. P. Alia cōplē. de marty. mar-
cello ⁊c.
Acramētis dn̄e mu
niamur acceptis: et ſanctoꝝ
tuorum marcelli ⁊ apulei/ ſergij ⁊

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3

bachi meritis et precibus contra
oĩes nequitias irruentes armis
celeſtib⁹ protegamur. Per dñm.
¶ Dionyſij epi et alioꝝ. Introit⁹

Salus autẽ iuſtorũ a
dño: et protector eoꝝ
eſt in tẽpore tribula-
tionis. Ps. Noli emula-
ri in malignãtibus: neqꝫ
zelaueris facientes iniquitatẽ. Glo. Col.

Deus qui hodierna die bea-
tum dionyſiũ martyrẽ tuũ
virtute conſtantie in paſſione ro
boraſti: quiqꝫ illi ad predicandũ
gẽtibus/gloriã tuã ruſticũ ⁊ eleu
theriũ ſociare dignat⁹ es: tribue
nobis q̃s: ex eorum imitatiõe pro
amore tuo proſpera mũdi deſpi-
cere: et nulla eius aduerſa formi-
dare. Per do. Ad romanos. viij.

Fratres. Quis nos ſepara-
bit a caritate xpi: Tribula-
tio/ an anguſtia/ an pſecutio/ an
fames/ an nuditas/ an periculum
an gladi⁹: Sicut ſcriptũ eſt. Quia
ppter te mortificamur tota die:
eſtimati ſumus ſicut oues occiſio
nis. Sed in hijs oĩbus ſuperam⁹:
ppter eũ qui dilexit nos. Certus
ſum enĩ: q̃a neqꝫ mors/ neqꝫ vita/
neqꝫ angeli/ neqꝫ principat⁹/ neqꝫ
virtutes/ neqꝫ inſtantia/ neqꝫ futu
ra/ neqꝫ fortitudo/ neqꝫ altitudo/
neqꝫ profũdũ/ neqꝫ creatura alia:
poterit nos ſeparare a charitate
dei. Que eſt in chriſto ieſu: dño no
ſtro. Gr. Vindica dñe ſanguinẽ ſctõꝝ
tuorũ qui effuſus eſt. V. Poſuerũt mor-
talia ſeruorũ tuorũ eſcas volatilibus ce-
li: carnes ſanctorũ tuorum beſtijs terre.
Alla. V. Iudicabũt ſctĩ natões ⁊ dñabũ
tur pplis: et regnabit illoꝝ rex ĩ eternũ.

Gaude prole grecia (Seq̃ntia
glorietur gallia: patre dio-
nyſio. Exultet liberius/ felici pa-
riſius/ illuſtris martyrio. Specia
li gaudio/ gaude felix cõcio/ mar-
tyrũ pſentia. Quorũ patrocinio
tota gaudet regio/ regni ſtat po-
tẽtia. Iuxta patrẽ poſiti/ bellato
res incliti/ digni ſunt memoria.
Sed illũ pcipue/ recolit aſſidue/
regalis ecclia. Hic a ſũmo pſule/
directus ad galliã/ nõ gẽtis incre
dule veretur inſaniã. Gallorum
apl'us/ venerat luteciã: quã tene-
bat ſubdol⁹ hoſtis/ ſedẽ re ppriã.
Hic errorũ cumulus: et oĩs ſpur-
citia/ hic infelix ppl's/ gaudẽs ido-
latria. Adorabat idolũ/ fallacis
mercurij/ ſed vicit diabolũ/ fides
dionyſij. Hic cõſtructo xpi tẽplo
v̄bo docet ⁊ exẽplo: choruſcat mi-
raculis. Turba credit error cedit
fides creſcit ⁊ clareſcit: nomẽ tãti
pſulis. His auditis fit inſan⁹: et
ĩmitis dacian⁹: mittitqꝫ ſiſinniũ.
Qui paſtorẽ aĩarum/ fide vita ſi-
gnis clarũ/ trahat ad ſupplicium
Infligũtur ſeni pene/ flagra car-
cer ⁊ cathene: cataſtã lectũ ferreũ/
⁊ eſtũ vicit igneũ. Prece domat
feras truces/ ſedat rogũ pfert cru-
ces: poſt clauos ⁊ patibulũ/ trãſla
tus ad ergaſtulum. Seniore cele
brãte miſſã: turba circũſtãte/ xp̃s
adeſt/ comitãte celeſti frequẽtia.
Specu clauſũ carcerali/ cõſolat⁹ ⁊
vitali: pane cibat imortali/ coro-
nãdũ glia. Prodit martyr cõfli-
ctur⁹/ ſub ſecuri ſtat ſecur⁹/ ferit li-
ctor ſicqꝫ victor/ cõſũmat⁹ gladio.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3

Se cadauer mox erexit/ truncus
truncū caput vexit: quo ferētem
hoc direxit/ angelorꝫ legio. Tam
preclara paſſio/ repleat nos gau-
dio. Euāgel. Deſcendēs ieſus. In
cōi fol. viij. Offꝫ. Mirabilis deus in
ſctis ſuis de⁹ iſrl: ipſe dabit virtutē ⁊ for
titudinē plebi ſue bñdict⁹ de⁹. Secre.

Hoſtia q̄s dñe quā in ſancto
rū tuorum dionyſij/ ruſtici
et eleutherij natalitijs maieſtati
tue deferimus: et vincula nr̄e pra
uitatis abſoluat: ⁊ tue nobis mīe
dona cōciliet. Per. Cōio. Ego vos
elegi de mūdo vt eatis et fructū afferat̄
⁊ fructus veſter maneat. Complēda.

Quesumus oṗs deus: vt qui
celeſtia alimēta percepim⁹
intercedentibus ſanctis tuis dio-
nyſio/ ruſtico/ et eleutherio ꝑ hec
contra om̄ia aduerſa muniamur
Per dñm. ¶ Gereonis/ victorꝫ/ caſ
ſij/ florentij cū ſocijs. Introitus.

Multe tribulatiōes iu
ſtorū/ et de hijs oib⁹
liberauit eos dñs do
minus cuſtodit om-
nia oſſa eorū: vnū ex
hijs non conteretur. P̄s. Benedicā
dominum in omni tempore; ſemꝑ laus
eius in ore meo. Gloria patri. Collecta

Preſta queſum⁹ dñe: vt ſicut
ſanctorū martyrū tuorꝫ ge-
reonis/ victoris/ caſſij/ florentij/ ſo
ciorūq̄ eorꝫ nos natalitia celebrā
da nō deſerunt: ita iugiter ſuffra-
gijs comitētur. Per. Epla. Reſpō
dens vnus de ſenioribus. In cōi.
fo. vij. Gr̄. Timete dñm oēs ſancti ei⁹:
quoniā nichil deeſt timētibus eū. V̄. In-
quirētes autē dñm: nō deficiēt oī bono.

Alla. V̄. Te martyrū candidatus lau
dat exercitus dñe. Euāge. Videns ie
ſus turbas. In cōi. fol. viij. Offꝫ.
Letamini in domino et exultate iuſti: et
gloriamini om̄es recti corde. Secreta.

Munera plebis tue domie q̄s
beatorū martyrū tuorꝫ ge-
reonis/ victoris/ caſſij/ florentij/ ſo
ciorūq̄ eorū fiāt grata ſuffragijs
⁊ pro quorū triūphis tuo noi of-
ferūtur: ipſorū digna efficiātur ⁊
meritis. Per dñm no. Cōio. Dico
autē vobis amicis meis; ne terreamini
ab hijs q̄ vos ꝑſequūtur. Complēda.

Adeſto dñe populo tuo cū
ſanctorū tuorꝫ gereonis/ vi
ctoris/ caſſij/ florētij/ ſociorūq̄ eo-
rū patrocinio ſupplicanti: vt q̄d
propria fiducia nō ꝑſumit ſuffra
gantiū merita cōſequātur. Per.
¶ Calixti pape. Introitus.

Sacerdotes tui domi
ne induant iuſticiā:
⁊ ſancti tui exultēt: ꝑ
pter dauid ſeruū tuū
nō auertas faciē xp̄i
tui. P̄s. Memēto domine dauid: et oīs
manſuetudinis eius. Gloria patri. Col.

Deus qui nos cōſpicis ex no
ſtra infirmitate deficere ad
amorē tuū nos miſericorditer ꝑ
ſanctorū tuorum exempla reſtau
ra. Per. Epla. Ecce ſacerdos ma-
gnus In cōi fo. ix. Gr̄. Ecce ſacerdos
magnus: q̄ in diebus ſuis placuit deo. V̄.
Nō eſt inuētus ſimilis illi; q̄ cōſeruaret
legē excelſi. Alla. V̄. Poſuiſti dñe ſuꝑ
caput eius; coronam de lapide precioſo.
Euange. Homo q̄dā peregre. In
cōi fo. viij. Offꝫ. Gloria et honore co-
ronaſti eum: et cōſtituiſti eum ſuꝑ opera

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3

opera manuum tuarum dñe. Secreta
MIſtica nobis dñe proſit ob=
latio: que nos et a reatibus
noſtris expediat: et perpetua ſal=
uatione cõfirmet. Per dominũ.
Cõio. Poſuiſti dñe in capite eius: coro=
nam de lapide precioſo. Complenda.
QVeſumus oĩps de⁹: vt et rea
tum noſtrũ munera ſacra=
ta purificent: et recte viuendi/ no=
bis operentur effectum. Per do.
¶ Decem milium martyrum. Col.
OMñs ſempiterne deus: qui
p glorioſa bella certaminis
immortalitatis triũphũ marty=
ribus maur; cõtuliſti: da cordib⁹
nrĩs dignã p eorꝫ cõmemoratiõe
leticiã: vt quorum memoriã pio
amore cõplectimur: eorũ precib⁹
adiuuemur. Per dñm. Secreta.
REſpice dñe munera q̃ in paſ=
ſione ſanctorũ maurorꝫ mar
tyrꝫ tuorꝫ deferim⁹: et p̃ſta/ vt quo
rũ honore ſunt grata: eorꝫ nobis
ſiãt interceſſiõe ppetua. P. Cõpl.
QEleſtib⁹ refecti ſacramẽtis
et gaudijs ſupplices te roga
mus oĩps deus: vt quorꝫ gliamur
triũphis protegamur auxilijs. P.
¶ Galli confeſſoris. Introitus.
SAcerdotes tui domi=
ne induãt iuſticiã: et
ſancti tui exultent: p
pter dauid ſeruũ tuũ
non auertas faciem
chriſti tui. Ps. Memento dñe dauid: et
omnis mãſuetudinis eius. Gl'ia. Coll.
DEus qui nos beati galli cõ=
feſſoris tui annua ſolẽnita
te letificas: cõcede ppitius/ vt cui⁹
natalicia colimus: etiã actiones
imitemur. Per. Ep'la. Dilect⁹ deo
In cõi fol. iiij. Gr. Dñe preueniſti eũ
in benedictionibus dulcedinis: poſuiſti
in capite eius coronã de lapide p̃cioſo. V.
Vitã petijt et tribuiſti ei: lõgitudinẽ die=
rũ in ſeculũ ſeculi. All'a. V. Beatus vir
q̃ timet dñm: in mandatis eius cupit ni=
mis. Euãgel. Ecce nos reliq̃m⁹. In
cõi fo. iij. Offr. Deſideriũ aĩe eius tri=
buiſti ei dñe: et volũtate labiorꝫ eius nõ
fraudaſti eum. poſuiſti in capite eius: co
ronam de lapide precioſo. Secreta.
HOſtias dñe quas nomi tuo
ſacrãdas offerimus: ſancti
galli confeſſoris tui proſequatur
oratio: per quã nos expiari tribu
as et defendi. Per. Cõio. Dñe q̃nqꝫ
talẽta tradidiſti michi: ecce alia q̃nqꝫ ſup
lucrat⁹ ſum: euge ſerue fidelis/ q̃a ĩ pau=
ca fuiſti fidelis: ſupra multa te cõſtituã/
intra in gaudium dñi tui. Cõplenda.
REpleti dñe bñdictiõe celeſti
q̃s clemẽtiã tuã: vt itercedẽ=
te btõ gallo cõfeſſore tuo q̃ hũilit
gerimus/ ſalubriter ſentiam⁹. P.
¶ Eliſij martyris cuius caput eſt
in eccleſia traiecten. Introitus.
LEtabitur iuſtus ĩ do=
mino: et ſperabit ĩ eo
et laudabũtur oẽs re
cti corde. Ps. Exaudi de
us oratione meã cũ dep̃=
cor: a timore inimici eripe aĩam meam.
MIſericordiã tuã nobis Col.
dñe q̃s intercedente btõ eli=
ſio martyre tuo clemẽter impen=
de: et nobis peccatoribus ipſi⁹ p=
piciare ſuffragijs. Per. Ep'la. Iu=
ſtũ deduxit. In cõi de vno marty
re. fo. iiij. Gr. Dñe p̃ueniſti eũ in bene
dictionibus dulcedinis poſuiſti in capi=

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3

te eius:coronā de lapide p̄cioſo. ꝟ. Vitā petiȷt et tribuiſti ei:longitudinē dierum in ſeculū ſeculi. Alla. ꝟ. Letabitur iuſt⁹ in dn̄o et ſperabit in eo: et laudabuntur oēs recti corde. Euāge. Si q̄s vult ve nire. vt in cōi de vno mar. fo. iiȷ. Offe. Gl'ia et honore coronaſti eū:et cō ſtituiſti eū ſup opera manuū tuarū dn̄e

S Vſcipe dn̄e munera. Secre. q̄s dignāter oblata:et beati martyris tui eliſiȷ ſuffragātibus meritis: ad noſtre ſalutis auxiliū puenire concedas. Per. Cōio. Qui vult venire poſt me abneget ſemetipſū et tollat crucē ſuā et ſequat² me. Cōplē.

S It nobis dn̄e reparatio mē tis et corporis celeſte myſte riū: vt cui⁹ exequimur actionem/ ſentiamus effectum. Per dominum nr̄m.



¶ Luce euā geliſte. In troitus.

O S iuſti meditabitur ſapientiā: et lingua eius loq̄tur iudiciū: lex dei eius in corde ipſius. Ps. Noli emula ri in malignātibus:neq; zelaueris facie̅ tes iniquitatem. Gloria patri. Collecta

I Nteruenia̅t pro nob⁊ dn̄e q̄s ſanctus tuus lucas euangeli ſta: q̄ crucis mortificationē iugi ter i ſuo corpore ꝑ tui noīs hono re portauit. Per. Ad corin. ȷȷ. viiȷ.

F Ratres. Si volūtas prōpta eſt:ſcd̄m id quod habet acce pta eſt: nō ſcd̄m id q̄d nō habet. Nō eni ut aliȷs ſit remiſſio:vobis aūt tribulatio ſed ex eq̄litate in p̄ ſenti tēpore: veſtra abūdantia il lorum inopiā ſuppleat: vt et illo rū abūdātia veſtre inopie ſit ſup plementū: vt fiat equalitas ſicut ſcriptū eſt. Qui multū nō abūda uit: et q̄ modicum nō minorauit. Gratias aūt ago deo q̄ dedit ean dē ſollicitudinē pro vobis in cor de tythi: q̄m exhortationē quidē ſuſcepit. Sed cum ſollicitior eſſet: ſua volūtate ꝑfect⁹ eſt ad vos. Mi ſimus etiā cū illo fratrē noſtrum cuius laus eſt in euāgelio ꝑ oēs ec cleſias. Nō ſolū aūt:ſed et ordina tus eſt ab eccleſiȷs comes peregri nationis nr̄e in hanc gratiā: que miniſtratur a nob⁊ ad dn̄i gl'iam ⁊ volūtatē. Deuitātes hoc:ne q̄s nos vituperet in hac plenitudine q̄ miniſtratur a nobis in dn̄i glo riā. Prouidem⁹ eni bona: nō ſolū corā deo: ſed etiā corā hoīb⁹. Gr. Os iuſti meditabitur ſapiētiā: et lingua eius loq̄tur iudiciū. ꝟ. Lex dei eius in cor de ipſi⁹: et nō ſupplātabūtur greſſus ei⁹ Alla. ꝟ. In oēm terrā exiuit ſon⁹ eoꝝ ⁊ in fines orbis terre verba eoꝝ. Euāg. Deſignauit dn̄s. In cōi fo. iiȷ. Cre do. Offe. Iuſt⁹ vt palma florebit: ſicut cedrus q̄ i libano eſt mlt'iplicabit². Sec.

D Onis celeſtib⁹ da nobis q̄s dn̄e libera mente ſeruire: vt munera q̄ deferim⁹ interueniēte euāgeliſta tuo luca: et medelā no bis operētur: et gl'iam. Per. Pre fa. de aplis. Cōio. Magna eſt gl'ia ei⁹ in ſalutari tuo: gloriā et magnū decorē impones ſuper eum dn̄e. Cōplenda.

PReſta queſumus oþs deus:
vt id qđ de ſctō altari tuo
accepimus: precibus beati euāge
liſte tui luce ſctificet aīas noſtras
per qđ tuti eſſe poſſim⁹. Per do.
¶ Vndecim miliū ỽginū. Introi.



GAudea-
m⁹ oēs
in dño
diē feſtū
celebran
in honore ſanctarum
virginum: de quarum paſſione
gaudent angeli: et collaudant fi-
lium dei. Ps. Exultate iuſti i dño: re-
ctos decet collaudatio. Gloria pri. Col.
DEus qui tibi digne ſacratis
virginibus mirādi agonis
robur indidiſti quo per martyriū
palmā ad ſupne cōtemplationis
ptingerēt gloriā: da qs earū nos
interceſſionibus adiuuari/ quas
hodierna die trāſcēſo mortis ſta-
dio: in celeſtibus feciſti triūphare
Per. Lectio libri ſapientie. xxxix.
AVdite me diuini fructus: et
quaſi roſa plantata ſup ri-
uos aquarū fructificate. Quaſi li
banus odorē ſuauitatis habete.
Florete flores quaſi liliū: et date
odorē: et frondete in gratiā/ et col
laudate canticū: et bñdicite dñm
in operib⁹ ſuis. Date noī ei⁹ ma-
gnificentiā: et cōfitemini illi ī vo
ce labiorū veſtrorū: et in cāticis la-
biorū et cytharis: et ſic dicetis ī cō
feſſione. Opera dñi vniuerſa: bo-
na valde. Gr. Exultabunt ſcti in gl'ia:
letabūtur in cubilibus ſuis. V. Cantate
domino canticum nouum: laus eius in
eccleſia ſanctorū. Alla. V. Adducentur
regi virgines poſt eā: proxime eius offe-
rentur tibi in leticia. Sequentia.
VIrginalis turma ſexus ieſu
chriſti/ q̄ cōnexus dono ſen-
tis grē. Flos candoris tui rubet:
trucidari dū te iubet/ tortor pudi-
citie. Britānorū inſule/ rector pr̄
vrſule: deo notus claruit. Hāc co
nanus virginē ꝓpter pulchritudi
nē: parem thori voluit. Procos
mittit et precatur/ minis terret ſi
ſpernatur: ſibi poſcēs vrſulā. Pa
ter eius iā baptiſmi/ fonte lot⁹ pa
ganiſmi: ꝓrſus vitat copulā. In-
terim vrſula/ xp̄i diſcipula: docta
p ſomniū. Statuit nuptias/ que-
rens inducias: trimatus ſpaciū.
Vice dotis coniugij/ regine vite
habiles/ dato ſūptu nauigij: coe-
ue dantur nobiles. Vndena de-
mū milia ſponſe trāſmittit virgi
nū: dūcūt naues p maria/ curam
ſpernētes hoīm. Aura flāte leui-
us/ diſcedunt a littore: huc illucqꝫ
ſepi⁹/ plano ludūt equore. Hinc
manus feminea/ rexit dante dño:
naues q̄s baſilea/ breui vidit ter-
mino. Relictis nauib⁹ ordinant
acies/ vētis et eſtib⁹ exponūt faci-
es/ et romā adeūt. Per monaſte-
ria fundētes lachrymas/ trahunt
ſuſpiria cōmēdūt aīas: ſctis et re-
deunt. Quā in portu reliquerūt/
claſſem ſimul inuenerūt clarum
flumē et amenū/ nauigātes itrāt
rhenū: p dei clemētiā. Hic ad lo-
cū paſſiōis/ duxit eas dux agonis
florē ſue iuuētutis/ paruipendūt
ſpe ſalutis: eūtes coloniā. O felix
colonia: iuxta cui⁹ menia barba-
rorū rabies. Enſes tela frameas/

cultros in virgineas/ cruentauit
acies. **F**elicia ſũt virginũ/cõnu-
bia tot miliũ/ agnũqꝫ ſine macu-
la/duce ſequũtur vrſula. **Q**uarũ
orationibus/ felices cum felicibꝰ:
pace fruamur ſedula/ per ſeculoꝝ
ſecl'a. Amẽ. **Euãge.** Simile eſt regnũ
celoꝝ decẽ vgĩ. **In cõi fo.** xi. **Offer.**
Offerentur regi virgines proxime eius
offerẽtur tibi in leticia et exultatiõe: ad-
ducẽtur in templũ regi dño. **Secreta.**
VOtiua dñe dona myſtice li
bamĩnis pro ſanctarũ vir-
ginum veneratione tue maieſta-
ti oblata: noſtra expurgẽt facino
ra: et purificatos nos tantis my-
ſterijs exeq̃ndis/reddãt acceptos
Per. **Cõio.** Quinqꝫ prudẽtes virgines
acceperũt oleũ in vaſis ſuis cũ lãpadibꝰ
media aũt nocte clamor factꝰ eſt: ecce ſpõ
ſus venit exite obuiã xp̃o dño. **Cõplẽ.**
CEleſtis dñe alimonie refecti
ſacramẽto q̃s: vt intercedẽ-
tibus ſanctis virginibus tuis/ac
martyribus que ꝓ illarũ celebra-
mus gloria: ad noſtre ſalutis pro
ficiãt incrementũ. Per dominũ.
¶ **Severi epi et confeſſoris. Coll'a**
BEati ſeueri cõfeſſoris tui atqꝫ
pontificis dñe votiua ſolẽ-
nia celebrantes: da q̃s vt mĩe tue
nos auribus ipſe cõmẽdet. Per.
¶ **Eodẽ die cordule virgi. et mar.**
EXaudi nos deus salu- **Coll'.**
taris noſter: vt ſicut de bea-
te cordule vginis et martyris tue
feſtiuitate gaudemus: ita pie de-
uotionis erudiamur affectu. Per
dñm noſtrũ ieſum chriſtũ. **Secre.**
REſpice dñe populum tuũ ad
tua ſacramẽta cõcurrentẽ: et

preſentẽ feſtiuitatẽ ſancti cõfeſſo
ris tui atqꝫ põtificis ſeueri recolẽ-
tẽ: vt qd ſinguli in honorẽ nomis
tui detulerũt/ cũctis proficiat ad
veniam. Per dñm. ¶ **Alia ſecreta**
SAcrificijs p̃ſentibus q̃s dñe
placatus intẽde: vt et deuo-
tiõi nr̃e ꝓficiãt et ſaluti. P. **Cõplẽ.**
GRatias tibi agimus dñe de-
us noſter q̃ nos celeſti mede
la reparare dignatus es: da q̃s de
peccatis nr̄is veniã: ſicut btõ cõ-
feſſori tuo ſeuero atqꝫ põtifici de-
diſti ſedẽ põtificatꝰ. P. **Alia cõplẽ.**
ADmiliẽtur nobis dñe ſũpta
myſteria: et intercedẽte btã
cordula vgine et martyre tua: ſem
piterna nos ꝓtectiõe cõfirmẽt. P.
¶ **Severini epiſcopi. Introitus.**
SAcerdotes dei bene-
dicite dño: ſcti et hu-
miles corde laudate
deũ. **Ps.** Benedicite oĩa
opera dñi dño: laudate et
ſuperexaltate eum in ſecula. Glo. **Coll'**
COncede q̃s oṕs deus: vt qui
laudabilẽ feſtiuitatẽ bti cõ-
feſſoris et põtificis tui ſeuerini re
colimus: digne ipſius imitatiõe
ſectãdo: gaudioꝝ eiꝰ effici merea-
mur participes. Per. **Epl'a.** Ois
põtifex. **In cõi fol.** v. **Gr.** Ecce ſacer-
dos magnꝰ: q̃ in diebꝰ ſuis placuit deo.
V. Nõ eſt inuẽtus ſĩlis illi: q̃ cõſeruaret
legẽ excelſi. **All'a.** **V.** Iuſtꝰ vt palma flo
rebit: et ſicut cedrus multiplicabitur. **Euã**
gel. Sint lũbi. **In cõi fol.** ix. **Offer.**
Inueni dauid ſeruũ meũ: et in oleo ſctõ
vnxi eũ. manꝰ enĩ mea auxiliabitur ei: et
brachiũ meũ cõfortabit eũ. **Secr.**
OBlata q̃s dñe mũera populi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3

fidelis meritis btiſſimi cõfeſſoris tui ſeuerini tibi reddãt᷑ accepta: vt ab oĩ cõtagione peccati hijſdẽ quibus famulamur myſterijs/cle mẽter emũdari mereamur. Per. Cõio. Beat⁹ ſeruus quẽ cũ venerit dñs inuenerit vigilãtẽ: amẽ dico vobis/ ſup oĩa bona ſua conſtituet eũ. Cõplẽda.

OMñs ⁊ miſericors de⁹: q̇ beatũ ſeuerinũ cõfeſſorẽ tuum atqꝫ pontificẽ terrena oblectamẽta ſuperare feciſti: cõcede/ vt q̇ ei⁹ feſtiuitatis annue diem celebramus: inſuperabiles tua ꝓtectiõe ab hoſtis inſidijs maneam⁹ Per.

¶ Criſpini et criſpiniani. Introi.

SAlus aũt iuſtoꝝ a domino: et ꝓtector eorũ eſt in tẽpore tribulationis. ps. Noli emulari in malignãtibus: neqꝫ zelaueris faciẽtes iniq̄tatẽ. Gl̄ia. Colla.

SAnctoꝝ martyrũ tuoꝝ criſpini et criſpiniani: nos dñe feſta tueãtur: et eoꝝ cõmendet oratio venerãda. Per. Epl'a. Iuſtorũ aĩe. In cõi ſo vi. Gr. Vĩdica dñe ſanguinẽ ſanctoꝝ tuoꝝ: q̇ effuſus eſt. ꝟ Poſuerũt mortalia ſeruorũ tuoꝝ eſcas volatilibus celi: carnes ſanctoꝝ tuorũ beſtijs terre. Alla. ꝟ Letamini in dño et exultate iuſti: et gloriamini oẽs recti corde. Euãg Ecce ego mit. In cõi ſo. viij Offe. Letamini i dño et exultate iuſti: ⁊ gloriamini oẽs recti corde. Secreta.

HOſtias nr̄as dñe tibi dicatas placat⁹ aſſume: et intercedẽtib⁹ ſctĩs tuis criſpino et criſpiniano: ad ꝑfectũ nob' tribue ꝑuenire ſubſidiũ. Per. Cõio Iuſtorũ aĩe in manu dei ſũt: et nõ tãget illos tormentũ malicie. viſi ſũt oculis inſipiẽtiũ mori: illi autem ſunt in pace. Cõplẽda

TAntis dñe repleti munerib⁹ ꝑſta q̄s: vt intercedẽtib⁹ ſanctis tuis criſpino et criſpiniano: ſalutaria dona capiam⁹: et a tua laude nunq̄ ceſſemus. Per dñm.

¶ Amandi epiſcopi. Collecta.

OMñs et pie deus q̇ hunc diẽ in btĩ amãdi confeſſoris tui atqꝫ põtificis celebritate cõſecraſti: q̇qꝫ eũ ſctĩtatis atqꝫ miraculorũ ſplẽdore illuſtraſti: ꝑſta miſericors pater ei⁹ nos oratiõe muniri: quẽ celeſti militie tribuiſti gratãter adiungi. Per dñm. Secreta

REſpice dñe pplm tuũ ad tua ſacramẽta cõcurrentẽ: et ꝑſentẽ feſtiuitatẽ ſancti cõfeſſoris tui atqꝫ põtificis amãdi recolẽtẽ vt qđ ſinguli in honorẽ noĩs tui detulerũt: cunctis proficiat ad veniam. Per dñm noſtrũ. Cõplẽda

GRatias tibi agimus dñe de⁹ nr̄: q̇ nos celeſti medela reparare dignat⁹ es: da q̄s de pctĩs noſtris veniã: ſicut btõ cõfeſſori tuo amãdo atqꝫ põtifici dediſti ſedẽ põtificatus. Per. ¶ In vigilia ſymonis et iude. Ad miſſã. Introi.

INtret i cõſpectu tuo dñe gemitus cõpeditorum/ redde vicinis noſtris ſeptuplũ in ſinu eorũ: vindica ſanguinẽ ſanctorum tuorum qui effuſus eſt. ps. Deus venerunt gẽtes in hereditatem tuam: polluerunt templũ ſanctum tuũ. Gloria patri et filio. Col.

COncede queſumus oñs de⁹ vt ſicut apoſtoloꝝ tuorum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3

ſymonis et iude glorioſa natali-
cia preuenimus: ſic ad tua benefi
cia promerenda: maieſtatē tuam
pro nobis ipſi preueniant. Per.
Epl'a. Exurgens princeps. In cōi
fo. iij. Gr. Uindica dn̄e ſanguinē ſctōꝝ
tuorū qui effuſus eſt. ℣. Poſuerūt mor-
talia ſeruorū tuorū eſcas volatilib⁹ celi:
carnes ſanctorū tuorū beſtijs terre. Si
fuerit dn̄ica. All'a. ℣. Per man⁹ aūt
apoſtolorū: fiebāt ſigna et prodigia mul
ta in plebe. Euange. Ego ſum vitis.
In cōi fol' iij. Offe. Exultabūt ſancti
in gloria: letabūtur in cubilibus ſuis: ex
ultatiōes dei in faucibus eoꝝ. Secreta

Muneribus noſtris dn̄e apo-
ſtolorū ſymonis et iude fe-
ſta precedētes q̄s: vt que cōſciētie
noſtre prepediūtur obſtaculis: il-
lorū merit⁹ grata reddātur. Per.
Prefat. quotidiana. Cōio. Iuſtorū
aīe in manu dei ſūt: et nō tāget illos tor-
mentū malitie: viſi ſūt oculis inſipiētiū
mori/ illi autem ſunt in pace. Cōplēda

Sumpto dn̄e ſacramēto ſup-
plicit' depcamur: vt ītercedē
tibus beatis apoſtolis tuis ſymo
ne et iuda: qd̄ temporaliter geri-
mus ad vitā capiam⁹ eternā. Per
¶ In die ſanctorum ſymonis et iu
de. Ad miſſam. Introitus.



Michi aūt
nimis
honora-
ti ſunt
amici tui
deus: nimis cōforta-
tus eſt principatus eorum. Ps. Do
mine probaſti me et cognouiſti me: tu co
gnouiſti ſeſſionē meā. Glo. Col.

Deus qui nos p beatos apo
ſtolos tuos ſymonem et iudā ad
agnitionē tui nōis venire tribui-
ſti: da nobis eorū gloriā ſempiter
nā: et proficiēdo celebrare/ et cele-
brando proficere. Per. Epl'a. Sci
mus quoniā diligētibus. In cōi
fol' iij. Gr. Nimis honorati ſunt amici
tui deus: nimis cōfortatus eſt principa-
tus eorū. ℣. Dinumerabo eos: et ſup are
nā multiplicabūt'. All'a. ℣. Nō vos me
elegiſtis/ ſed ego vos elegi: et poſui vos
vt eatis et fructū afferatis/ et fructus ve
ſter maneat. Euāge. Hec mādo vo-
bis. In cōi fo. iij. Credo. Offe. In
omnem terram exiuit ſonus eorum et in
fines orbis terre verba eorū. Secreta.

Gloriā dn̄e ſanctorū apoſto-
lorū tuorū ſymonis et iude
perpetuā recolentes: q̄s/ vt eandē
ſacris myſterijs expiati/ dignius
celebremus. Per dn̄m nr̄m. Pre-
fatio de apl'is. Cōio. Uos qui ſecuti
eſtis me ſedebitis ſuper ſedes iudicātes
duodecim tribus iſrael. Complenda.

Perceptis dn̄e ſacramentis
ſuppliciter rogamus: vt in-
tercedētibus ſanctis apl'is tuis ſy
mone et iuda que pro illoꝝ vene-
randa gerimus paſſiōe: nobis p-
ficiāt ad medelam. Per dominū.
¶ Quintini martyris. Collecta.

Deus qui beatū quintinum
martyrē tuū inter vincula
liberū: et inter tormēta ſecurū tue
gratie vbertate feciſti: q̄s clemen-
tiam tuā: vt nobis flāmas corpo-
raliū paſſionū mīe tue imbre ex-
tinguas: et igne beate claritatis
clemēter infundas. Per. Secreta

Hodiernū dn̄e ſacrificiū le-
tantes offerim⁹: quo beati

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3

quintini celeſtē victoriā recenſentes: et tua magnalia p̄dicamus: ⁊ nos acquiſiſſe gaudemus ſuffragia glorioſa. Per dn̄m. Cōplēda.

Q Ueſumus omnipotēs deꝰ: vt qui alimēta celeſtia percepimus: intercedēte beato quintino martyre tuo: per hec cōtra oīa aduerſa muniamur. Per dn̄m.

In vigi. oīm ſanctoꝝ. Introitꝰ.

T Imete dn̄m oēs ſancti eiꝰ: quoniam nichil deeſt timētibus eū: diuites eguerūt et eſurierūt: inquirētes autē dn̄m nō deficiēt oī bono. Ps. Benedicā dn̄m in omni tp̄e: ſemper laus eius in ore meo. Gloria p̄ri. Colla.

D Omine deus noſter multiplica ſuper nos gratiā tuā: et quorū preuenimus glorioſa ſolennia: tribue ſubſequi in ſancta profeſſione leticiā. Per dominū.

Lec. libri apocalip. b̄ti iohā. apli. U

E Cce ego iohānes vidi in medio throni: et quattuor animalium: ⁊ in medio ſenioꝝ agnū ſtantem tanq̄ occiſum: habentē cornua ſeptem: et oculos ſeptem/ qui ſūt ſeptē ſpiritus dei miſſi in omnē terrā. Et venit ⁊ accepit de dextera ſedentis in throno librū. Et cum apperuiſſet librū: quattuor animalia/ et viginti quattuor ſeniores ceciderunt coram agno: habētes ſinguli cytharas ⁊ phialas aureas plenas odoramentorum que ſunt orationes ſanctoꝝ. Et cantabant canticum nouū dicentes. Dignus es domine deus accipere librum: et aperire ſignacula eius/ quoniā occiſus es: et redemiſti nos deo in ſanguine tuo ex omni tribu/ et lingua/ et populo/ et natione: ⁊ feciſti nos deo noſtro regnū et ſacerdotes: et regnabunt ſuper terram. Et vidi et audiui vocem angelorum multorū in circuitu throni et animalium et ſeniorum: et erat numerus eorum milia milium voce magna dicentium. Salus deo noſtro ſedenti ſuper thronum: ⁊ agno. Dignus eſt agnus qui occiſus eſt accipere virtutem/ et fortitudinem/ et gloriam et benedictionem: in ſecula ſeculorum amen. Grad. Exultabunt ſancti in gloria: letabuntur in cubilibus ſuis. V. Cantate domino canticum nouum: laus eiꝰ in eccleſia ſanctorum. Si fuerit dn̄ica. Alleluya. V. Iudicabunt ſancti nationes et dominabuntur populis: et regnabit illorum rex in eternum. Secundum lucam vi.

I N illo tempore. Eleuatis ieſus oculis in diſcipulos ſuos dicebat. Beati pauperes: quia veſtrū eſt regnū dei. Beati qui nunc eſuritis: q̄a ſaturabimini. Beati qui nūc fletis: quia ridebitis. B̄ti eritis cū vos oderint homines: et cū ſeparauerint vos: et exprobrauerint et eiecerint nomen veſtrū tanq̄ malū: p̄pter filium hoīs. Gaudete i illa die et exultate: ecce eni merces veſtra: multa eſt i celo. Offer. Letamini in dn̄o et exultate iuſti: et gloriamini oēs recti corde. Secreta.

A Ltare tuū dn̄e deus muneribus cumulamus oblatis da q̄s: vt ad ſalutem noſtrā oīm ſanctorū tuorū p̄catione p̄ficiāt:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3

quoꝝũ ſolẽnia vẽtura ꝓcurrim⁹.
Per. Cõio. Amen dico vobis q̃ꝺ vni ex
minimis meis feciſtis michi feciſtis: ve-
nite benedicti patris mei poſſidete para
tũ vobis regnũ ab initio ſeculi Cõplẽ.
Sacramentis dñe et gaudijs
optata celebꝛitate expletis:
queſumus/vt eoꝝ ꝑcibus adiuue-
mur: quoꝛum recoꝛdatiõibus ex-
hibẽtur. Per dñm noſtrũ ieſum.



In die oĩm ſanctoꝝ. Introitus.
Gaudeam⁹ oẽs in do-
mino diem feſtũ cele
bꝛãtes/ĩ honoꝛe ſan-
ctoꝛum oĩm: de quo
rũ ſolennitate gau-
dent angeli: et collaudant filium
dei. ps. Exultate iuſti in domĩo: rectos
decet collaudatio. Gloꝛia patri. Collã.
Omnipotẽs ſempiterne de⁹:
qui nos omniũ ſanctoꝝ me-
rita ſub vna tribuiſti celebꝛitate
venerari: q̃s/vt deſideratã nobis
tue ꝓpitiatiõis abũdantiã: mul-
tiplicatis interceſſoꝛib⁹ largiaris.
Per. Eodẽ die de ſcõ ceſario. Col.
Deus q̃ nos bti ceſarij mar-
tyꝛis tui annua ſolẽnitate
letificas: cõcede ꝓpitius/ vt cuius
natalicia colimus: etiam actiões
imitemur. Per dñm. Lectio libri
apocalipſis bti iohãnis apli ij.
Ecce ego iohãnes vidi alteꝝ
angelũ aſcendentẽ ab oꝛtu
ſolis/habẽtẽ ſignũ dei viui: ⁊ cla-
mauit voce magna quattuoꝛ an
gelis q̃bus datũ eſt nocere terre/⁊
mari: dicẽs. Nolite nocere terre et
mari/ neqꝫ arboꝛibus: quoadus
ſignemus ſeruos dei noſtri in frõ
tib⁹ eoꝝ. Et audiui numeꝝ ſigna-
toꝝ centum quadraginta q̃ttuoꝛ
milia ſignati ex oĩ tribu filioꝝ iſrl'
Ex tribu iuda: duodecim milia ſi-
gnati. Ex tribu ruben: duodecim
milia ſignati. Ex tribu gad: duo-
deci milia ſignati. Ex tribu aſer:
duodecim milia ſignati. Ex tribu
neptali duodeci milia ſignati Ex
tribu manaſſe: duodecim milia ſi
gnati. Ex tribu ſymeon: duodeci
milia ſignati. Ex tribu leui: duo-
decim milia ſignati. Ex tribu iſſa-
char duodeci milia ſignati Ex tri
bu zabulõ: duodeci milia ſignati.
Ex tribu ioſeph: duodeci milia ſi-
gnati. Ex tribu benyamĩ: duode-
cim milia ſignati. Poſt hec vidi
turbã magnam quã dinumerare
nemo poterat: ex oĩbus gẽtibus
⁊ tribubus/et populis/ et linguis
ſtãtes ante thꝛonũ et in cõſpectu

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3

agni/amicti ſtolis albis: ⁊ palme in manibus eorũ. Et clamabant voce magna: dicẽtes. Salus deo noſtro: qui ſedet ſup thronum et agno. Et oẽs angeli ſtabãt in cir-cuitu throni: et ſeniorũ et quattuor animaliũ: et ceciderũt in cõſpectu throni in facies ſuas: et adora-uerũt deũ: dicentes amẽ. Benedi-ctio et claritas/ et ſapiẽtia/ et gra-tiarũ actio/ honor et virtus/ et for-titudo deo noſtro: in ſecula ſecu-lorũ amen. Gr. Timete dñm oẽs ſcti eius: qm̃ nichil deeſt timentibus eũ. ṽ. Inquirẽtes aũt dñm: nõ deficient omni bono. Alla. ṽ. Vox exultationis et ſa-lutis: in tabernaculis iuſtorũ. Seqñtia

OMnes ſctĩ ſeraphin cheru-bin/ throni quoqꝫ domina-tioneſqꝫ. Principat⁹ poteſtates virtutes. Archãgeli angeli/ vos decet laus et honores. Ordines nouem ſpirituũ beatorũ. Quos in dei laudib⁹/ firmauit charitas Nos fragiles hoĩes firmate pc̃i-bus. Et ſpiritales prauitates ve-ſtro iuuamine vincẽtes fortiter. Nunc et in euũ veſtris ſimus di-gni ſolẽnijs intereſſe ſacris Uos quos dei gr̃a vicere terrea Et an-gelis ſocios/ fecit eſſe polo. Uos patriarche ꝓphete/ apoſtoli/ cõfeſ-ſores/ martyres/ monachi/ ỽgines Et viduarũ ſanctarũ oĩmqꝫ pla-centium populus/ ſupremo dño. Uos adiutorũ. Nũc et perhenni-ter. Foueat protegat/ vt veſtrũ ĩ die poſcimus gaudiorũ veſtroꝝ. Amen. Euange. Videns ieſus tur-bas. In cõi ſo viij. Credo. Offer. Mirabilis deus ĩ ſanctis ſuis deus iſra-el: ipſe dabit virtutem et fortitudinẽ ple-bi ſue benedictus deus. Secreta.

MUnera tibi dñe noſtre deuo-tionis offerimus: que ⁊ pro tuorũ tibi grata ſint honore ſan-ctoꝝ: et nobis ſalutaria te miſerã-te reddantur. Per dñm noſtrum.

¶ Alia ſecreta de ſancto ceſario.

HOſtias tibi dñe btĩ ceſarij martyris tui dicatas meri-tis benign⁹ aſſume: et ad ꝑpetuũ nobis tribue ꝓuenire ſubſidium. Per. Prefatio quotidiana. Cõio. Gaudete iuſti in domĩo alleluya: rectos decet collaudatio alleluya. Cõplenda

DA q̃s dñe fidelibus populis omniũ ſanctorũ ſemp vene-ratione letari: et eorũ ꝑpetua ſup-plicatione muniri. Per dominũ.

¶ Alia cõplẽda de ſancto ceſario.

QUeſumus oĩps deus: vt qui alimenta celeſtia percepi-mus: intercedente beato ceſario martyre tuo: per hec contra oĩa aduerſa muniamur. Per domi-num noſtrum ieſum chriſtũ filiũ.

¶ In commemoratione animarũ.

REquiẽ eternã dona eis dñe ⁊ lux ꝑpetua luceat eis. Ps. Te de-cet hymn⁹ deus ĩ ſyon: ⁊ tibi reddet' votũ ĩ hieru-ſalẽ. exaudi orationẽ meã/ ad te oĩs caro

FIdelium deus veniet. Coll. omniũ cõditor et redẽptor aĩab⁹ famulorũ famularũqꝫ tua-rũ oĩm fideliũ defũctoꝝ remiſſio-nẽ cunctoꝝ tribue pctõꝝ: vt indul-gentiã quã ſemper optauerunt/ pijs ſupplicationibus conſequã-tur. Qui. Ad theſſalonicenſes iiij

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag
226 A 3

In cōmemoratiōe animarū.

FRatres. Nolum⁹ vos ignorare de dormiētibus: vt nō cōtriſtemini/ ſicut ⁊ ceteri q̄ ſpem nō habent. Si enī credimus ꝙ ieſus mortuus eſt et reſurrexit: ita ⁊ deus eos qui dormierūt ꝑ ieſum adducet cū eo. Hoc enī vobis dicimus in verbo dn̄i: quia nos q̄ viuimus/ qui reſidui ſum⁹: in aduētu dn̄i nō ꝑuentiem⁹ eos qui dormierūt. Quoniā ipſe dn̄s in iuſſu ⁊ in voce archāgeli: et in tuba dei deſcēdet de celo: et mortui qui in xp̄o ſunt/ reſurgēt primi. Deinde nos q̄ viuimus q̄ relinquimur/ ſimul cū illis rapiemur in nubib⁹/ obuiā chriſto in aera: ⁊ ſic ſemper cū dn̄o erimus. Itaqꝫ cōſolamini inuicē/ in v̄bis iſtis. In chriſto ieſu: dn̄o nr̄o. Gr̄. Si ambulē in medio vmbre mortis nō timebo mala: quoniā tu mecum es domine. ℣. Virga tua ⁊ baculus tuus ipſa me cōſolata ſūt. Tract⁹

SIcut ceruus deſiderat ad fōtes aq̄rum: ita deſiderat aīa mea ad te deus. ℣. Sitiuit aīa mea ad deū viuum quando veniam et apparebo ante faciē dei mei. ℣. Fuerūt michi lachrime mee panes die ac nocte: dū dicitur michi per ſingulos dies vbi eſt deus tuus. Seqn̄.

AVdi tellus audi magni maris nymbe. Audi oīe qd̄ viuit ſub ſole huius mūdi decor ⁊ gloria. Quā falſa ſunt/ q̄ trāſitoria. Ut teſtātur hec tēporalia/ nō in vno ſtatu manētia. Nullum ſaluat gen⁹ aut ſpecies/ aut ꝓdeſt auri cōgeries. Nullum ſaluat regalis dignitas/ nulli ꝓdeſt corporis quātitas. Nil artiū valet ſubtilitas/ nil valet ei⁹ falſa diuinitas. Tranſit enī rex maneries vt liqueſcit a ſole glacies. Ubi helena paris pulcherrim⁹/ aut achilles vbi magnanim⁹. Ubi plato/ vbi porphirius/ vbi tullius et virgilius. Ubi tales/ vbi epedocles: aut egregius ariſtotiles. Alexander vbi rex maximus/ vbi hector trope duriſſim⁹. Ubi ſampſō vir fortiſſimus/ vbi ſalomon prudentiſſim⁹. Ubi dauid vir ditiſſim⁹/ vbi abſolon vir pulcherrimus. Tranſierūt leges mortaliū/ per vnius momēti ſpatiū. Pie deus rector fideliū/ fac te nobis ſemper propitiū. Cū de malis fiet iudiciū/ nobis da diuinū auxiliū. In die illa tremēda qn̄ celi mouendi ſunt et terra. Scd̄m Matthe. xxv.

IN illo tp̄e. Dixit ieſus diſcipulis ſuis. Cū venerit filius hoīs in maieſtate ſua: ⁊ oēs angeli cū eo: tunc ſedebit ſup ſedē maieſtatis ſue. Et cōgregabūtᷣ ante eū oēs gētes: et ſeparabit eos ab inuicē: ſicut paſtor ſegregat oues ab hedis. Et ſtatuet oues quidē a dextris: hedos autem a ſiniſtris. Tunc dicet rex hijs qui a dextris eius erunt. Venite benedicti patris mei: poſſidete paratum vobis regnum/ a conſtitutione mūdi. Eſuriui enī: et dediſtis michi manducare. Sitiui: ⁊ dediſtis michi bibere. Hoſpes eram: et collegiſtis me. Nudus: et cooperuiſtis me. Infirmus: et viſitaſtis me. In carcere eram: et veniſtis ad me. Tunc reſpondebunt ei iuſti/ dicētes. Domine: quando te vidimus eſuriētem/ et pauimus te: ſitientē/ et de-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3

dimus tibi potū? Quādo autē te vidimus hoſpitem: & collegimus te: aut nudum/ et cooperuim⁹ te? Aut quando te vidimus infirmū aut in carcere/ et venimus ad te? Et reſpondēs rex: dicet illis. Amē dico vob;: q̄diu feciſtis vni de his fratribus meis minimis michi feciſtis. Tūc dicet et his q̄ a ſiniſtris erunt. Diſcedite a me maledicti in ignē eternū: qui parat⁹ eſt diabolo/ et angelis eius. Eſuriui enī: & nō dediſtis michi manducare. Sitiui: et nō dediſtis michi potū. Hoſpes erā: et non collegiſtis me Nudus: et nō cooperuiſtis me. Infirmus et in carcere: et nō viſitaſtis me. Tūc reſpōdebūt ei: et ipſi dicentes. Dn̄e: quādo te vidimus eſurientē/ aut ſitientē/ aut hoſpitē/ aut nudū/ aut infirmū/ vel ī carcere: et nō miniſtrauim⁹ tibi? Tūc reſpondebit illis dicēs. Amē dico vobis: q̄diu nō feciſtis vni de minoribus his: nec michi feciſtis. Et ibunt hi in ſuppliciū eternū: iuſti autē in vitā eternā. Offer. Dn̄e ieſu chriſte rex glorie: libera aīas oīm fideliū defunctorꝝ de manu inferni: et de profundo lacu libera eas de ore leonis: ne abſorbeat eas tartarus ne cadant in obſcura ſed ſignifer ſanctus michael repreſentet eas in lucem ſanctam. Quam olim abrahe p̄miſiſti et ſemini eius. ỽ. Hoſtias ac p̄ces tibi dn̄e offerimus: tu ſuſcipe pro aīabus illis quarū hodie memoriā agimus: fac eas dn̄e de morte trāſire ad vitam. ỽ. Requiē eternā dona eis dn̄e: & lux perpetua luceat eis. Quā olim abrahe promiſiſti/ et ſemini ei⁹. Sec.

Hoſtias q̄s dn̄e quas tibi p̄ aīabus famulorꝝ famularūq; tuarū oīm fideliū defūctorꝝ offerim⁹ p̄piciatus intende: vt q̄bus fidei chriſtiane meritū cōtuliſti/ dones et premiū. Per. Cōio. Lux eterna luceat eis dn̄e. Cū ſanctis tuis ī eternū: q̄a pius es. ỽ. Requiē eternā dona eis dn̄e: et lux p̄petua luceat eis. Cū ſanctis tuis in eternum quia pius es. Cōplenda.

Animabus q̄s dn̄e famulorꝝ famularūq; tuarꝝ oīm fidelium defunctorū oratio proficiat ſupplicantiū: vt eas et a peccatis oībus exuas: & tue redemptionis facias eſſe participes. Qui viuis.

¶ Euſtachij/ agapiti. Collecta.

Adeſto nobis dn̄e martyrū deprecatiōe ſanctorū euſtachij/ agapiti/ theopiſti/ et theopiſte/ et quos pati pro tuo nomine tribuiſti: fac tuis fidelibus ſuffragari. Per dn̄m noſtrum. Secreta.

Quēſumus domine per hec munera interuentu beatorum martyrum tuorum/ euſtachij/ agapiti/ theopiſti et theopiſte/ nos a peccatorum noſtrorum maculis emūda/ vitā noſtrā emēda: actus noſtros clementer corrige/ mores compone: et in viam ſalutis eterne/ nos miſericorditer dirige. Per dn̄m nr̄m. Cōplenda.

Celeſtis ſacramenti participatione refecti: q̄s oīpotēs deus: vt intercedentibus ſanctis martyribus tuis euſtachio et ſocijs eius: nos a cunctis perturbationibus et iniquitatib⁹ liberes/ menteſq; noſtras in tue charitatis ac pacis tranquillitate confirmes. Per dn̄m noſtrꝝ ieſum xp̄m.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3

¶ Huberti cōfeſſoꝛ atq; pōtificis. Colla.

DEus qui teipſum in cruce viſione crucifixi: beato huberto confeſſori atq; pōtifici tuo oſtendiſti: vt ſic eū ad fidē colligeres ſctē eccleſie tue miniſtrū idoneū pficeres: queq; ſuſcepta ſtola celitus ſibi miſſa ſacri officij ſcientia credimus illuſtratū: cōcede ꝓpitius/ vt ipſū nobis apud te impetraſſe tuoꝝ vtutū munera ſenciamus. Per eūdē dn̄m. Secreta.

OBlata q̄s dn̄e munera fidelis populi meritis beatiſſimi cōfeſſoꝛis tui atq; pōtificis huberti/ tibi reddātur accepta: vt abiecta cogitatione peccati: eiſdē q̄bus famulamur myſterijs clemēter emūdari mereamur. p. Cōplē.

MEnſe celeſtis participatiōe vegetati: ſupplices te rogamus oīps deus: vt ſicut de bti huberti ꝑpetua gloꝛificatiōe gaudemus: ita ipſius apud te itercellione ab omni mereamur aduerſitate defendi. Per dominū noſtrū.

¶ leonardi confeſſoꝛis. Collecta.

DA q̄s oīps et miſericoꝛs de⁹: vt ſicut obtentu ſanctiſſimi leonardi confeſſoꝛis tui vinculatos ſoluis in terris: ita eius ſuffragijs nos a peccatis ſolutos redde ſecuros. Per dn̄m noſtꝝ. Secreta.

HOſtias tibi dn̄e ꝓ cōmemoratiōe ſancti cōfeſſoꝛis tui leonardi deferim⁹: ſuppliciter deprecantes/ vt ſicut ſancto leonardo tribuiſti fidei ſacre claritatem ſic nobis indulgentiā largiaris ⁊ pacē. Per dn̄m. Cōplenda.

UT nobis dn̄e pia ſacramenta dent ſalutē beatus leonardus ꝯfeſſoꝛ tu⁹ q̄s ꝓcatoꝛ accedat. Per.

¶ Vuillibroꝛdi epiſcopi. Introit⁹

STatuit ei dn̄s teſtamentū pacis: et principem fecit eū: vt ſit illi ſacerdotij dignitas in eternū. Ps. Miſericoꝛdias dn̄i: in eternū cātabo. Colla.

COncede q̄s oīps deus: beati vuillibroꝛdi confeſſoꝛis tui atq; pontificis nos vbiq; interceſſionibus adiuuari: cuius nos doctrinis ad agnitionē tui nōis peruenire tribuiſti. Per. Epla. Ecce ſacerdos magn⁹. In cōi ſo ꝯf. Gr.

Ecce ſacerdos magnus qui in dieb⁹ ſuis placuit deo. V. Nō eſt inuētus ſimilis illi: qui cōſeruaret legē excelſi. Alla. V. Iſte eſt q̄ ante deū magnas virtutes operatus eſt: ⁊ oīs terra doctrina eius repleta eſt. Euāg. Sint lūbi. In cōi ſo ꝯf. Offer. Inueni dauid ſeruū meum/ oleo ſctō vnxi eū: man⁹ eni mea auxiliabit⁹ ei ⁊ brachiū meū cōfoꝛtabit eū. Secreta.

SIt tibi dn̄e deus noſtre deuotionis oblatio acceptabilis: vt beato vuillibroꝛdo confeſſoꝛe tuo intercedēte: vtcunq; et placeat tue maieſtati: et nr̄e ꝓficiat ſaluti. Per. Cōio. Beat⁹ ſeru⁹ quē cū venerit dn̄s īuenerit vigilātē: amē dico vobis ſup oīa bona ſua ꝯſtituet eū. Cōpl.

MIſterijs diuinis refecti domine deus queſum⁹: vt beati vuillibroꝛdi cōfeſſoꝛis tui atq; pontificis vbiq; interceſſione ꝓtegamur: pro cuius annua veneratione hec tue obtulimus maieſtati. Per dn̄m nr̄m ieſū chꝛiſtū.

¶ Quattuoꝛ coꝛonatoꝝ. Introit⁹

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3

INtret i cōſpectu tuo dñe gemitus cōpedi-torum: redde vicinis noſtris ſeptuplū i ſinu eorū: vindica ſanguinem ſanctorum tuorum qui effuſus eſt. ps. Deus venerunt gētes in hereditatem tuam: polluerūt templū ſanctum tuum. Gloria patri. Collecta.

DReſta q̄s oñs deus: vt q̄ glorioſos martyres / claudiū/ nicoſtratū/ ſimphorianum/ caſtoriū/ atq; ſimplicicū fortes in ſua cōfeſſione cognouimus: pios apud te in nr̄a intercellione ſentiam⁹. Per. Ep̄la. Sancti p fidem. In cōi fo. vij. Gr. Vindica dñe ſanguinē ſanctorū tuoꝝ: qui effuſus eſt. ỽ. Poſuerūt mortalia ſeruorū tuorū eſcas volatilib⁹ celi: carnes ſanctorū tuorū beſtijs terre. Alla. ỽ⁹. Gaudete iuſti in dño: rectos decet collaudatio. Euangel. Deſcendens ieſus de mōte. In cōi fo. viij. Offr. Anima noſtra ſicut paſſer erepta eſt de laqueo venantium: laqueus cōtritus eſt: et nos liberati ſumus. Hecreta

BEnedictio tua dñe larga deſcendat: que et munera noſtra deprecātib⁹ ſanctis tuis tibi reddat accepta: et nobis ſacramētum redemptionis efficiat. Per. Cōio. Poſuerunt mortalia ſeruoꝝ tuorū dñe eſcas volatilibus celi: carnes ſctōrū tuoꝝ beſtijs terre/ ſcd̄m magnitudinē brachij tui poſſide filios mortipunitorū

QEleſtib⁹ refecti ſacra Cōpl. mētis et gaudijs ſupplices te dñe dep̄camur: vt quoꝝ gloriamur triūphis/ protegamur auxilijs. Per dñm noſtrū ieſū chriſtū.

¶ Theodori martyr. Introitus.

IN virtute tua domine letabitur iuſtus: ⁊ ſup ſalutare tuum exultabit vehementer: deſideriū aīe ei⁹ tribuiſti ei. ps. Quoniā p̄ueniſti eū i benedictionib⁹ dulcedinis: poſuiſti i capite eius/ coronā de lapide p̄cioſo. Coll.

DEus qui nos beati theodori martyris tui confeſſione glorioſa circūdas et ꝓtegis: p̄ſta nobis/ eius imitatione proficere: ⁊ oratione fulciri. Per. Ep̄la. Iuſtum deduxit. In cōi fol. iiij. Gr. Dñe p̄ueniſti eū in benedictionib⁹ dulcedinis: poſuiſti in capite eius coronam de lapide p̄cioſo. ỽ. Vitā petijt et tribuiſti ei: longitudinē dierū in ſeculū ſeculi. Alla. ỽ. Poſuiſti dñe ſup caput ei⁹: coronā de lapide p̄cioſo. Euāge. Nolite arbitrari. In cōi fo. vij. Offr. Gl̄ia ⁊ honore coronaſti eū: ⁊ cōſtituiſti eū ſup opera manuum tuarum dñe. Secreta.

SVſcipe dñe fideliū p̄ces cum oblationibus hoſtiaꝝ: vt intercedēte beato theodoro martyre tuo p hec pie deuotiōis officia ad celeſtē gloriā trāſeamus. Per. Cōio. Poſuiſti domine in capite eius: coronam de lapide precioſo. Cōplēda.

PReſta nobis dñe q̄s: intercedente btō theodoro martyre tuo: vt que ore cōtingimus/ pura mēte capiamus. Per dominū.

¶ In vigilia martini eṗi. Introi.

OBeatū virū/ in cuius tranſitu ſanctoꝝ canit numerus angelorū exultat chorus: omniūq; celeſtiū virtutū occurrit pſallentiū exercit⁹.

I

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3

Ps. Magnus dn̄s et laudabilis nimis: in ciuitate dei nr̄i in mōte ſctō ei9. Coll.

Concede nobis q̄s oīps deus venturā beati martini confeſſoris tui atq3 pontificis ſolēnitatem cōgruo p̄uenire honore: et venientē digna celebrare deuotione. Per. Epl'a. Iuſt9 cor ſuū. In cōi fo. viij. Gr. Ora p nobis btē martine: vt digni efficiamur promiſſiōe chriſti. V̄. Dū ſacramēta offerret beat9 martinus globus igneus apparuit ſup caput ei9. Si fuerit dn̄ica. Alla. V̄. Martinus ep̄s migrauit a ſeculo: viuit in chriſto gēma ſacerdotū. Euange. Vigilate q̄a neſcitis. In cōi fo. x. Offe. Martin9 igit' obitū ſuū lōge ante p̄ſciuit; dixitq3 fratribus diſſolutionē ſui corporis imminere atq3 indicauit ſe iā reſolui. Secre.

Accepta tibi ſit dn̄e q̄ſumus noſtre deuotionis oblatio: vt ad beati martini cōfeſſoris tui atq3 pontificis puriores nos faciat puenire feſtiuitatē. Per. Cōio. Martin9 abrahe ſinu letus excipit' martinus hic paup ꝛ modicus celū diues ingreditur: hymnis celeſtibus honoratur. Cōplenda.

Preſta nobis q̄s eterne largitor: eius vbiq3 pia protegi oratione: cuius natalicia per ſancta que ſumpſimus: votiuo preuenim9 obſequio. Per dominum noſtrum ieſum chriſtū filiū tuum.



¶ In die ſācti martini Introitus.

Statuit ei domin9 teſtamentū pacis: ꝛ pncipē fecit eū: vt ſit illi ſacerdotij dignitas: in eternum. Ps. Miſericordias dn̄i: in eternum cantabo. Gloria. Colla.

Deus q̄ cōſpicis quia ex nulla noſtra virtute ſubſiſtim9 concede ppitius: vt interceſſione btī martini cōfeſſoris tui atq3 pōtificis contra oīa aduerſa muniamur. p. ¶ Eodē die btī mēne. Col.

Preſta q̄s oīps deus: vt q̄ beati mēne martyris tui natalicia colimus interceſſiōe eius in tui noīs amore roboremur. Per. In Epl'a. Ecce ſacerdos magnus. In cōi fol. ix. Gr. Iurauit dn̄s et nō penitebit eū: tu es ſacerdos in eternū/ ſecūdū ordinē melchiſedech. V̄9. Dixit dn̄s dn̄o meo: ſede a dextris meis. Alla. V̄. Statuit dn̄s beato martino teſtamentū eternū: ꝛ dedit illi ſacerdotiū magnū. Seq.

Sacerdotē chriſti martinum/ cūcta per orbē canat eccleſia pacis catholice. Atq3 illi9 nomē/ omnis hereticus fugiat pallidus. Pānonia letetur/ genitrix talis filij. Italia exultet/ alitrix tāti iuuenis. Et gallie trina diuiſio/ ſacro certet litigio/ cui9 eſſe debeat preſul. Sed pariter habere ſe patrem omnis gaudeant/ turoniſ fratrē, li eius corpus foueant. Huic frā, corū atq3 germanie plebs omnis inplaudat. Quibus videndum iuuerit dominum/ in ſua veſte. Hic celebris eſt egypti partibus greciē/ cūctis quoq3 ſapientib9. Qui impares ſe martini meritis ſentiunt/ atq3 eius medicamini. Da

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag
226 A 3

febres cedat/demoneſq; fugat:pa
ralitica mēbra glutinat. Et mor
tuorū ſua prece trium reddit cor=
pora vite priſtine. Hic ritus ſacri
legos deſtruit: et ad chriſti gloriā
dat ignib⁹ idola. Hic nudis my=
ſteria/brachijs conficiens predi-
tus eſt celeſti lumine. Hic oculis
ac manibus in celum et totis viri
bus ſuſpenſus/terrena cuncta re=
ſpuit. Eius ori nūq; chriſtus ab
fuit/ſiue iuſticia vel q̄cquid ad ve=
ram vitā pertinet. Diuiſio. Igit²
te cūcti poſcimus o martine/vt q̄
multa mira hic oſtēdiſti. Etiam
de celo gratiam chriſti nobis ſup
plicatu tuo ſemp infundas. Amē
Euangelium. Sint lumbi veſtri
precincti. In cōi ſo. lx. Credo hac
die cantat²: ſed nō infra octa. nec
in octa, niſi in dñica. Offe. Veritas
mea et miſericordia mea cum ipſo: et in
noīe meo exaltabitur cornu ei⁹. Secre.

Sit miſericors de⁹: vt hec nos
ſalutar⁹ oblatio: et a ꝓprijs
reatibus: indeſinenter expediat/
& ab oībus tueatur aduerſis. Per
dñm. ¶ Alia ſecreta beati menne.

Beati mēne martyris tui ſo
lennia recenſentes q̄ſumus
domine: vt eius auxilio tua bene=
ficia capiamus: ꝓ quo tibi hoſti=
as laudis offerim⁹. Per do. Cōio.
Sint lumbi veſtri precincti: & lucerne ar
dentes in manibus veſtris. Cōplēda.

Da ſancta domine ſumētes
ſuppliciter deprecamur: vt
cuius veneramur cōfeſſionē pre=
ſidia ſentiamus. Per dominum.
¶ Alia cōplēda bti menne.

Benedictio tua deus imple=
at corda fidelium: taleſq; perfici=
at qui et martyrum honorificent
paſſiones: & remedia ſalutis eter
ne eiſdem patrocinantibus aſſe=
quantur. Per dñm. ¶ Nota infra
octauas particula ſequentie can-
tatur. Igitur te cuncti poſcimus.
Sed dominica infra octa. dicitur
ſequentia. Aue ſumma preſulum.
vt in eius tranſlatione ſo. xxxiiij.
¶ Lebuini confeſſoris. Introitus.

Os iuſti meditabitur
ſapientiā / et lingua
eius loquetur iudi=
ciū: lex dei eius in cor
de ipſius. Ps. Noli emu
lari in malignantibus: neq; zelaueris fa
cientes iniquitatem. Gloria pri. Colla

Deus q̄ nos annua beati le=
buini confeſſoris tui feſtiui
tate letificas: da nobis eius inter
uenientibus meritis: et perpetua
ꝓtectione muniri: et ſalutari gau
dere profectu. Per. Scda Collecta
per totā octa. de ſctō martino. Cō
cede queſumus. vt in octa. Epl'a.
Iuſtus cor ſuū. In cōi ſol. viij. Gr.
Dñe preueniſti eum in benedictionibus
dulcedinis: poſuiſti in capite ei⁹ coronā
de lapide p̄cioſo. V. Vitā petijt et tribui
ſti ei: longitudinē dierū in ſeculū ſeculi.
Alla. V. Martinus epiſcopus migra=
uit a ſeculo: viuit i xp̄o gēma ſacerdotū.

Lebuine cōfeſſorū ¶ Seq̄ntia
precellens flos qui polorū/
regna ſcādis ardua. Linquens
orbem validorum/cor plenū por=
taſti morum/tu pandis miracula
Domini voces audiſti/trāſi ma=
re leges xp̄i/reſera ſaxonibus. Al
me pater ſic feciſti/ iuſſū traiecto

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3

tuliſſti/verba dum gregori9. Preſul nouit lebuinum/ ſeruū dixerit diuinū/huc toto conamine. Populus eis pſulam/ credēs deitati mox accedens ſeruit pſone trine. Numini tēplū fūdatur/ qd̄ vuilpē conuocatur/fecit hoc gēs credula. Sanctus viciosos mundat baptizatis promiſſum dat/ eluit dia grā. Huc trāſit cōfeſſor gratus/patria gaudet vexatus dauē trem credit pia. Plaſmatori terrenorū/qui iuſtis ſua celoꝝ/dat p̄clara gaudia. Lebuinus vir ſenſatus/ prudens mitis et beatus/ſigna fecit plurima. Diffidētes ſuperauit/quoꝝ mentes pmutauit per v̄ba ſalubria. Sepe turbe cōuenerunt/ generale dum fecerunt pariter conſiliū. Illic preſbyter trāſiuit/ hunc leſiſſent ſed abiuit/ reliquitqꜫ populū. Tandem illeſus meauit/nā que rex ipſum ſalutauit cordis noſcēs cōdita. Fiet q̄uis caro cinis/ viua venit cito finis de dulci migrat vita. Chriſti nomine formauit/ oraculū plebs quo locauit/valde corpus nobile. Confeſſoris lebuini/nos conducat recto fini/ rex plenus dulcedine. Preces funde cunctis horis/ genitrici ſaluatoris/qui penas ſuū pſſit duras. Crimina q̄ tollat verus plaſmator validus: herus diſponat mentes puras. Amen.

Euangel. Homo quidā peregre. In cōi fol. viij. Offer. Deſideriū anime eius tribuiſti ei dn̄e: et volūtate labiorū eius nō fraudaſti eū:poſuiſti i capite ei9 coronā de lapide p̄cioſo. Secre.

Donis celeſtibus da q̄s dn̄e libera nos mente ſeruire: vt munera que deferimus interueniente beato lebuino confeſſore tuo:ꝛ medelam nobis operentur ꝛ gloriam. Per dn̄m. Cōio. Dn̄e quinqꜫ talenta tradidiſti michi:ecce alia quinqꜫ ſuplucratus ſum:euge ſerue fidelis q̄ai pauca fuiſti fidelis/ſupra multa te cōſtituā:intra in gaudiū dn̄i tui. Cōplēda.

Repleti alimonia celeſti q̄ſumus domine:vt intercedēte beato lebuino confeſſore tuo: miſericordie tue gratiam conſeq̄mereamur. Per dn̄m noſtrū ieſum.

Brictij epiſcopi. Introitus.

Iuſtus vt palma florebit ſicut cedrus libani multiplicabit9 plātatus i domo dn̄i in atrijs domus dei noſtri. Ps. Bonū eſt cōfiteri dn̄o: et pſallere nomini tuo altiſſime. Gloria. Colla.

Queſumus omnipotēs de9: vt noſtra deuotio que natalicia beati bricrij cōfeſſoris tui atqꜫ pontificis veneratur et colit patrocinia nobis eius accumulet. Per. Epla. Dedit dn̄s cōfeſſionē. In cōi fo. x. Gr. Ecce ſacerdos magn9 qui in diebus ſuis placuit deo. v̄. Nō eſt inuētus ſimilis illi qui cōſeruaret legē excelſi. Alla. v̄. Statuit dn̄s btō martino teſtamentū eternū et dedit illi ſacerdotium magnū. Euangel. Nemo accēdit lucer. In cōi fo. xi. Offer. Inueni dauid ſeruū meū/ et in oleo ſctō vnxi eū:manus eni mea auxiliabitur ei/ ꝛ brachium meū confortabit eum. Secreta.

Magnifica domine bricrij cōfeſſoris tui ſolennia recenſemus: que promptis cordibus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3

ambientes/oblatis muneribus ꝛ ſuſcipimus/et celebram⁹. Per do. Cōio. Beat⁹ ſeruus quē cū venerit dn̄s inuenerit vigilantē: amē dico vobis/ ſup oīa bona ſua cōſtituet eū. Cōplenda.

SAncta tua domine interueniente beato brictio cōfeſſore tuo atq; pōtifice nos refoueāt q̄bus et iugiter adiuuari: et ſemp deſideramus expleri. Per dn̄m.

¶ In octa. bti martini epi. Totū officiū ſicut in die: p̄ter col. Colla.

COncede q̄s oīps deus: vt beati martini ↄfeſſoris tui atq; pontificis frequentata ſolēnitas ad perpetuam nobis proficiat ſalutem: ꝛ quem ſepius veneramur in terris: ſemp habeamus patronū in celis. Per dominū. Secreta

HEc oblatio q̄s dn̄e quā iterata beati martini cōfeſſoris tui atq; pontificis feſtiuitate tue offerimus maieſtati/ nobis ꝓſit ad indulgentiā: vt per eā a noſtris liberemur peccatis: et ſacris altaribus aſtare digni efficiamur. Per dominum noſtrū. Cōplēda.

SAcramēta domine que ſumpſimus beato martino confeſſore tuo atq; pontifice intercedente: ab om̄i nos aduerſitate defendāt: et ꝑpetua ꝓſperitate tibi deo ſoli ſeruire concedāt. Per dominū nr̄m.



¶ Elizabeth vidue. Introitus.

GAudeamus oēs ī dn̄o diē feſtū celebrantes: ī honore elizabeth vidue: de cuius ſolēnitate gaudent angeli/ et collaudāt filium dei. Ps. Eructauit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi. Gloria patri et filio. Colla.

TVorū corda fidelū deus miſerator illuſtra: et beate elizabeth p̄cibus glioſis/ fac nos ꝓſpera mūdi deſpicere: et celeſti ſemp cōſolatione gaudere. Per. Epla. Mulierē fortē. In cōi fol. cxij. Gr. Audi filia et vide/et inclina aurē tuā: q̄a cōcupiuit rex ſpeciē tuā. V. Specie tua ꝛ pulchritudine tua: intēde ꝓſpere ꝓcede ꝛ regna. Alla. V. O pia regum filia felix alūna pauperū xp̄o nos reconſilia elizabeth btā virtus tuoꝝ operū ad ſupernū conſortiū claret glorificata. Sequētia

GAude ſpō q̄ egreſſus a te decor et depꝛſſus tui fulgor ſpeculi. Rediuiua luce redit o et alpha quod accedit/ iam ī fine ſeculi. Noma prima primitiuos/ de⁹ ſanctos adhuc viuos/ vidit in cacumine. Et extremos addat primis q̄uis ſtātes nos in imis/ ſuo viſit lumīe. Sed pre multis te reſpexit odor tuus hunc allexit ꝛ ſapor ꝛ puritas. Et de regū ramis nata iuſte vere ſis vocata/ tu dei ſaturitas. Gaudēt aſtra matutina/ q̄ in hora veſpertina ortu noui ſideris. Celi ſydus illuſtratur in quo terre deſignat᷑ noui ſignū federis. Vere ſydus tu p̄clarū q̄d a ſole differt parū et luna lucidi⁹. Tu q̄ ſole ſis amicta carne ꝓbat hic relicta lucis tue radius. O q̄

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3

dignis luces ſignis/ vaſa rapis a
malignis poſſeſſa demonijs. Le
pre mundas labe tactos/ claudos
ponis et cõtractos/ in pedũ offici
is. Qd negatũ eſt nature/ tu vir-
tutis agis iure/ et potes ex gratia
Vita ſũctos tu reducis/ cecis red-
dis mẽbra lucis: ⁊ mẽbroꝝ ſpacia
O pa mr̃ nos agnoſce/ libro vite
nos depoſce/ cũ electis inſeri. Vt
cõſortes tue ſort/ ⁊ a penis ⁊ a mor
tis/ eruamur īferi. Am. Se. mar. xij
In illo tempore. Sedente ieſu
contra gazophilaciũ: aſpicie
bat quomodo turba iactaret es
in gazophilacium. Et multi diui-
tes/ iactabant multa. Cũ veniſſet
aũt vna vidua pauper: miſit duo
minuta quod eſt quadrãs. Et cõ-
uocans diſcipulos ſuos: ait illis.
Amen dico vobis: quoniã vidua
hec pauper plus omnibus miſit
qui miſerunt in gazophilacium.
Omñes enī ex eo quod abũdabat
illis miſerunt. Hec vero de penu-
ria ſua oĩa que habuit miſit totũ
victũ ſuũ. Offer. Filie regũ in honore
tuo; aſſitit regina a dextris tuis ī veſtitu
deaurato circũdata varietate. Secreta
Munera dñe nr̃e deuotionis
offerimus: vt tibi grata no
bis ſalutaria beate elizabeth/ pia
ſupplicatiõe reddãtur. Per. Cõio
Diffuſa eſt gratia ī labijs tuis; ꝓpterea
benedixit te deus in eternũ. Cõplẽda.
Quesumus oĩpotẽs deus: vt
quos ſalutaribus dignat⁹
es erudire myſterijs: beate eliza-
beth interceſſio glorioſa celeſtib⁹
reficiat alimẽtis. Per dñm nr̃m.
¶ In pñtatiõe marie. Introit⁹.

Gaudeamus omñes in
dño/ diem feſtũ cele-
brãtes/ ī honore ma-
rie virginis de cuius
pñtatione gaudẽt
angeli/ et collaudant filium dei.
Ps. Eructauit cor meũ verbũ bonũ: dico
ego opera mea regi. Gloria patri. Coll.
Deus qui vnigeniti tui mox
futuram matrem et virgi-
nem mariã in templũ trimã ho-
dierna die preſentari voluiſti: et
ab ipſa eundẽ tuum natũ ſymeo
ni preſentaſti/ largire ſupplicib⁹
tuis: vt qui preſentationẽ eiuſdẽ
matris ſue veneramur in terris:
tibi mereamur ipſa patrocinãte
preſentari in celis. Per eũdẽ do.
Lectio libri ſapie. Eccleſia. xxiiij.
Ego quaſi vitis fructificaui
ſuauitatem odoris: ⁊ flores
mei fruct⁹ honoris et honeſtatis.
Ego mater pulchre dilectionis/ ⁊
timoris/ et magnitudinis: ⁊ ſan-
cte ſpei. In me oĩs gratia vie/ ⁊ ve
ritatis: in me omnis ſpes vite/ et
virtutis. Tranſite ad me oẽs qui
concupiſcitis me: ⁊ a generationi
bus meis implemini. Spirit⁹ eni
meus ſuper mel dulcis: et heredi-
tas mea ſuper mel et fauum. Me-
moria mea in generatiõe ſeculo-
rum. Qui edũt me/ adhuc eſuriẽt:
⁊ qui bibũt me/ adhuc ſitiẽt. Qui
audit me nõ cõfundetur: et q̃ ope-
rantur in me/ nõ peccabunt. Et q̃
elucidãt me: vitã eternã habebũt
Grad. Benedicta et venerabilis es vir-
go maria: que ſine tactu pudoris/ inuen
ta es mater ſaluatoris. V. Virgo dei ge-
nitrix/ quem totus nõ capit orbis: ī tua

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag
226 A 3

ſe clauſit viſcera factus homo. Alla. ỽ
Felix virgo que nõdum edita/matris al-
uo repletur gratia:⁊ in templo dei repo-
ſita/illuſtratur ſũma peritia. Seq̄ntia
Altiſſima prouidente cũcta
recte diſponente dei ſapiẽ-
tia. Quo nexu cõiugatꝰ ioachim
⁊ anna gratis/iuga ſunt ſterilia.
Ex cordis affectu toto/domino
fideli voto/ſe ſtrinxerunt pariter
Mox ſi prolem illis dare/dignetᷣ
hanc dedicare:in templo perhen-
niter. Angelꝰ apparuit: lucidus
q̄ docuit: exaudita vota. Regis
ſummi gratia/vt detur hijs filia
gratioſa tota. In vtero conſecra
ta/miro modo generata: gignet
mirabilius. Altiſſimi patris na-
tum/virgo manens qui reatum:
mũdi tollet gratius. Benedicta
virgo nata/templum trinum pre
ſentata: iter q̄nis gradibꝰ. Ere-
cta velox aſcendit/⁊ vtercꝫ parẽs
tendit: ornando ſe veſtibus. No
ua fulſit gloria/templũ dum exi-
mia/virgo preſentatur. Edocta
diuinitus/viſitata celitꝰ: angelis
letatur. Cũ vt nubãt iubet mul-
tis/p̄nceps puellis adultis: ſacra
virgo rennuit. Ipſam nancꝫ de-
uouere/parẽtes ipſa manere:vir-
go voto ſtatuit. Cõſultus deus
reſponſũ/dat vt v̄go ſumat ſpon
ſum: ꝙ pãdet flos editus. Oſten-
dens ioſeph puellam/ad parentũ
duxit cellã:nuptijs ſollicitꝰ. Tũc
gabriel ad virginem/ferens cõce-
ptus ordinem/delegatur. Erudi
ta ſtat tacita/verba ꝙ̄ ſint inſoli-
ta:meditatur. Et cum ille tradi-
dit/modũ illa credidit/ſicꝫ ſacro
flamine. Mox verbũ cõcipitur:et
quod nũq̄ clauditur/cõditur in
virgine. Ecce virgo ſingularis:
quanta laude ſublimaris/quãta
fulges gloria. Nos ergo ſic tuea-
ris/vt fructu quo gloriaris:frua-
mur in patria. Amen. Initiũ ſan-
cti euangelij. Secũdũ Mattheũ.
Liber generatiõis ieſu xp̄i fi-
lij dauid:filij abrahã. Abra
ham genuit iſaac. Iſaac autẽ: ge-
nuit iacob. Iacob aũt: genuit iu-
dã/et fratres eius. Iudas aũt:ge-
nuit phares/et zaram de thamar
Phares autẽ:genuit eſrom. Eſrõ
aũt:genuit arã. Aram aũt: genu-
it aminadab. Aminadab aũt:ge-
nuit naazõ. Naazõ aũt:genuit ſal
mon. Salmõ aũt:genuit booz de
raab. Booz autẽ: genuit obeth ex
ruth. Obeth aũt:genuit ieſſe. Ieſ-
ſe autẽ: genuit dauid regem. Da-
uid autẽ rex: genuit ſalomonẽ/ex
ea que fuit vrie. Salomon autem
genuit roboam. Roboam autem
genuit abyam. Abya aũt:genuit
aſa. Aſa autem:genuit ioſaphat.
Ioſaphat autẽ:genuit ioram. Io
ram autem:genuit oziam. Ozias
autem:genuit ioathan. Ioathan
autem:genuit achaz. Achaz autẽ:
genuit ezechiã. Ezechias autem:
genuit manaſſen. Manaſſes au-
tem:genuit amon. Amon autem
genuit ioſyam. Ioſyas autẽ: ge-
nuit iechoniam et fratres eius/in
tranſmigratione babylonis. Et
poſt trãſmigrationẽ babylonis
iechonias genuit ſalathiel. Sala-
thiel autem:genuit zorobabel. Zo-
robabel autem: genuit abyud.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3

Abyud autem: genuit elyachim.
Elyachim autē: genuit azor. Azor
autē: genuit ſadoch. Sadoch aūt
genuit achim. Achim autem: ge-
nuit eliud. Eliud autem: genuit
eleazar. Eleazar autē: genuit ma-
than. Mathan autem: genuit ia-
cob. Jacob autem: genuit ioſeph/
virum marie. De qua nat⁹ eſt ie-
ſus: qui vocatur chriſtus. Credo
Or. Offer. Felix nāq₃ es ſacra virgo ma-
ria et oī laude digniſſima: q̄a ex te ortus
eſt ſol iuſticie chriſt⁹ de⁹ noſter. Secre.
PAter infinite mīe vnigeni-
tum tuū in p̄ſentatiōe bea
te ſemper v̄ginis marie tibi offe-
rēdo p̄ſentamus: ſuppliciter exo-
rātes: vt per hanc oblationē a ce-
li agminibus/ tibi preſentari me-
reamur. Per eundem. Prefatio.
Et te in preſentatione. Cōio. Bea-
ta viſcera marie virginis: que portaue-
runt eterni patris filium. Cōplenda.
SAcramenta que ſumpſimus
dn̄e beate marie ſemper vir-
ginis interceſſione nos ſaluent: q̄
deuotione ſui puriſſimi cordis ac
ceptabile tibi ſacrificium iugiter
immolauit. Per dn̄m n oſtrū ieſū

Cecilie virginis. Introitus.

LOquebar de teſtimo
niȷ̄s tuis in cōſpectu
regū: et nō confunde
bar: et meditabar in
mādatis tuis que di
lexi nimis. Ps. Beati immaculati ī via
qui ambulāt in lege dn̄i. Gloria. Colla
DEus q̄ nos annua beate ce-
cilie martyris tue ſolēnita-
te letificas: da vt quā veneramur
officio: etiam pie cōuerſatiōis ſe-
quamur exēplo. Per. Epla. Dn̄e
deus meus. In cōīo. xȷ̄. Gr. Audi
filia et vide et inclina aurē tuā: q̄a cōcu-
piuit rex ſpeciē tuā. V. Specie tua et pul
chritudine tua: intēde proſpere procede
& regna. Alla. V. Egregia ſponſa xp̄i
implora pro nobis ad dn̄m ieſum chriſtū
BEnedicta es v̄go (Seq̄ntia.
cecilia/ que ſpernens mūda
na gaudia/ nūc tenes celeſtia. Fi
de plena/ mētis ſemper tu ſerena/
ſapiēter intus obſcena/ carnis aſ-
ſumpta pecia. Valerianū ſpon-
ſum prophanum/ conuertiſq₃ ty-
burcium demonſtrans ei angelū
Roſas vernantes mire fragran
tes/ te cum ſponſo coronantes re-
cipis et lilium. Almachiū deuic
ſti/ & mendacem oſtendiſti/ tandē
ad coronam tranſiſti/ per ignē et
gladiū. Nūc virgo te dep̄camur
quā deuote veneramur/ vt per p̄-
ces tuas vehamur/ ad celi palatiū
Amen. Euange. Simile eſt regnū
celorum decem virgi. In cōīo. xi
Offer. Offerentur regi virgines poſt eā
proxime eius offerentur tibi. Secreta.
HEc hoſtia domine placatio
nis et laudis queſumus in-
teruenīente beata cecilia marty-
re tua: nos tua propiciatione di-
gnos ſemp efficiat. Per dominū.
Cōio. Confundantur ſuperbi: quia in-
iuſte iniquitatē fecerunt in me: ego aūt
in mandatis tuis exercebor in tuis iuſti
ficationibus/ vt nō confundar. Cōplē.
SAciaſti dn̄e familiam tuam
muneribus ſacris: eius q̄ſum⁹
ſemper interuētione nos refoue:
cuius ſolennia celebramus. Per.

Clementis pape. Introitus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3

DIcit dominus ſermones mei quos dedi in os tuū nō deficiēt de ore tuo: adeſt eni nomen tuum ꝛ munera tua accepta erūt ſup altare meū. Ps. Dñe exaudi orationē meā: ꝛ clamor meus ad te veniat. Gloria patri. Colla

DEus q̄ nos annua beati clemētis martyris tui atq; pōtificis ſolēnitate letificas: cōcede ꝓpicius: vt cui⁹ natalicia colim⁹/ ꝟtutē quoq; paſſiōis imitemur. Per. ¶ Eodē die de ſctā felicitate.

PReſta q̄s omps deus: (Coll. vt beate felicitatis martyris tue ſolennia recenſentes: meritis ipſius protegamur/ et precib⁹ Per dñm noſtrū. Ad epheſios. iiij

FRatres. Rogo vos chariſſimi et deſiderantiſſimi: gaudium meum et corona mea: ſic ſtate in domino chariſſimi. Euchodiā rogo/ et ſinticen deprecor: idipſum ſapere in domino. Etiā rogo et te germane cōpar: adiuua illas que mecū laborauerūt in euāgelio: cū clemente et ceteris adiutoribus meis. Quorū nomia ſūt in libro vite. Gr. Iurauit dñs et non penitebit eū: tu es ſacerdos in eternū ſecūdū ordinē melchiſedech. ꝟ. Dixit dñs dño meo ſede a dextris meis. Alla. ꝟ. Letabitur iuſtus i dño/ et ſperabit i eo: et laudabūtur oēs recti corde. Euāg. Homo q̄dam nobi. In cōi ſo. v. Offer. Veritas mea et mīa mea cū ipſo: et ī noīe meo exaltabitur cornu eius. Secreta.

MVnera dñe oblata ſanctifica: et intercedēte btō clemēte martyre tuo ꝑ hec nos a peccatorū nr̄oꝝ maculis emūda. Per.

¶ Alia ſecreta de ſancta felicitate.

VOta populi tui domine ꝓpiciatus intende: et quorū nos tribuis ſolēnia celebrare fac gaudere ſuffragijs. Per do. Cōio Beatus ſeruus quē cū venerit dñs inuenerit vigilantē; amē dico vobis ſup oīa bona ſua conſtituet eum. Complēda.

COrporis ſacri ꝛ precioſi ſanguinis repleti libamie queſumus domie deus noſter: vt qđ pia deuotione gerimus: certa redemptione capiamus. Per dñm.

¶ Alia cōplenda de ſctā felicitate.

SVpplices te rogamus omnipotens deus: vt interueniētibus ſanctis tuis: ꝛ tua in nobis dona multiplices: ꝛ tempora noſtra diſponas. Per dñm noſtrū.

¶ Griſogoni martyris. Introit⁹.

IVſtus non conturbabitur: q̄a dñs firmat manū eius: tota die miſeretur et commodat: et ſemē eius ī benedictione erit in eternū cōſeruabitur. Ps. Noli emulari ī malignātib⁹ neq; zelaueris faciētes iniq̄tatem. Coll.

ADeſto dñe ſupplicationib⁹ noſtris: vt qui ex iniquitate noſtra reos nos eſſe cognoſcimus: beati griſogoni martyris tui interceſſione liberemur. Per. Epla. Memor eſto. In cōi ſol. iiij. Gr. Dñe preueniſti eū in benedictionibus dulcedinis: poſuiſti ī capite eius coronam de lapide precioſo. ꝟ. Vitā petijt ꝛ tribuiſti ei: longitudinē dierū in ſeculū ſeculi. Alla. ꝟ. Letabit᷑ iuſt⁹ ī dño ꝛ ſperabit ī eo: ꝛ laudabūt᷑ oēs recti corde

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3

Euangelium. Conuocata turba. In cõmuni ſol. v. Offer. Gloria ⁊ honore coronaſti eum: et conſtituiſti eũ ſup opera manuum tuarum dñe. Secreta

OBlatis queſumus dñe placare muneribus: et intercedente beato griſogono martyre tuo a cunctis nos defende periculis. Per. Cõio. Poſuiſti dñe in capite eius coronam de lapide precioſo. Cõplẽda.

TUi domine perceptione ſacramenti: et a noſtris mundemur occultis: et ab hoſtium liberemur inſidijs. Per dominum.

¶ Katherine virginis. Introitus



GAudeamus omnes ĩ domino diem feſtũ celebrantes: in honore katherine martyris: de cui⁹ paſſione gaudẽt angeli/ et collaudãt filiũ dei. Ps. Eructauit cor meũ verbũ bonũ: dico ego opa mea regi. Glo. Coll.

DEus qui dediſti legẽ moyſi in ſummitate mõtis ſynai: ⁊ in eodem loco corpus beate katherine virginis ac martyris tue per ſanctos angelos tuos mirabiliter collocaſti: tribue q̃s/ vt ei⁹ meritis et intercesſione/ ad montẽ q̇ chriſtus eſt peruenire valeamus. Per eundẽ. Epl'a. Confitebor tibi domie. In cõmuni ſol. xiiij. Grad. Dilexiſti iuſticiam: et odiſti iniquitatem V⁹. Propterea vnxit te deus deus tuus oleo leticie. Alleluya. V. Vt roſa p̃ ſpina p̃fulget ſic katherina: inter virgines celi matrona choreas. Seq̃n.

KAtherine virginis vita felix et finis: noſtra ſpes et gloria. Vicit mundi gaudia/ regis et cõſilia cum ſumma victoria. Puellaris actio/ dolente maxentio/ cõſolat᷑ oĩa. Deos plures ſpernere/ vnũ deum colere/ facta eſt prenuncia. Regni ſceptrum vnica/ ſpernẽs eſt ad celica/ expectata gaudia. Sophorum verſuciam/ vertit in ſolertiam/ horum dum oppoſita prima eſt intuita. Reginã in cõſortiũ/ trahit et porphiriũ quos ab idolatria eius lauit gr̃a. Virgis ceſa ſtat illeſa/ dum torquetur conſitetur/ ieſum ſuper oĩa. Cõlaceratur confortatur cor puelle/ tu repelle quod mens timet conſcia. Ruunt rei fracta rota/ nutu dei ſtat immota operum per merita. Spicularis poſt hec cuncta/ ſtelle maris mox adiuncta/ ſed honore subdita. Pugna regem qua vicisti/ lac in morte quod fudiſti beata nobis gaudia/ fuderũt in eccleſia. Katherina q̃ꝑ mons ſyna/ tecũ per chorum angelorũ collegit cũ gloria/ mundũ replet leticia. O virgo pia miſerere/ hac ĩ vĩa nos tuere/ creatori votum chriſto/ clemẽter conſilia. Qui cantamus hic iocunde/ te rogamus preces funde/ vt o theos omnes reos mũdet data venia. Amen dicant omnia. Euangelium. Simile eſt regnum celorum decem virgi. In cõĩo. xi. Offer. Offerẽtur regi virgines p̃ẽ ei⁹/ offerẽtur tibi in leticia et exultatiõe/ adducẽtur in templũ regi dño. Secreta.

MUnera domĩe ſacrificij preſentis que tibi offerimus in honore ſancte katherine v̇ginis/

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3

ac martyris tue: fiant nobis eius queſumus precibus/ vita ppetua ꝛ te donante ſalus infinita. Per. Cōio. Diffuſa eſt grã in labijs tuis: ꝓpterea bñdixit te deus in eternū. Cōpl.

Sumptis dñe ſalutis eterne myſterijs ſuppliciter depcamur: vt ſicut liquor q̇ de mēbris katherine v̄ginis martyriſq; tue iugiter manat: languidorꝫ corpora ſanat: ſic eius oratio cūctas iniquitates nr̃as expellat. Per dominū noſtrū. ¶ Lini pape. Intro.

Statuit ei dñs teſtamentū pacis et principē fecit eū: vt ſit illi ſacerdotij dignitas in eternū. Ps. Miſericordias dñi: ī eternū cātabo. Glo. Coll.

Beati lini martyris tui atq; pontificis nos dñe foueant cōtinuata preſidia/ quia nō deſinis propitius intueri: quos talibus auxilijs cōceſſeris adiuuari. Per. Epla. Ecce ſacerdos. In cōi. ix. Gr. Dñe preueniſti eū in benedictionibus dulcedinis: poſuiſti in capite eius/ coronā de lapide p̄cioſo. ẏ. Vitam petijt et tribuiſti ei: longitudinem dierū in ſeculum ſeculi. Alla. ẏ. Inueni dauid ſeruum meum: oleo ſancto meo vnxi eum. Euangelium. Homo quidā nobilis. In cōi fol. v. Offr. Deſideriū aīe eius tribuiſti ei dñe: et voluntate labiorꝫ eius nō fraudaſti eū: poſuiſti ī capite ei⁹ coronā de lapide p̄cioſo. Secre.

Adeſto domīe precibus populi tui adeſto muneribus vt q̄ ſacris ſunt oblata myſterijs tuorum tibi placeant interceſſione ſanctorꝫ. Per dominū noſtrū ieſum chriſtū. Cōio. Domīe quinq; talenta tradidiſti michi: ecce alia quinq; ſuplucratus ſum: euge ſerue fidelis q̄a in pauca fuiſti fidelis/ ſupra multa te cōſtituā: intra in gaudiū dñi tui. Cōplen.

Sumentibus domine queſumus pignus redemptionis eterne: ſit nobis interueniēte beato lino martyre tuo atq; pontifice: vite preſentis auxilium/ pariter et future. Per dñm noſtrum.

¶ Infra ſcripte miſſe dicēde ſunt tempore belli/ tribulationis/ ſeu obſidionis alicuius terre. Die dominico miſſa de trinitate cum tribus candelis accenſis et trib⁹ elemoſynis. Die lune miſſa de angelis cum. ix. candelis accenſis: et totidē elemoſynis. Die martis miſſa de ſancto iohanne baptiſta: et de omnibus patriarchis et ꝓphetis cum. xvi. candelis et totidem elemoſynis. Die mercurij miſſa de apoſtolis cum. xij. candelis accenſis et totidē elemoſynis. Die iouis miſſa de ſpiritu ſancto cum vij. candelis: et totidem elemoſynis. Die veneris miſſa de ſancta cruce cum quinq; candelis accenſis et totidē elemoſynis. Sabbato miſſa de beata virgine cū vna candela accenſa et vna elemoſyna. In fine miſſe poſt euāgelium ſancti iohannis dicatur hec oratio: et hoc fiat in omnibus miſſis predictis. Collecta.

Deus qui angelorum miniſtrationibus ſanctā hieruſalem viſitas: et propitius protegis in qua fidelium anime requieſcunt reſpice propitius omnipotens et

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3

Miſſe de gratia.

miſericors deus ſuper hanc ciui-
tatem: vel terrã tuam in qua fide
lis populus commoratur. Nõ ir-
ruat in eam fames: vel peſtis/ nec
gladius nec vlla calamitas inimi
corum ſeuientium. Non accedat
famulis tuis in ea habitantibus
mors amariſſima: repelle quoqꝫ
ab eis omnẽ peſtiferum languo-
rem et omnem infirmitatẽ: exten
de poteſtatem tuam ſuper hanc
ciuitatem que ſub tua et ſanctiſſi
me virginis marie matris tue: et
beati. N. patroni noſtri clipeo ac
protectione ſe tuetur: et reple eã
abundantia et charitate/ miſeri-
cordia et iuſticia/ et veritate et ae-
ris ſerenitate: et ſit ĩ ea pax et cha
ritas ſempiterna: viſita eam pre-
ſenti tempore/ nec vnq̃ deſeras
eam: cõſtitue eam fortiſſimam in
ſempiternum ieſu chriſte rex re-
gum domine deus meus. Qui cũ
patre et ſpiritu ſancto viuis et re
gnas deus. Per omnia ſecula. &c.
¶ Infraſcripte miſſe appellãtur
miſſe de gratia: et ſũt. xiiij. Prima
miſſa de aduẽtu domini: ſicut di-
citur in prima dominica aduen-
tus: ſine Gloria in excelſis. Secũ-
da miſſa de natali domini. Puer
nat9. Tertia miſſa de epiphania
domini Quarta de dominica. lxx
Quinta de dominica ĩ ramiſpal-
marum. Sexta de feria quinta in
cena domini. Septima de dñico
paſce domini. Octaua de aſcẽſio
ne domini. Nona de die pẽtheco
ſtes. Decima de ſancta trinitate.
Undecima de beata virgine ma-
ria. Salue ſancta parens. Duode
cima de apoſtolis. Michi autem.
Decimatertia de angelis.

¶ Finis ſanctoralis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag
226 A 3

Benedictio candelarū in purifica.

In purificatiōe beate marie virginis. Benedictio candelarum

Dominus vobiſcum. Oremus

Exaudi q̄s dn̄e plebem tuam et q̄ extrinſecus tribuis annua deuotiōe venerari. interius aſſequi gratie tue luce cōcede Per dn̄. Precioſa in conſpectu domini Mors ſanctorum eius. Oratio

Sancta maria mater dn̄i nr̄i ieſu criſti pia ⁊ perpetua virgo cum oībus ſanctis intercedere digneris pro nobis miſeris pccōribus ad dn̄m deū noſtrū: vt mereamur ab eo adiuuari et exaudiri. Qui in trinitate pfecta viuit ⁊ regnat deꝰ. Per oīa ſc̄la ſc̄loꝝ am̄. Or

Benedic dn̄e ieſu chriſte hanc creaturā cere ſupplicantibꝰ nobis: ⁊ infūde ei per virtutē ſancte crucis bn̄ ✠ dictionē celeſtē/vt qui eā ad repellēdas tenebras humano generi tribuiſti talē ſignaculo ſc̄tē crucis tue fortitudinē et bn̄ ✠ dictionē accipiat: q̄buſcūqꝫ locis accenſa ſiue poſita fuerit diſcedat diabolꝰ et cōtremiſcat et fugiat pallidꝰ cū oībꝰ miniſtris ſuis de habitationibꝰ illis nec p̄ſumat amplius inq̄etare vl' illudere ſeruientes tibi. Qui cū deo patre et ſpū ſc̄tō viuis ⁊ regnas deꝰ. p. Or

Domine ſancte pater omp̄s eterne deus: qui cuncta ex nichilo creaſti: et iuſſu tuo p opa apum hunc liquorē ad perfectionem cerei venire feciſti: et qui hodierna die iuſti ſymeonis expectationē impleſti. te hūiliter dep̄camur. vt has cādelas quas ad vſus hoīm ⁊ neceſſitatē corporū ⁊ aīaꝝ venire tribuiſti: ſiue in terra/ſiue in aquis per inuocationē tui ſanctiſſimi noīs: et per interceſſionē ſc̄tē marie ſp virginis cuiꝰ hodie feſta deuote celebrātur. ⁊ per p̄ces oīm ſanctoꝝ tuorū bn̄ ✠ dicere et ſc̄ti ✠ ficare digneris vt huiꝰ plebis tue q̄ illas honorifice in manibus deſiderāt portare teqꝫ canendo laudare exaudias voces de celo ſc̄tō tuo ⁊ de ſede maieſtatꝭ tue vt ꝓpicius ſis oībus clamantibus ad te quos redemiſti precioſo ſanguine filij tui. Qui tecū viuit Orō

Omn̄ps ſempiterne deꝰ q̄ hodierna die vnigenitū tuum vlnis ſc̄ti ſymeonis in templo ſc̄tō tuo ſuſcipiendū p̄ſentaſti: tuā ſupplices dep̄camur clemētiā: vt has candelas q̄s nos famuli tui: in tui noīs magnificētia ſuſcipiētes geſtare cupimꝰ luce accenſas bn̄ ✠ dicere ⁊ ſc̄ti ✠ ficare digneris atqꝫ luīe ſuperne bn̄ ✠ dictiōis accēdere: quatenꝰ eas tibi dn̄o deo offerendo digni: ⁊ ſc̄tō igne tue dulciſſime caritatis accenſi: in templo ſc̄tō glorie tue rep̄ſentari mereamur. Per eundem. Oratio.

Domie ieſu chriſte lux vera q̄ illuminas oēm hoiem venientem in hūc mundū effunde ſup hos cereos bn̄ ✠ dictiōeꝫ tuā ⁊ ſc̄ti ✠ fica eos luīe gracie tue ⁊ cōcede ꝓpiciꝰ vt ſicut hec luīaria igne viſibili accenſa nocturnas depellunt tenebras: ita corda nr̄a inuiſibili igne id eſt ſpūs ſc̄ti ſplēdore illuſtrata oīm viciorū cecitate careant: vt purgatio mentis oculo ea cernere poſſimus q̄ ſunt tibi placita: ⁊ nr̄e ſaluti vtilia quatenꝰ poſt huiꝰ ſcli caliginoſa diſcrimina ad lucē in

J

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3

deficientē peruenire mereamur. Per te ieſu xp̄e ſaluatoꝛ mūdi rex glorie. Qui in trinitate perfecta viuis et regnas deus. Prefatio

PEr omnia ſecula ſeculorū

Dn̄s vobiſcū. Surſum corda.

Gratias agamus dn̄o deo nr̄o

VEre dignum et iuſtum eſt equum et ſalutare. Nos tibi domino deo omnipotēti rerumq̄ oīm creatori laudes aſſiduas perſonare: et munificientie tue indefeſſas ſemper grates perſoluere. Qui inter ceteras mundane conditionis creaturas de liquore aereo per apum laborem cere precioſam ſubſtantiam fieri voluiſti. vt tibi inde debiti honoris famulatus exiſteret. et nobis vſus neceſſarius p̄ueniret. Proinde immēſam clementiam tuam domine ſupplititer exoramus vt ſuper has cādelas benedi ✠ ctiōis tue mun⁹ infūdas

Benedictio candelarū

vt omnes eas in chriſti vice manibus portātes. eiuſdem tui ſacri ſpiraminis gratia/ qua beatus ſymeon repletus fuerat imbui mereantur. qui hodierna die vnigenitū tuū dn̄m noſtrū ieſum chriſtū lumen eternum a parētibus in templo preſentatū in vlnas ſuas accepit/ et reuelante ſpiritu ſancto: ita prophetando benedixit. Nunc dimittis ſeruum tuum domine: ſecundum verbum tuum in pace. quia viderunt oculi mei ſalutare tuum. Quod tibi eterno patri ſanctoq; ſpiritui coeternū et coequale viuit et regnat in ſecula ſeculorū. Amen **Collecta.**

Omnipotens ſempiterne deus qui per moyſen famulū tuū puriſſimum olei liquorē ad luminaria ante cōſpectum tuum iugiter accendenda preparari iuſſiſti: benedi ✠ ctiōis tue gratiam ſuper hos cereos benignus infūde. quatinus ſic amminiſtrent lumē exterius vt te donante lumē ſpiritus ſancti noſtris nō deſit mentibus interius. Per dominum noſtrū ieſum chriſtum filium tuum. Qui tecum viuit et regnat deus. Per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

¶ Tunc aſpergantur cerei aqua benedicta et thure adoleantur: et

illuminentur/ et interim cantent
ſequentē antiphonā. Antiphona
Lumen ad reuelationē gen-
tium et gloriam plebis tue
iſraël. ps. Nunc dimittis ſeruum
tuū domine: ſcdm verbum tuū in
pace. Et ad quēlibet verſum can-
tetur añ. predicta: et poſt hoc acci
piant ſinguli cereos/ et interim cā-
tent antiphonam ſequentem.
Aue gr̄a plena dei genitrix vir-
go / ex te enim ortus eſt ſol iuſticie
illuminans que in tenebris ſunt/
letare et tu ſenior iuſte ſuſcipiens
ieſum in vlnas liberatorē anima-
rum noſtrarum donātem nobis
vitam et reſurrectionē. Collecta.
Omnipõs ſempiterne deus: qui
vnigenitū tuū ante tempo-
ra de te genitū: ſed temporaliter
ex maria virgine incarnatū: lumē
verum et indeficiens ad repellen-
das humani generis tenebras et
ad incendendum lumē fidei et ve-
ritatis in mundū miſiſti: concede
ꝓpicius vt ſicut exterius luce ma-
teriali illuminamur: ita interius
luce ſpirituali mereamur irradia
ri. Per eundem dñm. Antiphona.
Adorna thalamū tuū ſyon
et ſuſcipe regem chriſtū am-
plectere mariā que eſt celeſtis por-
ta. ipſa enim portat regem glorie
noui luminis ſubſiſtet virgo ad-
ducens manibus filiū ante lucife-
rum quem accipiens ſymeon in
vlnas ſuas predicauit populis do
minum eum eſſe vite et mortis et
ſaluatorē mundi. Rm.
Gaude maria virgo cunctas he-
reſes ſola interemiſti que gabrie-
lis archāgeli dictis credidiſti. Dū
virgo deum et hominem genuiſti
Et poſt partum virgo inuiolata
permanſiſti. v. Gabrielem archan
gelum credimus diuinitus te eſſe
affatum vterum tuum de ſpiritu
ſancto credimus impregnatum:
erubeſcat ergo iudeus qui dicit
chriſtū ex ioſeph ſemine eſſe natū
Dum virgo deum. Gloria patri.
Et poſt partū virgo. Antiphona.
Reſponſum accepit ſymeō a ſpi-
ritu ſancto non viſurū ſe mortem
donec videret chriſtum domini et
cū inducerent puerū in templum
accepit eum in vlnas ſuas/ et be-
nedixit deū / et dixit / nunc dimit-
tis dñe ſeruum tuū in pace. Ant.
Cū inducerent puerū ieſum pa-
rentes eius accepit eum ſymeō in
vlnas ſuas / et bñdixit deū dicens
nunc dimittis dñe ſeruum tuum
in pace. ps. Benedictus eum. Glo-
ria patri. Sicut erat. ve. v9. Bene-
dictus q̄ venit in nomine dñi: de9
dominus et illuxit nobis. Oratio
Domine ieſu xp̄e fili dei viui:
qui hodierna die in noſtre
carnis ſubſtantia inter homines
apparens a parentib9 in templo
es preſentatus quē ſymeon vene-
rabilis ſenex lumine ſpiritus tui
irradiatus agnouit: ſuſcepit bene
dixit: preſta queſumus: vt eiuſdē
ſpirit9 tui gratia illuminati atq̄
edocti te veraciter cognoſcamus:
et fideliter diligamus. Qui cum
deo patre in vnitate eiuſdē ſpiri-
tus ſancti / viuis et regnas deus.
Per omnia ſecula ſeculorū. Amen
¶ Deinde cantatur Antiphona.
Hodie btā v̄go maria puerū
ieſum p̄ſentauit in templū

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3

Benedictio palmarũ.

et ſymeon repletus ſpiritu ſancto
accepit eũ in vlnas ſuas ⁊ bñdixit
deũ in eternum ¶ Sequitur miſſa
Suſcepimus ꝛc. ¶ Dñica palmaꝝ
Poſitis in medio ramiſpalmarũ
pmo ſacerdos bñdicat ſal et aquã
more cõſueto. Deinde cãtetur añ
ſequens. O ſanna filio dauid be=
nedictus qui venit in noĩe dñi rex
iſrael/o ſanna in excelſis. Collecta
Deus quẽ diligere et amare
iuſticia eſt:ineffabilis gratie
tue in nobis dona multiplica et q̇
in morte filij tui feciſti nos ſpera=
re q̃ credimus fac nos eodẽ reſur=
gente peruenire quo tendimus.
Per eũdem dñm nr̃m ieſum xp̃m
filium tuum. ¶ Lectio libri exodi.
In diebus illis. Venerunt filij
iſrael in helim vbi erãt duo=
decim fontes aquaꝝ et ſeptuagin=
ta palme:⁊ caſtrametati ſũt iuxta
aquas. Profectiq; ſunt de helim/
et venit oĩs multitudo filiorum
iſrahel in deſertũ ſyn: qđ eſt inter
helym ⁊ ſynai:quintodecimo die
menſis ſcđi poſtq̃ egreſſi ſunt de
terra egypti. Et murmurauit vni
uerſa multitudo filioꝝ iſrael cõtra
moyſen ⁊ aarõ in ſolitudie. Dixe=
runtq; ad eos filij iſrael. Vtinam
mortui eſſemus per manũ dñi in
terra egypti:quando ſedebamus
ſuper ollas carnium/⁊ comedeba
mus panes in ſaturitate? Cur in
duxiſtis nos in deſertum iſtud vt
occideretis omnẽ multitudinem
fame? Dixit autem dñs ad moy=
ſen. Ecce ego pluam vobis panes
de celo. Egrediatur populus vt
colligat q̃ ſufficiant per ſingulos
dies vt temptem eũ vtrum ambu
let in lege mea/an nõ? Die autem
ſexta parent quod inferant vt ſit
duplum q̃ colligere ſolebant per
ſingulos dies. Dixerũtq; moyſes
et aarõ ad oẽs filios iſrael. Veſpe=
re ſcietis q̃ dñs eduxerit vos de
terra egypti:⁊ mane videbitꝭ glo=
riam dñi. Audiuꝰ eñi murmur
veſtrum contra dñm. Nos vero
quid ſumus:quia muſitaſtis con=
tra nos? Et ait moyſes. Dabit vo=
bis dominꝰ veſpere carnes edere
et mane panes in ſaturitate:eo q̃
audierit murmuratiões veſtras
quibus murmurati eſtis cõtra eũ
Nos eñi quid ſumus? Nec contra
nos eſt murmur veſtrũ: ſed cõtra
dñm. Dixitq; moyſes ad aaron.
Dic vniuerſe congregationi filio
rum iſrael Accedite coram domio
audiuit enim murmur veſtrum.
Cũq; loqueretur aarõ ad vniuer=
ſum cetũ filioꝝ iſrael reſpexerũt
ad ſolitudinem. Et ecce gloria dñi
apparuit in nube Rem. College=
runt pontifices ⁊ phariſei cõſiliũ
et dicebãt quid facimus quia hic
homo multa ſigna facit:ſi dimit=
timus eum ſic/oẽs credent in eum
ne forte veniant romani ⁊ tollãt
nr̃m locum ⁊ gentẽ. v. Vnus autẽ
ex ipſis cayphas nomine cũ eſſet
pontifex anni illius prophetauit
dicẽs expedit vobis:vt vnus mo=
riatur homo ꝑ populo/⁊ nõ tota
gens pereat:ab illo ergo die cogi=
tauerunt interficere eum dicẽtes.
Ne forte ¶ Deinde legatur euãge.
cum ſalutatione ⁊ titulo vt ſequi=
tur. Dominus vobiſcum Et cum
ſpũ tuo. In illo tempore, cum ap=
propinquaſſet ieſus hieroſolimis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag
226 A 3

Require fol.i. in aduē. Lecto euan-
gelio dicatur Dñs vobi. Oremus
Adeſto nobis q̄ſumus omni
potens de⁹ vt quod noſtro
miniſtratur officio: tue benedicti-
onis potius impleatur effectu.
Per. ¶ Exorciſmus palmarum.
Exorciſo te creatura florū et
frondiū in nomīe patris ✠
omnipotentis: et in noīe ✠ ieſu
chriſti filij ei⁹/et in virtute ✠ ſpūs
ſancti: proinde oīs virtus aduer-
ſarij oīs exercitus diaboli omnis
poteſtas inimici oīs incurſio de-
monū. eradicare ⁊ explantare ab
hac creatura florꝫ et frondium: vt
ad dei gratiā feſtinantiū veſtigia
non ſequaris. Per virtutē eiuſdē
dñi noſtri ieſu xp̄i. qui venturus
eſt iudicare viuos et mortuos/et
ſeculum per ignem. Amē. Oratio.
Domine ſancte pater omp̄s
eterne deus: mūdi conditor
oīmꜯ creaturarum mirabilis diſ
poſitor: q̄ inter ipſa mūdi primor
dia cū ex nichilo cuncta conderes
ligna quoqꜫ fructifera et diuerſo
vſui cōgrua terrā ꝓducere iuſſiſti:
et poſt maledictū interdicte arbo
ris vniuerſa nobis ꝑ obedientiā
vnigeniti filij tui in bñdictionem
cōuertiſti: bñ ✠ dic etiā hos mul-
tigenarū arborū ramos inter q̄s
precipue arbor oliue pinguedine
cūctas precellit: per quā etiam cū
mundi crimina diluuio quondā
expiarētur effuſo columba ramū
eiuſdē deferens pacē terris reddi-
tam nunciauit: nec nō innocens
turba ſpū ſancto afflata: vnigeni
to tuo dño noſtro ieſu chriſto pro
toti⁹ mundi ſalute paſſuro obuiā
currens: palmarū et huius arbo-
ris ramos abſcidens ac veſtigijs
eius ſubſternens: iam q̄ſi trium-
phatorē de mortis principe oſten
debat Te dñe ſuppliciter depreca
mur: vt qui annua deuotiōe eiuſ-
dem redēptoris nr̄i ſacratiſſimā
paſſionē preuenire nitimur: ipſo
adiuuāte palmā victorie tenētes.
atqꜫ oleo mīe intrinſecus refulgē-
tes in eius ſctā reſurrectiōe ꝑmiū
vite et in mortalitatꝫ coronā acci
pere mereamur Per eūd. eiuſ. Or
Omp̄s ſempiterne redemptor
qui de celis ad terrā deſcen-
dere: et ad paſſionē volūtarie ve-
nire dignatus es: vt humanū ge-
nus tuo p̄cioſo ſanguīe liberares
adeſto eccleſie tue votis et ſuppli-
catiōibus noſtris. Tu enim dñe
manſuetus māſueti azelli inſidēs
tergo ad paſſionē redemptionis
noſtre ſpontaneus adueniſti. cūqꜫ
tibi cū ramis arboreis occurrenti
bus diſcipulorū turbis certatim
ſterneretur via: et cū triumphatri
cibus palmis et cum voce laudis
occurerent plurimorū caterue re-
ſultantes pariter et dicētes oſan-
na filio dauid benedictus q̄ venit
in nomine dñi: tibi in mōte oliue-
ti via cōſtrata eſt. Tu quondam
noe in archa ſuper vndis diluuij
gubernaſti: et colūbe miniſterio
per oliue ramū pacem terris red-
ditam nūciare voluiſti. Sed et ia-
cob patriarcha in miniſteriū glo-
rie tue erigens lapidē: ex huius ar
boris ramis oleū benedictionis
in cacumine tituli infudit. Unde
unxiſti reges et prophetas tuos.
Tu enim es chriſtus filius dei: tibi


Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3

Benedictio palmarū.

cōpetit fructus vnctionis ⁊ pacis
in cui⁹ ineffabilē laudē pſalmiſta
cecinit/dicēs. Vnxit te deus deus
tuus oleo exultatiōis ꝑ pticipib⁹
tuis. Qua ꝓpter te dn̄e ſupplices
deprecamur vt benedi✠cas hos
ramos palmarū ſiue oliuarū cete
rarumqꝫ arboꝝ. quos tui famuli
in ſuis ſuſcipientes manibus in
occurſum tui properare. teqꝫ bene
dicere ⁊ glorificare deſiderāt Ecce
ihl̄rm ſedens ſuper azinā rex man
ſuetus aduenisti. Adueni ergo ro
gamus ⁊ in nobis ⁊ in medio nr̄i
conſiſte. vt te aduenire in cordib⁹
noſtris ſentiam⁹ Et quos tunc re
paraſti per crucē iterū lapſos re
para per eandē beatificā paſſio
nem. oris nr̄i cōfeſſionē ac ieiunij
humiliationē libens ſuſcipe ⁊ fru
ctum nos viriditatis habere con
cede; quatin⁹ tuis ꝓmbelibus irri
gati mereamur tibi ſuauium fru
ctuum ſuauitate placere. Et ſicut
illi tibi proceſſerūt obuiā cum ar
boreis frondib⁹ egreſſi: ita nos te
redeunte in ſcd̄o aduentu cū pal
mis victorie leti mereamur occur
rere ſaluatori mundi. Qui cū deo
patre in vnitate ſpiritusſcti viuis
et regnas deus.

Prefatio






ritualis oliue fructuoſum ſurcu
lum retulit quam ad ſe reuerten
tem noe gaudens ſuſcepit. De
cuius rami unctione iacob ele
ctus titulum erexit dño votum
vouit/et oleum deſuper fudit.
Hec eſt in dictio rami illius ma-
nantis de celis gratie ſeu et po-
puli vaſa replentis. Hec eſt gra-
tia que et viduam benedixit in
oleo. Hec eſt in dictio rami illius
plãtati ſecus decurſus aquarũ
cuius foliũ nõ defluit per quod
quotidie per lauacrum baptiſ
matis eccleſia procreatur. et no
ſtra delentur peccata. Hec eſt
tua dñe plantatio bona valde
et tu es reſurrectio et vita mo
tuorũ qui quatriduanũ lazarũ
reſuſcita ſti a mortuis. Pro
pterea et turba cum ramis pal
marũ obuians tibi clamabat.

Oſanna benedictus qui venit
in nomine domini rex iſrael
Qua propter q̄ſumus clementiã
tuã dñe / vt nos famulos tuos
qui huius rei gratiã et fidē veri=
tatis percepimus eruas de ore
inferni / et adiutoriũ gratie tue
nobis retribuere digneris / vt
iuſte et pie ſancteqꝫ viuentes cũ
electis et ſanctis tuis facias ha=
bere conſortiũ. Per dominum
noſtrũ ieſum chriſtũ filiũ tuum
qui tecũ viuit et regnat in vni=
tate ſpiritus ſancti deus. Per
omnia ſcl'a ſeculorũ. Amē. Oro.

DEusq̄ filiũ tuũ ieſum chriſtũ dñm noſtrũ pro ſalute nr̄a in hũc mundũ miſiſti. vt ſe humiliaret ad nos. ⁊ nos reuocaret ad te: cui etiã dum iheroſolimã veniret: vt adimpleret ſcripturas credentium populorũ turba fideliſſima deuotiōe veſtimenta ſua cum ramis palmarũ in via ſternebat: preſta q̄s: vt illi fidei viã p̄parem⁹ de qua remoto lapide offēſionis et petra ſcãdali frondeant apŭ te opera nr̄a iuſticie ramis vt eius veſtigia ſequi mereamur. Per eũ.

¶ Hic aſpergatur aqua benedicta: deinde cantatur hec oratio.

OMñs genitor q̄ vnigenitum tuũ ab iherico mōteqꝫ oliueti ad ihl'ẽm duxiſti cui turba mirabiliter occurrit/aliĳ veſtimēta ſua ſternentes. aliĳ ramos de arboribus cedētes oliuaꝝ aliĳ palmas in manib⁹ ſuis deferentes te obnixis precibus humiliter dep̄camur vt hec germina arboꝝ ita ſancti ✠ ficare digneris: vt hec loca vbi deportata fuerint ſanctificata effici=

antur. quo oīs iniquitas ſeu illu-
ſio demonū abſcedat: et tua nos
dextera ſemp̄ protegere dignetur
Per eundē. Tunc cantetur aīt. et
ſinguli accipiant palmas Aīt.

Pueri hebreorū tollentes ra-
mos oliuarū obuiauerunt
dño/clamātes et dicētes. oſanna
in excelſis. Aīt. Pueri hebreorū
veſtimenta proſternebāt in via:
et clamabat dicētes / oſanna filio
dauid bñdictus qui venit in no-
mine domini. Oratio.

Omnīps ſempiterne deus qui
dñm noſtrū ieſum chriſtum
hodierna die azimoꝝ ſup̄ pullum
azine ſedere feciſti: ꝛ turbas popu
lorum veſtimēta vel ramos arbo-
rum in via ſternere: ꝛ oſanna de-
cantare in laudē ipſius docuiſti:
da q̄s: vt illorū innocentiā imita-
ri poſſimus/et eorum meritū con-
ſequi mereamur. Per eundem.

¶ Tunc exeūdo eccleſiā vadāt cā-
tantes antiphonas ſequētes. Aīt.

Cum appropinquaret domi
nus iheroſolimā miſit duos
de diſcipulis ſuis dicēs/ite ī caſtel-
lum qđ contra vos eſt/et inuenie-
tis pullum azine alligatū ſup̄ quē
nullus hoīm ſedit: ſoluite ꝛ addu-
cite michi: ſi quis vos interroga-
uerit/dicite quia opus domini eſt
Iuſtum deduxit dominꝰ per vias rectas: et oſtendit illi regnũ dei: et dedit illi ſciẽtiam ſanctorum. Honeſtauit illum in laboribus: ꝛ compleuit labores illius. In fraude circũuenientiũ illi affuit: et honeſtum fecit illũ. Cuſtodiuit illũ ab inimicis: et a ſeductoribus tutauit illum. Et certamen forte dedit illi vt vinceret: et ſciret quoniã omniũ potẽtior eſt ſapiẽtia. Hec venditum iuſtum nõ dereliquit: ſed a peccatoribus liberauit eũ. Deſcẽditqꝫ cum illo in foueam: ꝛ in vinculis non dereliquit illum: donec afferret illi ſceptrum regni ꝛ potẽtiam aduerſus eos q̇ eum deprimebant. Et mendaces oſtẽdit: qui maculauerunt illum. Et dedit illi claritatem eternã: dñs deus noſter. Ad thimotheũ. ij. iij.

Chariſſime. Memor eſto dominũ ieſum chriſtum reſurrexiſſe a mortuis ex ſemĩe dauid ſcd̃m euãgeliũ meũ: ĩ quo laboro vſqꝫ ad vincula q̃ſi male operãs: ſed verbum dei nõ eſt alligatum. Ideo oĩa ſuſtineo ꝑpter electos: vt et ipſi ſalutẽ conſequãtur: que eſt in chriſto ieſu cũ gloria celeſti. Tu autẽ aſſecutus es meã doctrinam/ inſtitutionẽ/ propoſitum/ fidem/ longanimitatẽ/ dilectionẽ/ pacientiam/ perſecutiões/ paſſiones: qualia michi facta ſũt antiochie/ yconij/ lyſtris: quales perſecutiones ſuſtinui: et ex omnibus me eripuit dñs. Et omnes qui volunt pie viuere in chriſto ieſu: pſecutionẽ patiẽtur. Scd̃m iohã. xij.

In illo tempore. Dixit ieſus diſcipulis ſuis. Amen amen

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag
226 A 3

dico vobis:niſi granū frumēti ca
dens in terrā mortuū fuerit:ipſū
ſolum manet.Si autem mortuū
fuerit:multum fructū affert. Qui
amat aīam ſuā:perdet eam. Et q̇
odit aīam ſuam in hoc mūdo:in
vitam eternā cuſtodit eam.Si q̇s
michi miniſtrat:me ſequatur. Et
vbi ſum ego:illic ⁊ miniſter meus
erit.Si quis michi miniſtrauerit
honorificabit eum pater meus:q̇
in celis eſt. Scd'm Mattheum. x.

In illo tempore. Dixit ieſus
diſcipulis ſuis. Nichil oper-
tū/quod nō reueletur:et occultū/
quod nō ſciatur. Quod dico vo-
bis in tenebris:dicite in lumine.
Et quod in aure auditis:p̄dicate
ſuper tecta. Et nolite timere eos
qui occidunt corpus:animā aūt
non poſſunt occidere. Sed poti⁹
eum timete:qui poteſt et aīam ⁊
corpus perdere in gehennā. Nō-
ne duo paſſeres aſſe veneūt:⁊ vn⁹
ex illis non cadet ſup terram/ ſine
patre veſtro:Veſtri autē ⁊ capilli
capitis:om̄es numerati ſunt. No
lite ergo timere:multis paſſerib⁹
meliores eſtis vos. Omnis ergo
q̇ cōfitebitur me corā hoīb⁹:cō-
fitebor et ego eū corā patre meo:
qui eſt in celis. Scd'm Lucam. xij.

In illo tpe. Dixit ieſus diſci-
pulis ſuis. Attēdite a fermē-
to phariſeorū:qđ eſt hypocriſis.
Nichil aūt opertū eſt/qđ nō reue-
letur:neqꝫ abſconditū/qđ nō ſcia-
tur. Quoniā que in tenebris dixi
ſtis:in lumie dicētur. Et quod in
aure locuti eſtis in cubiculis:p̄di-
cabitur in tectis. Dico aūt vobis
amicis meis:ne terreamī ab hijs
qui occidūt corpus:et poſt hec nō
habēt amplius quid faciāt. Oſtē
dam autē vobis:quē timeatis.
Timete eum/qui poſtq̄ occiderit
habet poteſtatē mittere in gehē-
nam. Ita dico vobis:hūc timete.
Nonne quinqꝫ paſſeres veneunt
dipondio:⁊ vnus ex illis nō eſt in
obliuiōe coram deo:Sed et capil-
li capitis veſtri oēs numerati ſūt.
Nolite ergo timere:m'tis paſſeri-
bus pluris eſtis vos. Dico aūt vo
bis. Oīs q̇cūqꝫ cōfeſſus fuerit me
coram hominibus:et filius homi
nis confitebitur illum:coram an
gelis dei. Secūdū. Marcum. viij.

In illo tpe. Conuocata turba
ieſus cū diſcipulis ſuis:dixit
eis. Si quis vult me ſeq̄/ deneget
ſemetipſum:et tollat crucē ſuā/⁊
ſequatur me. Qui enim voluerit
aīam ſuā ſaluā facere:perdet eā.
Qui autē perdiderit aīam ſuam
propter me:et euangeliū/ſaluam
faciet eā. Quid enī proderit hoī/
ſi lucretur mundum totum:et de
trimētum anime ſue faciat:Aut
quid homo commutationis da-
bit pro anima ſua:Qui enim me
confeſſus fuerit et mea verba:in
generatione iſta adultera et pec-
catrice:et filius hominis confite-
bitur eum cum venerit in gloria
patris ſui cū angelis ſanctis. Et
dicebat illis. Amen dico vobis:q
ſunt quidam de hic ſtantibus:q
non guſtabūt mortem:donec vi-
deant regnum dei:veniēs in vir-
tute. ¶ Vnius martyris et
pontificis. Introitus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag
226 A 3

In virtute tua dñe le-
tabitur iuſtus: et ſup
ſalutare tuū exulta-
bit vehementer: deſi
deriū aīe eius tribui-
ſti ei. Ps. Quoniā p̄uenisti eū ī benedi-
ctionibus dulcedinis: poſuiſti in capite
ei⁹ coronā de lapide p̄cioſo. Gl'ia. Coll.

Votiuos nos dñe q̄s beati.
N. martyris tui atq; ponti
ficis: natalis ſemp excipiat: qui ꝛ
iocūditatem nobis ſue glorifica-
tionis infūdat: ꝛ nos tibi reddat
acceptos. Per do. Ad hebreos. v.

Fratres. Omnis pōtifex ex
hominibus aſſumptus: pro
hominibus conſtituitur: in hijs
que ſunt ad deū: vt offerat dona
ꝛ ſacrificia pro peccatis. Qui con
dolere poſſit hijs qui ignorant ꝛ
errant: quoniam et ipſe circūda-
tus eſt infirmitate. Et propterea
debet quemadmodum et pro po
pulo: ita etiam et pro ſemetipſo
offerre ꝑ peccatis. Nec quiſq̄ ſu-
mit ſibi honorem: ſed qui vocat'
a deo tanq̄ aaron. Sic ꝛ chriſtus
nō ſemetipſum clarificauit vt pō
tifex fieret: ſed qui locutus eſt ad
eū. Filius me⁹ es tu: ego hodie ge-
nui te. Quemadmodū ꝛ in alio lo
co dicit. Tu es ſacerdos in eternū
ſcdm ordinem melchiſedech. Gr.
Dñe p̄uenisti eū in benedictionib⁹ dul-
cedinis: poſuiſti in capite eius coronam
de lapide precioſo. V. Vitam petijt ꝛ tri
buiſti ei: longitudinem dierum in ſecu-
lum ſeculi. Alla. V. Letabitur iuſtus ī
dño et ſperabit ī eo: et laudabūt' oēs re-
cti corde. Vacāte alla. Tract⁹

Deſideriū anie eius tribuiſti ei: ꝛ
voluntate labioꝝ eius nō fraudaſti eū.
V. Quoniam preueniſti eum in benedi-
ctionibus dulcedinis. V. Poſuiſti ſuper
caput eius: coronam de lapide precio-
ſo. ¶ Secundum lucam. xix.

In illo tpe. Dixit ieſus diſci-
pulis ſuis parabolā hāc. Ho
mo quidā nobilis abijt in regio-
nē lōginquā: accipere ſibi regnū/
ꝛ reuerti. Vocatis aūt decem ſer-
uis ſuis: dedit illis decē mnas. Et
ait ad illos. Negociamini dū ve-
nio. Ciues autē eius oderant illū
ꝛ miſerunt legationē poſt illū di
centes. Nolum⁹ hūc regnare ſup
nos. Et factum eſt vt rediret acce
pto regno: iuſſit vocari ſeruos q̄-
bus dedit pecuniā: vt ſciret quan
tū quiſq; negociatus eſſet. Venit
aūt primus dicēs. Dñe: mna tua
decem mnas acquiſiuit. Et ait il-
li. Euge ſerue bone: quia in modi
co fidelis fuiſti: eris poteſtatē ha-
bēs ſupra decem ciuitates. Et al-
ter venit dicens. Dñe: mna tua fe
cit q̄nq; mnas. Et huic ait. Et tu
eſto ſupra quinq; ciuitates. Et al
ter venit dicens. Dñe: ecce mna
tua quā habui repoſitā in ſuda-
rio. Timui enī te: quia homo au
ſterus es: tollis qd̄ nō poſuiſti/ et
metis quod nō ſeminaſti. Dixit
ei. De ore tuo te iudico / ſerue ne-
quā. Sciebas q̄ ego homo auſte-
rus ſum/ tollēs quod nō poſui: ꝛ
metens quod non ſeminaui. Et
quare nō dediſti pecuniam meā
ad menſam: et ego veniens cum
vſuris: vtiq; exigiſſem illā? Et aſtā-
tibus dixit. Auferte ab illo mnā:
ꝛ date illi qui decem mnas habet

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag
226 A 3

Et dixerūt ei. Dñe: habet decem
mnas. Dico aūt vobis: quia omī
habenti dabitur: ꝛ abūdabit. Ab
eo autem qui nō habet: et qđ ha-
bet/auferetur ab eo. Verūtamen
inimicos meos illos q̄ noluerunt
me regnare ſuper ſe/adducite huc
ꝛ interficite ante me. Et hijs dictꝫ
p̄cedebat: aſcendēs hieroſolimā.
Offᷣ. Inueni dauid ſeruū meū: ꝛ ī oleo
ſctō vnxi eū: man⁹ enī mea auxiliabit᷑ ei
ꝛ brachiū meū cōfortabit eū. Secreta.

Munera domine tibi dicāda
ſanctifica: ꝛ intercedēte bea
to. N. martyre tuo/atq; pōtifice:
celeſtibus remedijs faciat eſſe cō-
fortes. Per. Cōio. Qui vult venire
poſt me: abneget ſemetipſū/et tollat cru
cē ſuam: et ſequatur me. Complēda.

Sumptis dñe ſacramētis q̄ſu
mus intercedente beato. N.
martyre tuo/atq; pontifice: ad re
demptionis eterne proficiamus
augmentum. Per dñm noſtrum.

¶ Plurimorū martyrū. Introit⁹

Multe tribulatiōes iu
ſtorum: ꝛ de hijs om
nibus liberauit eos
dominus: dominus
cuſtodit oīa oſſa eo-
rum: vnū ex hijs non conteretur.
Ps. Benedicam dominū in omni tēpo-
re: ſemper laus eius in ore meo. Gloria
patri et filio: et ſpiritui ſancto. Colla.

Deus qui nos concedis ſan-
ctorum martyrum tuorū.
N. et. N. natalicia colere: da nob̄
in eterna beatitudine/de eorum
ſocietate gaudere. Per dominū.

¶ Lectio libri ſapientie. iij.

Iuſtorum anie in manu dei
ſunt: et non tanget illos tormen-
tum mortis. Viſi ſunt oculis inſi-
pientium mori: et eſtimata eſt af-
flictio exitus illorum: et qđ a no-
bis eſt iter exterminij: illi autem
ſunt in pace. Et ſi coram homini
bus tormenta paſſi ſunt: ſpes illo
rum immortalitate plena eſt. In
paucis vexati: in multis bene di-
ſponentur: quoniā deus tētauit
illos ꝛ inuenit eos dignos ſe. Tāq̄
aurum in fornace probauit illos:
ꝛ quaſi hoſtiā olocauſti accepit il
los: et in tempore erit reſpectus il
lorū. Fulgebūt iuſti: et tanq̄ ſcin-
tille in arundineto diſcurrēt. Iu-
dicabunt natiōes: et dominabū-
tur populis. Et regnabit dñs il-
lorum: in perpetuum. Gr. Vindi-
ca dñe ſanguinē ſanctorū tuorū q̄ effu-
ſus eſt. ỽ. Poſuerunt mortalia ſeruorū
tuoꝝ eſcas volatilibus celi: carnes ſctoꝝ
tuorum beſtijs terre. Alla. ỽ. Letami-
ni in domino et exultate iuſti: et gloria-
mini omnes recti corde. Sequentia.

O Beata beatorum/martyrū
ſolēnia. O deuote recolen-
da/victorum certamina. Digni
dignis fulgēt ſignis/et florēt vir-
tutibus. Illos ſemp̄ condecēter/
veneremur laudib⁹. Fide voto
corde toto/adheſerunt dño. Et
inuicti ſūt addicti/atroci marty-
rio. Carcerati trucidati/pertule
runt plurima. Igne leſi/ferro ceſi
tormētorū genera. Dū ſic torti
cedūt morti/carnis per interitū.
Ut electi ſunt adepti/beatorū p̄-
mia. Per cōtemptū mūdanorū/
ꝛ p̄ bella fortia: meruerūt angelo
rū/victores cōſortia. Ergo facti

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag
226 A 3

coheredes/ xp̄o ĩ celeſtib⁹. Apud
illũ vota nr̄a ꝓmouete p̄cib⁹. Ut
poſt finē hui⁹ vite/ et poſt trãſito
ria. In perēni mereamur: exulta
re glĩa. Amē. Vacãte Allĩa. Tract⁹

Qui ſeminãt in lachrimis: in gau
dio metent. ỽ. Euntes ibant et
flebant: mittentes ſemina ſua. ỽ. Veniē
tes aũt veniēt cũ exultatiõe: portantes
manipulos ſuos. Sedm̄ Lu. xxi.

In illo tp̄e. Dixit ieſus diſci
pulis ſuis. Cũ audieritis p̄lia ⁊ ſe
ditiões nolite terreri. Oportet p̄
mũ hec fieri: ſed nõdũ ſtatĩ finis.
Tũc dicebat illis. Surget gēs cõ
tra gētē: ⁊ regnũ aduerſus regnũ
⁊ terremot⁹ magni erũt ꝑ loca: ⁊
peſtilētie/ ⁊ fames/ terroreſq; de ce
lo: ⁊ ſigna magna erũt. Sed ante
hec omnia: iniciēt vobis manus
ſuas: et perſequētur/ tradētes in
ſinagogas ⁊ cuſtodias: trahētes
ad reges et preſides/ ꝓpter nomē
meũ. Continget aũt vobis in te
ſtimoniũ. Ponite ergo ĩ cordib⁹
veſtris nõ p̄meditari quēadmo
dũ reſpondeatis. Ego enĩ dabo
vobis os et ſapientiã: cui nõ po
terũt reſiſtere et cõtradicere/ oēs
aduerſarij veſtri. Trademini aũt
a parētib⁹/ et fratribus/ et cogna
tis/ et amicis: et morte afficient ex
vobis. Et eritis odio om̄ibus ho
minibus: ꝓpter nomē meũ. Et ca
pill⁹ de capite veſtro nõ peribit.
In patientia veſtra: poſſidebitis
animas veſtras. Offer. Letamini in
domino et exultate iuſti: et gloriamini
omnes recti corde. Secreta.

Munera tibi dñe nr̄e deuotio
nis offerimus: que et ꝓ tuorũ tibi
grata ſint honore ſanctoꝝ: et no
bis ſalutaria te miſerãte reddãt.
Per. Cõio. Iuſtoꝝ aĩe in manu dei ſũt
⁊ nõ tanget illos tormentum malicie: vi
ſi ſunt oculis inſipientium mori: illi aũt
ſunt in pace. Complenda

Celebrantes dñe diuina my
ſteria q̃ ꝓ martyrũ tuoꝝ. N. et. N.
beata paſſione peregim⁹: ipſorũ
q̄s fiãt nobis interceſſiõe ſaluta
ria: quorũ natalicijs ſunt exultã
ter impleta. Per dñm noſtrum.
Lectio libri ſapiētie. Eccl'iaſtici. ij.

Qui timēt dñm: nõ erũt icre
dibiles v̄bo illius. Et q̇ dili
gũt illũ/ cõſeruabũt viã illi⁹. Qui
timēt dñm: inq̇rent q̃ bñplacita
ſũt ei. Et q̇ diligũt eũ/ replebũtur
lege ipſi⁹. Qui timēt dñm: p̄para
bũt corda ſua: et in cõſpectu illi⁹
ſctificabũt aĩas ſuas. Qui timent
dñm cuſtodiũt mãdata illi⁹: ⁊ pa
tiētiã habebũt vſq; ad inſpectio
nē illi⁹. Lec. libri ſapie. Prouer. xv.

Lingua ſapientũ ornat ſciē
tiã: os fatuoꝝ ebullit ſtulti
ciã. In oĩ loco: oculi dñi cõtēplã
tur bonos et malos. Lingua pla
cabilis lignũ vite: q̃ aũt ĩmodera
ta eſt cõteret ſpm̄. Dom⁹ iuſti plu
rima fortitudo: ⁊ in fructib⁹ ĩpij
cõturbatio. Labia ſapientũ diſſe
minabũt ſciētiã: cor ſtultoꝝ diſſi
mile erit. Victime ĩpioꝝ abhoĩa
biles dño: vota iuſtoꝝ placabilia
Abhominatio eſt dño via impij
qui ſequitur iuſticiam/ diligetur
a domino. Lectio libri ſapiētie. v.

Iuſti aũt in ꝑpetuũ viuent: ⁊
apud dñm eſt merces eorũ: ⁊
cogitatio illorũ apud altiſſimũ.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag
226 A 3

Plurimorū Martyrū.

Ideo accipient regnū decoris: et
dyadema ſpeciei de manu domi-
ni quoniā dextera ſua teget eos:
et in brachio ſancto ſuo defendet
illos. Et accipiet armaturā zelus
illius: et armabit creaturā ad vl-
tionem inimicorum. Induet pro
thorace iuſticiam: ⁊ accipiet ꝓ ga
lea iudicium certum. Sumet ſcu-
tum inexpugnabile equitatem:
ibūt directe promiſſiones. Et ad
certū locū deducet illos: domin⁹
deus noſter. Ad corinthios. ſcđe. i

FRatres. Benedictus deus ⁊
pater dn̄i noſtri ieſu chriſti
pater miſericordiarum ⁊ deus to
tius conſolationis: qui cōſolatur
nos in omni tribulatione noſtra
vt poſſimus et ipſi conſolari eos/
qui in omni preſſura ſunt: per ex-
hortationem qua exhortamur ⁊
ipſi a deo. Quoniā ſicut abūdāt
paſſiones chriſti in nobis: ita ⁊ ꝑ
chriſtum/abundat conſolatio no
ſtra. Siue autem tribulamur pro
veſtra exhortatione et ſalute. Si-
ue conſolamur pro veſtra conſo-
latiōe: ſiue exhortamur ꝓ veſtra
exhortatiōe ⁊ ſalute: que operat᷑
tolerantiā earundē paſſionum/
quas et nos patimur: vt ſpes no-
ſtra firma ſit pro vobis: ſcientes
quoniā ſicut ſocij paſſionū eſtis:
ſic eritis et conſolationis. In xp̄o
ieſu: dn̄o noſtro. Ad hebreos. x.

FRatres. Rememoramini pri-
ſtinos dies: in quibus illu-
minati/ magnum certamen ſuſti
nuiſtis paſſionum. In altero q̄dē
opprobrijs et tribulationib⁹ ſpe
ctaculum facti: in altero autē ſo-
cij taliter conuerſantium effecti.
Nam et vinctis compaſſi eſtis: et
rapinam bonorū veſtrorum cū
gaudio ſuſcepiſtis: cognoſcentes
vos habere meliorem/ et manētē
ſubſtantiam. Nolite itaqꝫ amitte
re confidentiam veſtrā: que ma-
gnā habet remunerationē. Pati
entia enī vobis neceſſaria eſt: vt
voluntatem dei faciētes/reporte
tis promiſſionē. Adhuc enī modi
cū aliquātulūqꝫ q̄ vēturus eſt ve-
niet: et nō tardabit. Juſtus autē
me⁹: ex fide viuit. Lec. libri ſapie. x

REddet deus mercedem labo
rum ſanctorum ſuorū: et de
ducet eos in via mirabili. Et fuit
illis in velamento diei: et in luce
ſtellarū per noctem. Et trāſtulit
illos per mare rubrū: et trāſuexit
illos per aquā nimiā. Inimicos
autē illorum demerſit in mare: ⁊
ab altitudine inferorum eduxit
illos. Ideo iuſti tulerūt ſpolia im
piorū: et decantauerunt dn̄e no-
men ſanctū tuū. Et victricē ma-
num tuam laudauerunt pariter:
dn̄e deus noſter. Lectio libri apo
calipſis beati iohannis apli. vij.

IN diebus illis. Reſpondens
vnus de ſenioribus/dixit mi
chi. Hij qui amicti ſunt ſtolis al-
bis: qui ſunt/et vnde venerūt: Et
dixi illi. Domine mi: tu ſcis. Et
dixit michi. Hij ſunt qui venerūt
de tribulatione magna: et laue-
runt ſtolas ſuas: et dealbauerūt
eas in ſanguine agni. Ideo ſunt
ante thronū dei: et ſeruient ei die
ac nocte in tēplo eius. Et q̄ ſedet
in throno: habitabit ſuper illos.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag
226 A 3

Non eſurient/ neq; ſitient amplius
neq; cadet ſuper illos ſol/neq; ullus
eſtus:qm̄ agnus q̇ in medio thro=
ni eſt/reget illos:⁊ deducet eos ad
vite fontes aquarū.Et abſterget
deus omnem lachrymam:ab ocu
lis eorum. Ad hebreos. xi.

F Ratres. Sancti per fidē vi=
cerūt regna:operati ſunt iuſticiā
adepti ſunt repromiſſiones.Ob=
turauerūt ora leonū:extinxerūt
impetum ignis/effugauerūt aciē
gladij.Conualuerunt de infirmi
tate:fortes facti ſunt in bello. Ca=
ſtra verterūt exterorū:acceperūt
mulieres de reſurrectione mortu
os ſuos. Alij aūt diſtenti ſunt/nō
ſuſcipientes redemptionē:vt me
liorem inuenirent reſurrectionē.
Alij vero ludibria et verbera exp=
ti:inſup et vincula/et carceres.La
pidati ſunt/ſecti ſunt/tētati ſunt
in occiſiōe gladij mortui ſūt. Cir=
cuierunt in melotis: in pellibus ca=
prinis/egētes/anguſtiati/ afflicti:
quibus dignus nō erat mundus
In ſolitudinibus errātes:in mō=
tibus et in ſpelūcis/ ⁊ in cauernis
terre. Et hij omnes teſtimonio fi
dei:probati inuenti ſunt. In xp̄o
ieſu dn̄o nr̄o. Scd̄m matth. xxiiij.

I N illo tempore. Sedēte ieſu
ſuper montē oliueti: acceſſe=
runt ad eū diſcipuli ſecreto/dicen
tes. Dic nobis quando hec erūt:
⁊ quod ſignū aduentus tui:et cō=
ſummationis ſeculi? Et reſpōdēs
ieſus: dixit eis. Videte ne q̇s vos
ſeducat. Multi enim venient in
noīe meo dicentes: ego ſum chri=
ſtus:et multos ſeducent. Auditu=
ri eni eſtis prelia:et opiniones p̄=
lior.Videte ne turbemini. Opor
tet eni hec fieri: ſed nondum eſt fi
nis.Conſurget eni gens in gentē
⁊ regnum in regnū:et erunt peſti
lentie/et fames/ et terremotus p
loca.Hec autem oīa:initia ſūt do
lorum.Tunc tradēt vos in tribu
lationem: et occidēt vos/et eritis
odio omnibus gētibus propter
nomen meū. Et tunc ſcandaliza=
būtur multi: et inuicem tradent/
⁊ odio habebunt inuicē. Et mul=
ti pſeudo prophete ſurgent: et ſe=
ducent multos. Et quoniā abun
dabit iniquitas:refrigeſcet chari
tas multorum. Qui autem perſe=
uerauerit vſq; i finem: hic ſaluus
erit. Secundum Mattheum. x.

I N illo tempore. Dixit ieſus
diſcipulis ſuis. Nolite arbi=
trari: quia venerim mittere pa=
cem in terram. Nō veni pacē mit
tere:ſed gladium. Veni enim ſepa
re hominem aduerſus patrē ſuū:
⁊ filiam aduerſus matrem ſuam:
⁊ nurum aduerſus ſocrum ſuam:
⁊ inimici hominis domeſtici eius.
Qui amat patrem aut matrem
pluſq̄ me: non eſt me dignus. Et
qui amat filium aut filiam ſuper
me:non eſt me dignus. Et qui nō
accipit crucem ſuam/ et ſequitur
me:non eſt me dignus. Qui inue=
nit animam ſuam/ perdit illam.
Et qui perdiderit animam ſuam
propter me:inueniet eam. Qui re
cipit vos:me recipit. Et qui me re
cipit:recipit eū qui me miſit. Qui
recipit prophetam in noīe p̄phe=
te: mercedem prophete accipiet.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag
226 A 3

Et q̄ recipit iuſtū in nomie iuſti:
mercedē iuſti accipiet. Et q̄cunq͛
potum dederit vni ex minimis
iſtis calicem aque frigide tantū
in nomine diſcipuli:amē dico vo
bis:non perdet mercedem ſuam.

Secundum Mattheum.v.

IN illo tpe. Videns ieſus tur-
bas:aſcendit in montē.Et cum ſe
diſſet:acceſſerunt ad eū diſcipuli
eius.Et aperiens os ſuū:docebat
eos dicens. Beati pauperes ſpū:
qm̄ ipſoꝝ eſt regnū celoꝝ. Beati
mites:qm̄ ipſi poſſidebūt terrā.
Beati q̄ lugēt:qm̄ ipſi cōſolabūt᷑
Beati q̄ eſuriūt et ſitiūt iuſticiam
quoniā ipſi ſaturabūtur. Beati
miſericordes:qm̄ ipſi miſericor-
diā cōſequētur.Beati mūdo cor-
de:qm̄ ipſi deū videbūt.Beati pa
cifici:qm̄ filij dei vocabūtur. Bea
ti q̄ pſecutionē patiūtur propter
iuſticiā:qm̄ ipſorū eſt regnū celo-
rū. Beati eſtis cū maledixerīt vo-
bis hoīes:et pſecuti vos fuerint ⁊
dixerint oē malū aduerſum vos
mentiētes ꝓpter me. Gaudete et
exultate:qm̄ merces veſtra copio
ſa eſt in celis. Secundū lucam.vi

IN illo tpe. Deſcendens ieſus
de monte:ſtetit in loco cāpe-
ſtri:et turba diſcipulorum eius:⁊
multitudo copioſa plebis:ab oī
iudea/et hieruſalē/et maritima/⁊
tyri/et ſidonis:q̄ venerāt vt audi-
rent eū:et ſanarētur a lāguorib⁹
ſuis.Et q̄ vexabātur a ſpiritibus
immūdis:curabātur. Et oīs tur-
ba querebat eū tangere:quia vir
tus de illo exibat:et ſanabat oēs.
Et ipſe eleuatis oculis in diſcipu
los ſuos:dicebat.Beati pauperes
quia veſtrū eſt regnū dei.Beati q̄
nunc eſuritis:quia ſaturabimini
Beati q̄ nūc fletis: quia ridebitis.
Beati eritis cū vos oderīt hoīes:
et cū ſeparauerint vos: et expro-
brauerint:et eiecerint nomen ve-
ſtrum tanq̄ malū:propter filiū
hoīs.Gaudete in illa die ⁊ exulta
te:ecce enim merces veſtra:multa
eſt in celo. Scdm̄ Mattheum.x.

IN illo tpe. Dixit ieſus diſci-
pulis ſuis . Ecce ego mitto
vos: ſicut oues in medio luporū.
Eſtote ergo prudētes ſicut ſerpē-
tes:⁊ ſimplices/ſicut columbe.Ca
uete autē ab hoībus. Tradēt eni
vos in conſilijs: et in ſynagogis
ſuis flagellabūt vos. Et ante re-
ges et preſides ducemini propter
me:in teſtimoniū illis et gētibus
Cū autē tradent vos/nolite cogi
tare quomodo: aut quid loqua-
mini.Dabitur enim vobis in illa
hora: quid loquamini. Nō enim
vos eſtis qui loquimini:ſed ſpiri-
tus patris veſtri qui loquitur in
vobis. Tradet autē frater fratrē
in mortē:et pater filiū:⁊ inſurgēt
filij in parētes:et morte eos affici
ent.Et eritis odio oībus hoībus
ꝓpter nomē meū. Qui aūt pſeue
rauerit vſq͛ i finē: hic ſaluus erit.

¶ De vno cōfeſſo.nō pōti. Introit.

OS iuſti meditabitur
ſapientiā: et lingua
ei⁹ loquetur iudiciū
lex dei eius in corde
ipſius. Ps. Noli emula
ri in malignātibus:neq͛ zelaueris facie-
tes iniquitatem. Gloria patri. Collecta.

Adeſto domine precib⁹ noſtris:quas in ſancti confeſſoris tui. N. commemoratiõe deferim⁹: vt qui noſtre iuſticie fiduciam non habemus:eius qui tibi placuit precibus et meritis adiuuemur. Per dñm noſtrũ ieſum.

Lectio libri ſapientie. Eccli.xxxix.

Juſtus cor ſuum tradet ad vigilãdum diluculo ad dominum qui fecit illum: et in conſpectu altiſſimi deprecabitur. Aperiet os ſuum in oratione: et pro delictis ſuis deprecabitur. Si enim dominus magnus voluerit: ſpiritu intelligẽtie replebit illum. Et ipſe tanq̃ imbres mittet eloquia ſapientie ſue: et in oratione confitebitur domino. Et ipſe diriget conſilium eius et diſciplinam: et in abſconditis ſuis conſiliabitur. Ipſe palam faciet diſciplinã doctrine ſue: et in lege teſtamẽti domini gloriabitur. Collaudabũt multi ſapientiam eius: et vſqꝫ in ſeculum non delebitur. Non recedet memoria eius: et nomen eius requiretur a generatiõe in generationem. Gr. Domine preueniſti eũ in benedictionibus dulcedinis: poſuiſti in capite eius coronam de lapide precioſo. ꝟ. Vitam petijt et tribuiſti ei: longitudinem dierum in ſeculum ſeculi. Alla. ꝟ. Juſtus vt palma florebit: et ſicut cedrus libani multiplicabit̃. Sequẽtia

Ad laudes ſaluatoris vt mẽs incitetur humilis. Sentiat hunc diem/ iuſta de cauſa celebrem. Gaudeat et ſeſe/ ſic pia vota promere. Hodie celorũ ſecreta petijt/ lux põtificũ. vel cõfeſſorum. Jugiter in choro ſanctorũ/ ſplẽdẽs vt ſydus aureũ. Et gaudiũ angelis factũ eſt ex aduentu/ cõparis. Fuiſſe: quẽ angelũ domini cõſtat exercituũ. Qui cuiqꝫ ſuã tritici dans menſurã: ad fidei caulas congregans ouiculas/ lupi ꝑuidit inſidias. Fidelis ⁊ prudens: credita diſtribuens/ hic dedit ad menſam dñi pecuniam: vt dignam faceret vſuram. Beat⁹ hic ſeruus quem cũ venerit dñs/ ita inuenerit. Probatũ in terra ſup omnia ſtatuet illũ in patria. Ad tanti patris gloriã celebrandã: clerus cõcinnat laudẽ dignã: ⁊ populus letis reſpondeat vocibus. Dicamus oẽs cernui tanto patri iũgat ſe ſuo grex paſtori ⁊ ꝑcibus/ fuſiſqꝫ lachrimis clamem⁹. Paſtor bone: miſerere eccleſie/ tuiſqꝫ ꝑcibus refoue. Cõfer opẽ plebi tue: ꝑces intẽde/ ⁊ pio iuuamie maculas dilue. In via nos adiuua: colloca ĩ patria/ redde q̃ ſperamus bona. Vacãte Alla. Tract⁹.

Beatus vir qui timet dñm: in mãdatis eius cupit nimis. ꝟ. Potẽs in terra erit ſemen eius: generatio rectorũ benedicetur. ꝟ. Gloria et diuitie ĩ domo eius: et iuſticia eius manet in ſeculũ ſeculi. Secundum Mattheũ.xxv.

In illo tpe. Dixit ieſus diſcipulis ſuis parabolã hãc. Homo quidã peregre proficiſcẽs: vocauit ſeruos ſuos: et tradidit illis bona ſua. Et vni dedit q̃nqꝫ talenta: alij autẽ duo/ alij vero vnum. Vnicuiqꝫ ſcdm propriã virtutẽ: ⁊ profectus eſt ſtatim. Abijt autẽ q̃ q̃nqꝫ talẽta acceperat: et operat⁹

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3

eſt in eis: et lucratus eſt alia q̄nq̧.
Similiter q̄ duo acceperat: lucra-
tus eſt alia duo. Qui autē vnū ac-
ceperat: abiens fodit in terram: ⁊
abſcondit pecuniā dn̄i ſui. Poſt
multū vero temporis: venit dn̄s
ſeruorū illorū: et poſuit rationē
cum eis. Et accedens q̄ quinq̧ ta-
lenta acceperat: obtulit alia q̄nq̧
talenta dicēs. Dn̄e/ quinq̧ talen-
ta tradidiſti michi: ecce alia q̄nq̧
ſuplucratus ſum. Ait illi dn̄s eius
Euge ſerue bone et fidelis: quia
ſup pauca fuiſti fidelis ſupra mul
ta te cōſtituā: intra in gaudium
dn̄i tui. Acceſſit aūt et q̄ duo talē-
ta acceperat: et ait. Dn̄e: duo talē
ta tradidiſti michi: ecce alia duo
lucratus ſum. Ait illi dn̄s ei⁹. Eu-
ge ſerue bone et fidelis: quia ſup
pauca fuiſti fidelis/ ſupra mlta te
conſtituā. Intra in gaudium dn̄i
tui. Offer. Deſideriū aīe eius tribuiſti
ei dn̄e: et volūtate labioꝝ eius non frau-
daſti eum: poſuiſti in capite eius coro-
nam de lapide precioſo. Secreta.

Hoſtias tibi dn̄e ꝓ cōmemo-
ratiōe ſancti cōfeſſoris tui.
N. deferimus/ ſuppliciter dep̄can
tes: vt ſicut ſancto. N. tribuiſti fi-
dei ſacre claritatē: ſic nobis indul
gentiā largiaris et pacem. Per.
Cōio. Dn̄e quinq̧ talēta tradidiſti mi-
chi: ecce alia quinq̧ ſuperlucratus ſum:
euge ſerue fidelis: quia in pauca fuiſti fi-
delis/ ſupra multa te conſtituam: intra
in gaudium domini tui. Complēda.

Ut nobis dn̄e pia ſacrificia
dēt ſalutē: beatus. N. cōfeſ-
ſor tuus q̄s p̄cator accedat. Per.
Unī⁹ cōfeſſoris et pōti. Intro.

Statuit ei dn̄s teſta-
mentū pacis: et prin-
cipem fecit eū: vt ſit il
li ſacerdotij digni-
tas in eternū. Ps. Mi-
ſericordias domini: in eternum canta-
bo. Gloria pr̄i et filio et ſp̄ui ſctō. Coll.

Deus qui ſanctā nobis hui⁹
diei ſolennitatē in honore
ſancti. N. confeſſoris tui atq̧ pō-
tificis conſecraſti: adeſto familie
tue p̄cibus et dona: vt cuius ſolē-
nia celebramus: eciā merit⁊ ⁊ au-
xilio ſubleuemur. Per dn̄m nr̄m.
Lectio libri ſapientie. Eccl. xliiij.

Ecce ſacerdos magnus q̄ in
dieb⁹ ſuis placuit deo: ⁊ in-
uentus eſt iuſtus. Et in tempore
iracundie: factus eſt recōciliatio.
Nō eſt inuētus ſimilis illi: qui cō-
ſeruaret legē excelſi. Ideo iureiu-
rando: fecit illum dn̄s/ creſcere in
plebē ſuā. Benedictionē oīm gē-
tium dedit illi: et teſtamentū ſuū
confirmauit ſup caput eius. Co-
gnouit eū in benedictionibus ſu-
is: cōſeruauit illi miſericordiam
ſuā: et inuenit gratiā corā oculis
dn̄i. Magnificauit eū ī cōſpectu
regū: et dedit illi coronam glorie.
Statuit illi teſtamentū ſempiter
nū: et dedit illi ſacerdotium ma-
gnum: et beatificauit illū in glo-
ria. Fungi ſacerdotio: et habere
laudem in nomine ipſius. Et of-
ferre illi incenſum dignū: in odo-
rem ſuauitatis. Gr. Ecce ſacerdos
magnus: qui in diebus ſuis placuit deo
℣. Non eſt inuentus ſimilis illi: qui cō-
ſeruaret legē excelſi. Alla. ℣. Inueni
dauid ſeruū meū: oleo ſctō meo vnxi eū.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag
226 A 3

AD laudes ſaluatoꝝ. Sequẽ.
Vt mẽs icitetur hũilis. Sẽ⸗
tiat hũc diẽ/ iuſta de cauſa celebꝛẽ
Gaudeat et ſeſe/ ſic pia vota pro
mere. Hodie celoꝝ ſecreta petijt/
lux pontificũ. vel cõfeſſoꝝ. Iugi
ter in choꝛo ſanctoꝝ/ ſplẽdens vt
ſpõ⁹ aureũ. Et gaudiũ ãgelis fa
ctũ eſt ex aduẽtu/ cõparis. Fuiſſe
quẽ angelũ dñi cõſtat exercituũ.
Qui cuiqꝫ ſuã tritici dans mẽſu⸗
ram: ad fidei caulas congregans
ouiculas/ lupi preuidit inſidias.
Fidelis et prudẽs: credita diſtri⸗
buẽs/ hic dedit ad mẽſam dñi pe⸗
cuniã: vt dignã faceret vſuram.
Beatus hic ſeruus quẽ cũ vene⸗
rit dñs/ ita inuenerit. Probatũ
in terra ſup oĩa ſtatuet illũ in pa
tria. Ad tanti patris gloꝛiã cele⸗
bꝛãdam: clerus cõcinnat laudem
dignã/ et populus letis reſpõde⸗
at vocibus. Vicam⁹ oẽs cernut
tanto patri iũgat ſe ſuo grex pa⸗
ſtoꝛi et precibus/ fuſiſqꝫ lachꝛimis
clamemus. Paſtoꝛ bone: miſere⸗
re eccleſie/ tuiſqꝫ precibus refoue.
Confer opẽ plebi tue: p̃ces intẽ⸗
de/ et pio iuuamĩe maculas dilue
In via nos adiuua: colloca in pa
tria/ redde que ſperamus bona.
Vacante Alleluya. Tractus.
BEatus vir q̃ timet dñm: in man⸗
datis eius cupit nimis. ꝟ. Potẽs
in terra erit ſemen eius: generatio recto
rum benedicetur. ꝟ. Gloꝛia et diuitie in
domo eius: et iuſticia eius manet ĩ ſecu
lum ſeculi. Secundum lucam. xij.
IN illo tpe. Dixit ieſus diſci⸗
pulis ſuis. Sint lũbi veſtri p̃
cincti: ꝛ lucerne ardẽtes in mani⸗
bus veſtris. Et vos ſimiles homi
nibus expectantibus dñm ſuum
quando reuertatur a nuptijs: vt
cũ venerit et pulſauerit/ cõfeſtim
aperiant ei. Beati ſerui illi: quos
cũ venerit dñs/ inuenerit vigilan
tes. Amẽ dico vobis: q꜄ p̃cinget ſe
et faciat illos diſcũbere: et trãſiẽs
miniſtrabit illis. Et ſi venerit ĩ ſe⸗
cũda vigilia: et ſi in tertia vigilia
venerit: et ita inuenerit/ beati ſũt
ſerui illi. Hoc aũt ſcitote: quoniã
ſi ſciret paterfamilias qua hoꝛa
fur veniret: vigilaret vtiqꝫ/ et non
ſineret pfodi domũ ſuã. Et vos
eſtote parati: quia qua hoꝛa non
putatis: filius hoĩs veniet. Offe.
Veritas mea et mĩa mea cũ ipſo: ꝛ ĩ noĩe
meo exaltabitur coꝛnu eius. Secreta.
REſpice domine populũ tuũ
ad tua ſacramẽta concurrẽ⸗
tem: et preſentem feſtiuitatẽ ſan⸗
cti confeſſoꝛis tui atqꝫ pontificis
N. recolentem: vt quod ſinguli in
honoꝛem nominis tui detulerũt
cũctis pꝛoficiat ad veniam. Per
dñm noſtrũ ieſum chꝛiſtũ filium.
Cõmunio. Beatus ſeruus: quem cum
venerit dominus inuenerit vigilantẽ:
amẽ dico vobis/ ſuper omnia bona ſua
conſtituet eum. Complenda.
GRatias tibi agimus domi⸗
ne deus noſter: qui nos celeſti me⸗
dela reparare dignat⁹ es: da que⸗
ſumus de peccatis noſtris veniã:
ſicut beato confeſſoꝛi tuo. N. atqꝫ
pontifici dediſti ſedem pontifica
tus. Per dominũ noſtrum ieſum
chꝛiſtum filiũ tuum. Qui tecum
viuit et regnat. ¶ Vnius cõfeſſo⸗
ris ꝛ abbatis Ad miſſam. Intro.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3

Iuſtꝰ vt palma florebit ſicut cedrꝰ libani multiplicabitᷣ plātatꝰ in domo dñi/i atrijs domus dei nr̄i. Ps. Bonū eſt confiteri dño: et pſallere nomini tuo altiſſime. Gloria patri et filio. Coll'a.

INtercessio nos q̄ſumus dñe beati. N. abbatis cōmendet: vt qd̄ noſtris meritis nō valemꝰ: eiꝰ patrocinio aſſequamur. Per.

Lectio libri ſapientie. Eccl'ia. xlv.

DIlectus deo et hominibus: cuiꝰ memoria in benedictione eſt. Similem fecit illū in gloria ſanctorū: et magnificauit eum in timore inimicorū: et in v̇bis ſuis monſtra placauit. Glorificauit illum in cōſpectu regum: et iuſſit illi coram populo ſuo: et oſtēdit illi gloriam ſuā. In fide et lenitate ipſius ſanctū fecit illū: et elegit eū ex om̄i carne. Audiuit enī eum: et vocē ipſiꝰ: et induxit illū in nube. Et dedit illi cor ad precepta: et legem vite: et diſcipline. Gr. Os iuſti meditabitur ſapientiam: et lingua eius loquetur iudiciū. V̇. Lex dei eius in corde ipſius: et nō ſupplantabuntur greſſus eius. Alleluya. V̇. Iuſtus germinabit ſicut lilium: et florebit in eternum ante dominū. Scd̄m Mattheū. xix.

IN illo tēpore. Dixit ſymon petrus ad ieſum. Ecce nos reliquimꝰ oīa. xc. fol. iij. Offr. Glia ⁊ honore coronaſti eū: et cōſtituiſti eū ſup opera manuum tuarum dñe. Secreta.

SAcris altaribus dñe hoſtias ſuperpoſitas ſanctus. N. abbas: queſumus in ſalutem nobis ꝓuenire depoſcat. Per dominū.

Cōio. Fidelis ſeruus et prudēs: quē cōſtituit dñs ſup familiā ſuā: vt det illis i tempore tritici menſurā. Complēda.

PRotegat nos domine cum tui perceptione ſacramēti beatus. N. abbas ꝓ nobis intercedendo: vt et conuerſatiōis eius experiamur inſignia: et interceſſionis eius percipiamus ſuffragia. Per dñm nr̄m ieſum chriſtū.

Lectio libri ſapientie. Eccl'ia. xiiij.

BEatus vir qui in ſapientia morabitur: ⁊ qui in iuſticia ſua meditabitur: et in ſenſu cogitabit circūſpectionem dei. Cibabit illum pane vite et intellectus: ⁊ aqua ſapientie ſalutaris potabit illum. Et firmabitur in illo: ⁊ nō flectetur: et continebit illum ⁊ nō confundetur: et exaltabit illū apud proximos ſuos. Et nomie eterno hereditabit illū: dominus deus noſter. Ad thimotheū. ij. iiij.

CHariſſime. Teſtificor corā deo et ieſu chriſto: qui iudicaturus eſt viuos et mortuos: et per aduentum ipſius et regnum eius: predica verbum/inſta opportune: importune. Argue/obſecra/increpa: in omni patientia et doctrina. Erit enim tempus cum ſanam doctrinam nō ſuſtinebunt: ſed ad ſua deſideria coaceruabūt ſibi magiſtros prurientes auribus. Et a veritate quidem auditum auertent/ad fabulas autem conuertentur. Tu vero vigila: in omnibus labora/opus fac euāgeliſte: miniſterium tuum imple/ſobrius eſto. Ego enim iam delibor ⁊ tempus reſolutiōis mee inſtat.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag
226 A 3

Bonū certamen certaui: curſum
conſummaui:fidē ſeruaui. In re-
liquo repoſita eſt mihi corona iu
ſticie: quā reddet mihi dn̄s in illa
die/iuſtus iudex. Nō ſolū aūt mi-
hi:ſed et hijs q̄ diligūt:aduētū ei⁹
Lectio libri ſapientie. Eccli.xliiij.
DEdit dn̄s cōfeſſionē ſancto
ſuo: et excelſo in verbo glīe
De om̄i corde ſuo laudauit dn̄m
et dilexit deū qui fecit illū. Et de-
dit illi contra inimicos potentiā
Et ſtare fecit cantores cōtra alta
re:et in ſono eorū dulces fecit mo
dos. Et dedit in celebrationibus
decus:⁊ ornauit tempora vſq; ad
cōſummationē vite:vt laudarēt
nomē ſanctū dn̄i:et amplificarēt
mane dei ſanctitatem. Chriſtus
purgauit peccata ipſius: et exal-
tauit in eternum cornu eius. Sa-
pientia laudabit animā ſuam: ⁊
in dn̄o honorificabitur:et in me-
dio populi ſui gloriabitur. Et in
eccleſijs altiſſimi aperiet os ſuū:
⁊ in conſpectu virtutis illius glo
riabitur. Et in medio populi lau
dabitur: et in plenitudine ſancta
admirabitur. Et in multitudine
electorū habebit laudem: ⁊ inter
bn̄dictos bn̄dicet². Ad hebre.xiij.
FRatres. Doctrinis varijs ⁊
peregrinis: nolite abduci.
Optimum eſt enim gratia ſtabi-
lire cor:nō eſcis que nō profuerūt
ambulantibus in eis. Habemus
altare:de quo edere nō habēt po-
teſtatem/qui tabernaculo deſer-
uiunt. Quorum enim animaliū
infertur ſanguis pro peccato in
ſancta per pontificem:horū cor-
pora cremātur extra caſtra. Pro-
pter quod ⁊ ieſus vt ſanctificaret
per ſuum ſanguinē populum: ex-
tra portam paſſus eſt. Exeamus
igitur ad eū extra caſtra: impro-
perium eius portantes. Nō enim
habemus hic manentem ciuita-
tem:ſed futurā inquirimus. Per
ipſum ergo offeramus hoſtiā lau
dis ſemper deo id eſt fructū labio
rum confitentium nomini eius.
Beneficientie aūt ⁊ cōmunionis
nolite obliuiſci. Talib⁹ eni hoſti-
is:pmeret² deus. Ad hebreos.vij.
FRatres. Plures facti ſūt ſa-
cerdotes ſcd̄m legem:idcir-
co q̄ morte prohiberētur perma
nere. Jeſus autē eo q̄ maneat in
eternum:ſempiternū habet ſacer
dotium. Vnde ⁊ ſaluare in perpe
tuum poteſt:accedens per ſemet-
ipſum ad deum ſemper viuēs ad
interpellandū pro nobis. Talis
enī decebat:vt nobis eſſet ponti-
fex/ſanctus/innocens/ impollut⁹/
ſegregatus a peccatoribus: et ex-
celſior celis factus. Qui nō habet
quotidie neceſſitatē/ quēadmo-
dum ſacerdotes prius pro ſuis de
lictis hoſtias offerre: deinde pro
populo. Hoc enī fecit ſemel ſe of-
ferendo: domin⁹ noſter ieſus chri
ſtus. Secūdū Mattheum.xxiiij.
IN illo tpe. Dixit ieſus diſci-
pulis ſuis. Vigilate: qr neſci-
tis qua hora dn̄s veſter vēturus
ſit. Illud autem ſcitote: quoniā
ſi ſciret paterfamilias qua hora
fur vēturus eſſet/ vigilaret vtiq;
⁊ nō ſineret perfodi domū ſuam.
Ideo et vos eſtote parati: quia

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag
226 A 3

neſcitis qua hora filius hoīs ven
tur⁹ eſt. Quiſputas eſt fidelis ſer-
uus et prudēs quē cōſtituit dn̄s
ſupra familiam ſuam: vt det illis
cibū in tēpore. Beatus ille ſeruus
quē cum venerit dn̄s eius/inuene
rit ſic facientem. Amē dico vobis:
quoniam ſuper omnia bona ſua
conſtituet eum. Scđm lucam. xi.

IN illo tpe. Dixit ieſus diſci-
pulis ſuis. Nemo accendit lu
cernam: et in abſcondito ponit/
neq; ſub modio: ſed ſuper cande-
labrum: vt qui ingrediuntur/ lu-
mē videāt. Lucerna corporis tui:
eſt oculus tuus. Si oculus tu⁹ fue
rit ſimplex: totum corpus tuū lu-
cidum erit. Si autem nequā fue-
rit: etiā corpus tuū tenebroſum
erit. Vide ergo: ne lumen quod in
te eſt/tenebre ſint. Si ergo corpus
tuum totum lucidum fuerit/non
habens aliquā partem tenebra-
rum: erit lucidum totum. Et ſicut
lucerna fulgoris: illuminabit te.

Secundum Mattheum. v.

IN illo tempore. Dixit ieſus
diſcipulis ſuis. Vos eſtis ſal terre
Quod ſi ſal euanuerit: ī quo ſalie-
tur: Ad nichilum valet vltra: niſi
vt mittatur foras: et conculcetur
ab hominibus. Vos eſtis lux mū-
di. Non poteſt ciuitas abſcōdi ſu-
pra montem poſita. Neq; accen-
dunt lucernam: et ponunt eā ſub
modio/ ſed ſuper cādelabrum: vt
luceat omnibus qui in domo ſūt
Sic luceat lux veſtra corā hoībus
vt videant opera veſtra bona: et
glorificent patrem veſtrum: qui
eſt in celis. Secundū lucam. xiiij.

IN illo tempore. Dixit ieſus
diſcipulis ſuis. Si quis venit
ad me: et nō odit patrem ſuum/ ⁊
matrem/et vxorem/et filios/ ⁊ fra
tres/et ſorores: adhuc autē et ani
mā ſuā: nō poteſt meus eſſe diſci-
pulus. Et q̄ nō baiulat crucē ſuā
⁊ venit poſt me non poteſt meus
eſſe diſcipul⁹. Quis enī ex vob; vo
lens turrim edificare: nōne prius
ſedens computat ſumptus q̄ ne-
ceſſarij ſunt ſi habeat ad perficiē
dum: ne poſtea q̄̄ poſuerit funda
mentum: et nō potuerit perficere
om̄es qui vident incipiāt illude-
re ei dicētes: quia hic homo cepit
edificare et nō potuit conſumma
re. Aut quis rex iturus cōmittere
bellū aduerſus alium regem/ nō-
ne ſedēs prius cogitat ſi poſſit cū
decē milibus occurrere ei q̄ cū vi-
ginti milibus venit ad ſe: Alioquī
adhuc illo longe agente: legatio-
nem mittens rogat ea que pacis
ſunt. Sic ergo om̄is ex vobis qui
nō renunciat omnibus que poſ-
ſidet: nō poteſt me⁹ eſſe diſcipul⁹.

¶ Plurimorū cōfeſſor. Introit⁹.

SAcerdotes eius indu
ant ſalutari: ⁊ ſancti
eius exultatiōe exul-
tabunt. Ps. Memento
dn̄e dauid: et omnis mā-
ſuetudinis eius. Gloria patri. Collo.

DEus qui nos ſanctorū tuo-
rum. N. et. N. cōfeſſionib⁹
glorioſis circundas et protegis:
da nobis et eorum imitatione p
ficere: ⁊ interceſſiōe gaudere. Per
dn̄m noſtrum ieſum chriſtū filiū.
¶ Epl'a. Plures facti ſunt. xi. fo. r

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag
226 A 3

Gr. Sacerdotes eius induant ſalutari
⁊ ſancti eius exultatione exultabunt. ṽ.
Illuc producam cornu dauid: paraui lu
cernam chriſto meo. Alla. ṽ. Vox exul
tationis et ſalutis: in tabernaculis iu=
ſtorum. Euāge. Sint lūbi. xc. fo. ix
Offr. Exultabunt ſancti in gloria: leta
buntur in cubilibus ſuis/ exultationes
dei in manibus eorum. Secreta.

Suſcipe domīe preces et mu=
nera: que vt tuo ſint digna
conſpectui: ſanctorū tuorū preci=
bus adiuuemur. Per. Cōio. Sint
lumbi veſtri precincti: et lucerne arden=
tes in manibus veſtris. Complenda

Corporis ſacri ⁊ precioſi ſan
guinis repleti libamie: que=
ſumus dn̄e deus noſter: vt qđ pia
deuotione gerimus: certa redem=
ptione capiamus. Per. ¶ Vnius
virginis nō martyris. Introit⁹.

Dilexiſti iuſticiam: et
odiſti iniquitatem:
ppterea vnxit te de⁹
deus tuus oleo leti=
cie: pre conſortibus
tuis. Ps. Eructauit cor meū verbū bo=
nū: dico ego opera mea regi. Glo. Coll.

Deus qui nos annua beate.
N. virginis tue ſolēnitate
letificas: da queſumus: vt quā ve
neramur officio: etiam pie cōuer=
ſatiōis ſequamur exemplo. Per
dn̄m noſtr̄. Lectio libri ſapie. viij.

Sapientia vincit maliciā. At
tingit ergo a fine vſq; ad fi=
nem fortiter: et diſponit omnia
ſuauiter. Hanc amaui et exquiſi=
ui a iuuentute mea: et quiſiui mi=
chi ſpōſam eam aſſumere: ⁊ ama=
tor factus ſum forme illius. Gene

roſitatē illius glorificat: cō tuber=
nium habens dei: ſed et domin⁹
omniū dilexit illam. Doctrix eſt
enī diſcipline dei: ⁊ electrix operū
illius. Gr. Audi filia et vide: et inclina
aurem tuam: quia concupiuit rex ſpeciē
tuam. ṽ. Specie tua ⁊ pulchritudine tua
intēde p̄ſpere procede et regna. Alla.
ṽ. Specie tua et pulchritudine tua: intē
de p roſpere p̄cede et regna. Seq̄ntia.

Gaude celeſtis ſpōſa/ ſummi
regis iam templū ingreſſa.
Ad regale conuiuiū ducta. Et
mox ītratura/ cubilis ſecreta/ ſem
per virgo māſura. Filius regis/
amator caſtitatis/ ſeruat locū pu
doris. Huic ſponſo venienti/ vir
gines om̄es obuiate. Et ferte lā=
pades iam ardētes/ in vaſis oleū
ſimul deferentes. Et regi regum
feſtinanter adornate thalamum
Et regi regum/ decantate canti=
cum/ ſolis virginibus decantādū
Ianua patet/ que parate ſūt in=
trent. Cum ſponſus venit: q̄s eū
ſequi poſſit/ om̄is virgo memor
ſit. Ad talia tu nos gaudia p̄duc
chriſte redemptos per te memor
ſponſe/ iungens illis ſperātes in
te. Vacante Alleluya. Tractus.

Qui ſemināt in lachrimis: in gau
dio metent. ṽ. Eūtes ibāt et fle=
bāt: mittētes ſemina ſua. ṽ. Venientes
aūt veniēt cū exultatione: portātes ma
nipulos ſuos. Scdm Mattheū. xxv

In illo tempore. Dixit ieſus
diſcipl'is ſuis parabolā hāc.
Simile eſt regnum celorum decē
virginibus: que accipientes lāpa
des ſuas exierunt obuiam ſpōſo
⁊ ſpōſe. Quinq; autē ex eis erant

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag
226 A 3

fatue:et q̊nq3 prudētes. Sed q̊nq3
fatue acceptis lāpadibus nō ſum
pſerunt oleū ſecū. Prudētes vero
acceperūt oleum in vaſis ſuis cū
lampadibus. Moram autē faciē
te ſponſo: dormitauerunt oēs
⁊ dormierunt. Media autem no
cte clamor factus eſt/ecce ſponſus
venit: exite obuiam ei. Tunc ſur-
rexerunt oēs virgines ille:et or
nauerunt lampades ſuas. Fatue
autem ſapientibus dixerūt. Da-
te nobis de oleo veſtro: quia lam
pades noſtre extinguūtur. Reſpō-
derunt prudētes: dicētes. Ne for-
te nō ſufficiat nobis et vobis: ite
potius ad vendētes: et emite vo-
bis. Dum autem irent emere: ve-
nit ſponſus. Et que parate erāt/
intrauerunt cū eo ad nuptias: et
clauſa eſt ianua. Nouiſſime vero
veniunt: et relique virgines dicē
tes. Dñe dñe: aperi nobis. At ille
reſpondēs: ait. Amen dico vobis
neſcio vos. Vigilate itaq3: q2 ne-
ſcitis diem: neq3 horā. Offer. Offe-
rentur regi virgines poſt eam proxime
eius offerentur tibi. Secreta.
Suſcipe dñe munera q̄ in ſan
cte. N. virginis tue ſolēnitate de-
ferimus: cui⁹ nos patrocinio con
fidimus liberari. Per. Cōio. Diffu
ſa eſt gratia in labijs tuis: ꝓpterea bene
dixit te deus in eternum. Complēda.
Queſumus omnipotēs de⁹:
ut intercedente beata. N.
virgine tua: illi⁹ ſalutaris capia-
mus effectum: cuius per hec ſacra
mēta pignus accepimus. Per do
minū noſtrū ieſum chriſtū filiū.
¶ Vnius virginis et mar. Intro.

Gaudeamus oēs in
domino diem/ feſtū
celebrantes: ſub ho-
nore. N. virginis/de
cuius paſſione gau-
dent angeli: et collaudant filium
dei. Ps. Eructauit cor meum verbū bo-
num: dico ego opera mea regi. Gloria
patri et filio: et ſpiritui ſctō. Collecta.
Deus qui inter cetera poten
tie tue miracula: etiā i ſexu
fragili victoriā martyrij contuli
ſti: cōcede propicius: vt cuius na-
talicia colimus: per eius ad te ex-
empla gradiamur. Per dominū.
Lectio libri ſapiētie. Eccli. vltimo
Domie deus meus exaltaſti
ſup terrā habitationē meā
⁊ pro morte defluēti deꝑcata ſū.
Inuocaui dñm patrē dñi mei: vt
nō derelinquat me in die tribula
tionis mee: et in tēpore ſuperbo-
rū ſine adiutorio. Laudabo nomen
tuū aſſidue: et collaudabo illud
in confeſſione: et exaudita eſt ora
tio mea. Liberaſti enī me de perdi
tione: et eripuiſti me de tempore
iniquo. Propterea cōfitebor tibi
⁊ laudem dicam nomini tuo: dñe
deus noſter. Gr. Specie tua ⁊ pulchri
tudine tua: intēde proſpere procede et re
gna. V. Propter veritatem et manſuetu
dinem et iuſticiam: et deducet te mirabi-
liter dextera tua. Alleluya. V. Diffu
ſa eſt gratia in labijs tuis: propterea be
nedixit te deus in eternū. Sequentia
Virginis venerande/ de nu-
mero ſapiētum: feſta vene-
remur ſocij. Filie matris ſumi
regis/ ſacroſancte marie. Quam
ſibi in ſororē: dei adoptauit fili⁹

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag
226 A 3

Hec corpus ſuū domuit/freno ieiunij. Et luxuriā ſecuit/enſe agonie. Iſta contra cunctos mortis/dimicauit impetus. Et hoſtem cruētem freta/chriſti dextra ſtrauerat. Hec ſponſū ab aula celi/ſeſe inuiſentem alacris. Corde iocūdo ſecuta/eius eſt ingreſſa thalamum. Tute iam dulcibus/plena delicijs. Chriſto miſerias/noſtras ſuggerito. Nobꝫ cōſolationem p̄cādo. Vacāte Alla. Tract9.

Qui ſeminās in lachrimis:in gaudio metent. ỽ. Eūtes ibāt et flebant:mittētes ſemina ſua. ỽ. Veniētes aūt veniēt cū exultatiōe:portantes manipulos ſuos. Scđm Mattheū. xiij

In illo tempore. Dixit ieſus diſcipulis ſuis parabolā hāc Simile eſt regnum celorū theſauro abſcōdito in agro: quē qui inuenit homo abſcondit:et pre gaudio illius vadit:et vendit vniuerſa que habet: et emit agrū illum. Iterum ſimile eſt regnum celorū homini negociatori/querēti bonas margaritas. Inuēta autem vna precioſa margarita: abijt et vendidit oīa que habuit:et emit eam. Iterū ſimile eſt regnū celoꝝ ſagene miſſe in mare:et ex omī genere piſcium congreganti. Quā cum impleta eſſet educentes:et ſecus littus ſedentes:elegerunt bonos in vaſa ſua/malos aūt foras miſerunt. Sic erit in conſummatione ſeculi. Exibunt angeli et ſeparabunt malos de medio iuſtorum: et mittent eos in caminum ignis. Ibi erit fletus et ſtridor dētiū. Intellexiſtis hec oīa: Dicūt ei Etiam. Ait illis. Ideo omnis ſcriba doctus in regno celorum ſimilis eſt homini patrifamilias:qui ꝓfert de theſauro ſuo:noua et vetera. Offer. Offerēt᷑ regi virgines poſt eā:p̄xime eius offerētur tibi. Secreta.

Sacrificijs p̄ſentibus queſumus dn̄e placatus intende: vt et deuotioni nr̄e proficiant:et ſaluti. Per. Cōio. Simile eſt regnū celoꝝ hoī negociatori q̄rēti bonas margaritas; inuēta vna p̄cioſa margarita/dedit oīa ſua et cōparauit eā. Cōplen.

Adiuuent nos quesumus domine haec mysteria: et intercedente beata. N. martyre tua: sempiterna protectiōe cōfirmēt. Per.

¶ De nō virginibus. Introitus.

Gaudeamus om̄es in domino diem feſtum celebrātes: ſub honore beate. N. de cuius ſolennitate gaudent angeli:et collaudant filiū dei. Ps. Eructauit cor meū verbū bonū;dico ego opera mea regi. Gloria pr̄i. Collecta.

Exaudi nos deus ſalutarꝫ nr̄ vt ſicut de beate. N. feſtiuitate gaudemus: ita pie deuotionis erudiamur affectu. Per dn̄m

Lectio libri ſapiētie. Prouer. vlti.

Mulierē fortē quis inueniet: procul ⁊ de vltimis finibus precium eius. Cōfidit in ea cor viri ſui:et ſpolijs nō indigebit. Reddet ei bonū et nō malū:oībus diebus vite ſue. Queſiuit lanam et linū:⁊ operata eſt conſilio manuū ſuarū. Facta eſt quaſi nauis inſtitoris: de longe portās panē ſuū. De nocte ſurrexit: deditq; predā

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3

domeſticis ſuis: et cibaria ancil-
lis ſuis. Cōſiderauit agrū et emit
eum: de fructu manuū ſuarū plā-
tauit vineam. Accinxit fortitudi-
ne lumbos ſuos: et roborauit bra
chium ſuū. Guſtauit ⁊ vidit: quia
bona eſt negociatio illius: non ex
tinguetur in nocte lucerna eius.
Manū ſuam miſit ad fortia: et di
giti eiꝰ apprehēderūt fuſum. Ma
nū ſuā aperuit inopi: et palmas
ſuas extendit ad pauperē. Nō ti-
mebit domui ſue a frigoribus ni-
uis: oēs enī domeſtici eius veſtiti
ſunt duplicibus. Stragulatā ve-
ſtem fecit ſibi: byſſus et purpura
indumentū eius. Nobilis in por-
tis vir eius: quando ſederit cū ſe-
natoribus terre. Syndonē fecit ⁊
vendidit: et cingulū tradidit cha
naneo. Fortitudo et decor indu-
mētū eius: et ridebit in die nouiſ
ſimo. Os ſuum aperuit ſapiētie:
⁊ lex clemētie in lingua eius. Con
ſiderauit ſemitas domꝰ ſue: et pa
nem ocioſa nō comedit. Surrexe
rūt filie eius: et beatiſſimā p̄dica-
uerunt: et vir eius laudauit eam.
Multe filie congregauerūt diui-
tias: tu ſupergreſſa es vniuerſas.
Fallax gratia: et vana eſt pulchri
tudo. Mulier timens dn̄m: ipſa
laudabitur. Date ei de fructu ma
nuū ſuarū: et laudēt eā in portis
opera eius. Gr. Propter veritatem ⁊
manſuetudinem et iuſticiam: ⁊ deducet
te mirabiliter dextera tua. ℣. Audi filia
et vide et inclina aurē tuā: quia cōcupi-
uit rex ſpeciem tuam. Alla. ℣. Diffuſa
eſt gratia in labijs tuis: propterea bene
dixit te deus in eternum. Sequentia.

Mulier laudabilis/ fortis/ ca-
ſta/ parēs: mulieris ſterilis/
opprobrio carēs. Hec fructū tri-
ceſimū/ dedit cōiugata: ſed et ſexa
geſimū/ viro viduata. Que in for
titudine/ lūbos caſtigauit: nunq̄
carēs lumine/ manu roborauit.
Cuius honorabilis nuptus/ mū
dus luctus fuit/ venerabilis etiā
ſenectus. Ut ſacro eloq̄o patet/ cō
erit minime digna pōderatio/ cō
tinētis aīe. Dilexit ſilētiū/ dicēs
q̄ neſciuit: nec vnq̄ dominiū/ in
virū queſiuit. Hec nō eſt de vidu
is: luxu ſecli mortuis/ bonū opera
ta. Obſecrationibus: ⁊ orationi
bus/ ſemp̄ occupata. Recepit ho
ſpitio: vagos quā ablutio pedū
cōmēdauit. Et quos tribulatio
p̄ſſit hos ſubſidio/ ſctō recreauit.
N. ſctā venerāda: cuius feſta re-
colēda/ redierunt annua. O caſta/
prudēs ⁊ fidelis: īpetrare nob̄ ve
lis/ gaudia ꝑpetua. Amē. Tractꝰ.
Diffuſa eſt gratia in labijs tuis:
propterea benedixit te deꝰ in eter
nū. ℣. Accingere gladio tuo: circa femur
tuum potētiſſime. ℣. Specie tua et pul-
chritudine tua: intēde proſpere procede
⁊ regna. Euāgel. Sile eſt regnū ce-
loꝝ theſauro abſcōdito in agro.
Offer. vtē. ſo. p̄re. de vna virgine. Offer.
Diffuſa eſt gratia in labijs tuis: propte-
rea benedixit te deus in eternū. Secre.
Accepta tibi domīe ſit ſacre
plebis oblatio, p̄ tuorū ho-
nore ſanctoꝝ: quorū ſe meritis ꝑ-
cepiſſe de tribulatione cognoſcit
auxiliū. Per. Cōio. Simile eſt regnū
celorū homī negociatori quærēti bonas
margaritas: inuēta vna p̄cioſa marga-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag
226 A 3

rita:dedit oīa ſua⁊ cōparauit eā. Cōpl.
SAciaſti dñe familiam tuam
muneribus ſacris:eius q̄s in
teruētione nos refoue:cuius ſolē
nia celebramus. Per dñm nrm.
¶ Plurimarū virginū. Introitꝰ.
GAudeamꝰ oēs in dño
diē feſtū celebrantes:
ſub honore ſctāꝝ vgi
nū/ de quaꝝ ſolēnita
te gaudēt āgeli:⁊ col
laudāt filium dei. Ps. Eructauit cor
meū verbū bonū:dico ego opa mea regi
DEus q̄ nos ī tātis peri: Col.
culis cōſtitutos pre hūana
fctis fragilitate nō poſſe ſubſiſte:
re:da nobis ꝑ merita ſctāꝝ virgi:
nū. N. et. N. ſalutē mētis et corpo
ris:vt ea que ꝓ peccatis nr̄is pati
mur:te adiuuante vincamꝰ. Per.
Eplā. Dñe deus. otē. vniꝰ vginis
Gr. Specie tua et pulchritudine tua:in
tēde ꝓſpere ꝓcede et regna. V. Propt ve
ritatē et māſuetudinē et iuſticiā et dedu
cet te mirabiliter dextera tua. Alla. V.
Diffuſa eſt grā in labijs tuis:propterea
benedixit te deus in eternū. Sequētia
Virginis venerāde. Tractꝰ. Qui
ſeminā. Euāgeliū. Simile eſt regnū
celoꝝ theſauro. vt ī vts. vniꝰ vgis
Offer. Offerētur regi virgines poſt eā
proxime eius offerētur tibi. Secreta.
COncede q̄s oṗs deꝰ:vt huiꝰ
ſacrificij munꝰ oblatū:fra:
gilitatē nr̄am ab omī malo pur:
get ſemꝑ et muniat:⁊ ſctāꝝ virgi:
nū. N. et. N. ꝓcibus et meritis a ꝓ
teritis delictis nos exuat:et futu:
ris. Per. Cōio. Simile eſt regnū celoꝝ
hoī negociatori querēti bonas margari
tas:inuēta vna ꝓcioſa margarita/dedit
oīa ſua et comparauit eam. Cōplēda.
MVnera tua nos domīe ſup:
plicatione ſanctarum vir:
ginum. N. et. N. et a terrenis dele
ctationibus expediant:et celeſti:
bus nos ſemper inſtruant alimē:
tis. Per dñm noſtꝝ ieſum chriſtū.
Lectio libri ſapientie. Eccli.xxiiij.
SApiētia laudabit animam
ſuam:⁊ in deo honorabitur
⁊ ī medio populi ſui gloriabitur
Et ī eccleſijs altiſſimi aperiet os
ſuum:et in cōſpectu virtutis illiꝰ
gloriabitꝛ:et in medio populi ſui
exaltabitur:et in plenitudine ſan
cta ammirabitur:⁊ in multitudi
ne electoꝝ habebit laudē:et inter
benedictos benedicetꝛ dicēs. Ego
ex ore altiſſimi prodiui:primoge
nita ante oēm creaturā. Ego q̄ſi
libanus nō inciſus vaporaui ha:
bitationē meā:et quaſi balſamū
nō mixtum/odor meus. Et quaſi
therebintus expandi ramos me:
os:et rami mei honoris ⁊ gratie.
Ad chorinthios. ſecunde.x. et.xi.
FRatres. Qui gloriatur ī do:
mino glorietur. Non enim
qui ſeipſum cōmēdat:ille proba:
tus eſt:ſed quē deus commendat
Vtinā ſuſtineretis modicū quid
inſipiētie mee:ſed et ſupportate
me. Emulor enim vos:dei emula
tione. Deſpōdi enī vos vni viro
virginē caſtam:exhibere chriſto.
Lectio libri ſapientie. Eccl.vltio.
COnfitebor tibi domine rex
et collaudabo te deū ſalua:
torē meū. Cōfitebor noī tuo:q̄m
adiutor et ꝓtector factꝰ es michi:
⁊ liberaſti corpꝰ meū a perditiōe.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3

A laqueo lingue inique: a labijs
operantium mendaciū. Et in cō-
ſpectu aſtātiū factus es michi ad
iutor: et liberaſti me ſecūdū mul-
titudinem miſericordie noīs tui
A rugiētibus preparatis ad eſcā/
de manibus querentiū animam
meā: et de multis tribulationib⁹
que circūdederūt me. A preſſura
flamme que circūdedit me: et in
medio ignis non ſum eſtuata.
De altitudine ventris inferi: et a
lingua coinquinata: et a v̇bo mē
dacij. A rege iniquo: a lingua in
iuſta. Laudabit uſq; ad mortē aīa
mea dn̄m: et vita mea appropin-
quans erat in inferno deorſum.
Circūdederunt me vndiq;: et non
erat qui adiuuaret. Reſpiciēs erā
ad adiutorium hominum: et nō
erat. Memorata ſum miſericor-
die tue dn̄e: et cooperationis tue
que a ſeculo ſunt. Quoniā eruis
ſuſtinentes te domine: et liberas
eos de manu anguſtie: dn̄e deus
noſter. Ad corinthios. prime. vij.
Fratres. De virginib⁹ autē
preceptum dn̄i non habeo:
cōſilium autem do/ tanq̄ miſeri-
cordiam conſecutus a deo: vt ſim
fidelis. Exiſtimo enī hoc bonum
eſſe propter inſtantē neceſſitatē:
quoniā bonū eſt homini ſic eſſe.
Alligatus es vxori: noli querere
ſolutionem. Solutus es ab vxore
noli querere vxorē. Si autē acce-
peris vxorē nō peccaſti. Et ſi nup
ſerit virgo: nō peccauit. Tribula-
tionē tamē carnis habebunt hu
iuſmodi. Ego autē vobis parco.
Hoc itaq; dico fratres tēpus bre-
ue eſt. Reliquū eſt vt et qui habēt
vxores/ tanq̄ nō habentes ſint: et
qui flent/ tanq̄ nō flētes: et q̄ gau
dent/ tanq̄ nō gaudentes: et qui
emunt/ tanq̄ nō poſſidentes: et q̄
vtūtur hoc mundo/ tanq̄ nō vtā
tur. Preterit enī figura hui⁹ mun
di. Volo autem vos ſine ſollicitu-
dine eſſe. Qui ſine vxore eſt ſolli-
citus eſt que domini ſūt/ quomō
placeat deo. Qui autem cū vxore
eſt: ſollicitus eſt que ſunt mundi/
quomodo placeat vxori: et diui-
ſus eſt. Et mulier innupta et v̇go
cogitat que dn̄i ſūt: vt ſit ſcā cor
pore et ſpū. In xp̄o ieſu: dn̄o nr̄o.
¶ Sequūt᷑ miſſe votiue/ ſiue cōes
Et p̄mo de ſcā trinitate. Introi.
Benedicta ſit ſancta
trinitas atq; indiui
ſa vnitas: confitebi-
mur ei: quia fecit no
biſcum miſericordi-
am ſuā. ps

Benedicam⁹
patrē et filiū
cū ſancto ſpū
Gloria patri
et filio et ſpi.
Sicut erat i
prin. Glīa i
excelſis de.
Collecta.
Omnipotēs ſempiterne de⁹
qui dediſti famulis tuis in
confeſſione vere fidei eterne tri-
nitatis gloriam agnoſcere: et in
potētia maieſtatis adorare vni-
tatem: queſumus vt eiuſdē fidei
firmitate ab oībus ſemp̄ muni-
mur aduerſis. Per. Ad cori. ij. c. iij

Fratres. Gratia domini noſtri ieſu chriſti: et charitas dei. Et cōmunicatio ſancti ſpiritus ſit ſemꝑ cū oībus vobis: amē. Gr. Benedictus es dn̄e q̄ intueris abyſſos: et ſedes ſuper cherubin. ꝟ. Benedicite deum celi: quia fecit nobiſcum miſericordiam ſuam. Alleluya. ꝟ. Verbo domini celi firmati ſunt: et ſpiritu oris eius omnis virtus eorum. Sequētia.

Benedicta ſemꝑ ſit btā trinitas/ deitas ſcilicꝫ vnitas coequalis glīa. Pater/ filius/ ſanct⁹ ſpiritus: tria ſunt noīa/ oīa eadē ſubſtātia. Deus genitor/ deus genitus: in vtroqꝫ ſacer ſpūs/ deitate ſocia. Nō tres tamē dij ſunt/ de⁹ verus vnus eſt: ſic pater dn̄s fili⁹/ ſpirituſqꝫ dn̄s. Ipſe tamē filius/ deus verus vnus eſt ꝑclarus itaqꝫ ſpiritus/ ab vtroqꝫ emanat. Proprietas in perſonis/ vnitas eſt: et in eſſentia. Maieſtas par et poteſtas/ decus/ honorqꝫ per oīa. Sydera/ maria continēs/ arua: ſimul et vniuerſa cōdita. Quē tremūt impia tartara/ colit quoqꝫ quē et abyſſus infima. Quē laudāt ſol atqꝫ luna/ dignitas adorat angelica. Nūc oīs vox atqꝫ lingua: fateatur hūc laude debita. Et nos voce precelſa/ oēs modulemur organica cantica/ dulci melodia. Eya et eya/ nunc oēs iubilemus altithrono dn̄o/ laudes ī excelſis. O venerāda trinitas. O adorāda vnitas. Per te ſumus creati/ vera eternitas. Per te ſumus redempti/ ſumma tu claritas. Populum cūctum tu protege/ ſalua libera/ eripe/ et emūda. Te adoramus omnipotens/ tibi canimus/ tibi laus et gloria. Amē. In tpe paſchali. Alleluya. ꝟ. In die reſurrectiōis mee dicit dn̄s: precedam vos in galileam. Inter aſcenſionē et pētecoſtē. Alla. ꝟ. Nō vos relinquā orphanos: vado et venio ad vos: et gaudebit cor veſtrū. Poſt oct. penthe. Alla. ꝟ. Veni ſancte ſpūs: reple tuorum corda fideliū: et tui amoris ī eis ignē accēde. Proſa vtſ. Et ita ī alijs miſſis votiuis/ niſi aliud ſignet. Vacante Alleluya. Tractus.

O Beata vera ſumma ſempiterna trinitas/ pater et filius: et ſpiritus ſanctus. ꝟ. Tibi laus/ tibi gloria/ tibi gratiarum actio: nunc et ſemper. ꝟ. Te iure laudāt te adorant et glorificant omnes creature miſerere nobis. Scdm iohānē. ro

In illo tpe. Dixit ieſus diſcipulis ſuis. Cū venerit paraclitus quē ego mittā vobis a prē ſpm̄ veritatis q̄ a prē procedit: ille teſtimonium ꝑhibebit de me: et vos teſtimoniū ꝑhibebitis: quia ab initio mecū eſtis. Hec locut⁹ ſū vobis: vt nō ſcādalizemini/ abſqꝫ ſynagogis faciēt vos. Sed venit hora: vt oīs q̄ interficit vos/ arbitretur obſequiū ſe ꝑſtare deo. Et hec faciēt vobis: q2 nō nouerunt patrē/ neqꝫ me. Sed hec locut⁹ ſū vobis: vt cū venerit hora eorū: reminiſcamini quia ego dixi vob⁹. Credo. Offer. Bn̄dict⁹ ſit de⁹ pr̄: vnigenituſqꝫ dei fili⁹: ſctūs quoqꝫ ſpūs: q2 fecit nobiſcum mīam ſuam. Secreta

Sanctifica q̄s dn̄e ꝑ tui ſancti noīs inuocationē huius oblatiōis hoſtiā: et ꝑ eā noſmetipos tibi perfice munus eternū. Per.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3

Prefatio. Qui cum unigenito.
Cõio. Benedicimus deũ celi: et coram
omnibus viuentib⁹ confitebimur ei: q̄
fecit nobiſcũ miam ſuam. **Cõplenda.**
PRoficiat nobis ad ſalutem
corporis et anime domine
deus noſter hui⁹ ſacramẽti ſuſce-
ptio: et ſempiterne ſancte trinita
tis eiuſdemq̄ indiuidue unitatis
cõfeſſio. Per dñm noſtrũ ieſum.
**¶ De venerabili ſacramento. Ad
miſſam. Introitus.**



CIbauit
eos
ex a-
dipe frumẽti
allelupa: et de
petra melle ſa
turauit eos al
lelupa all'a al-
lelupa. **Ps.** Ex-
ultate deo adiutori noſtro: iubilate deo
iacob. Gloria patri et filio et ſpiritui ſan
cto. Sicut erat. Gloria in excel. **Coll'.**
DEus qui nob' ſub ſacramẽ-
to mirabili paſſiõis tue me
moriam reliquiſti: tribue queſu-
mus: ita nos corporis et ſangui-
nis tui ſacra myſteria venerari:
vt redemptionis tue fructum in
nobis iugiter ſentiamus. Qui vi
uis et regnas cũ deo. Per om̃ia ſe
cula ſeculorũ. **Ad corinthios. i. xi.**
FRatres. Ego enim accepi a
domĩo: quod et tradidi vo
bis. Quoniam dominus ieſus in
qua nocte tradebat': accepit pa-
nem/ et gratias agens fregit et di
xit. Accipite et mãducate. Hoc eſt
corpus meũ: quod pro vobis tra-
detur. Hoc facite in meã comme-
morationẽ. Similiter et calicem
poſtq̄ cenauit dicẽs. Hic calix no
uum teſtamẽtum eſt: in meo ſan-
guine. Hoc facite: quotiẽſcũq̄ ſu-
mitis in meã commemoratione
Quotienſcũq̄ enĩ manducabitis
panẽ hunc: et calicẽ bibetis/ mor-
tem dñi annunciabitis donec ve
niat. Itaq̄ quicũq̄ mãducauerit
panem hunc: et biberit calicẽ dñi
indigne: reus erit corporis et ſan
guinis dñi. Probet autẽ ſeipſum
homo: et ſic de pane illo edat/ et de
calice bibat. Qui enim mãducat
et bibit indigne: iudiciũ ſibi man
ducat et bibit. Nõ diiudicãs cor-
pus dñi. **Gr.** Oculi oĩm in te ſperant
dñe: et tu das illis eſcã in tẽpore oportu
no. **V.** Aperis tu manũ tuã: et imples oẽ
anĩal benedictiõe. **All'a. V.** Caro mea
vere eſt cibus: et ſanguis meus vere eſt
potus. Qui mãducat meã carnẽ: et bibit
meũ ſanguinẽ: in me manet et ego in eo.
¶ **In tpe paſchali ſecũdũ.** All'a.
V. In die reſurrectionis mee dicit domi
nus: precedam vos in galileam. ¶ **In-
ter aſcenſionem et penthecoſtẽ.**
All'a. **V.** Non vos relinquã orphanos
vado et venio ad vos: et gaudebit cor ve
ſtrum. ¶ **Per octa. penthecoſten.**
Allelupa. **V.** Veni ſancte ſpiritus re-
ple tuorum corda fidelium: et tui amoris
in eis ignem accende. **Sequentia.**
ECce panis angelorũ/ fact⁹ ci-
bus viatorũ vere panis filio
rũ/ nõ mittẽdus canib⁹. In figu-
ris preſignatur/ cum iſaac immo-
latur/ agn⁹ paſche deputatur/ da
tur mãna patrib⁹. Bone paſtor
panis vere/ ieſu noſtri miſerere/

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag
226 A 3

tu nos paſce nos tuere: tu nos bona fac videre/in terra viuentium. Tu qui cuncta ſcis et vales/qui nos paſcis hic mortales: tuos ibi commenſales/coheredes et ſodales: fac ſanctorum ciuium. Amen.

Vacãte Alleluya. Tractus. Caro mea vere eſt cib?: et ſanguis meus vere eſt potus. ꝟ. Qui manducat meam carnẽ: et bibit meũ ſanguinẽ: in me manet ⁊ ego in eo. Sẽdm iohã. vi.

In illo tempore. Dixit ieſus diſcipulis ſuis et turbis iudeorũ. Caro mea vere eſt cibus: et ſanguis meus vere eſt pot?. Qui mãducat meam carnẽ: et bibit meũ ſanguinem: in me manet ⁊ ego in illo. Sicut miſit me viuens pater ⁊ ego viuo propter patrẽ. Et qui manducat me: ipſe viuet propter me. Hic eſt panis/q̃ de celo deſcendit. Nõ ſicut manducauerunt patres vr̃i manna in deſerto: et mortui ſunt. Qui manducat hunc panem: viuet in eternum. Credo.

Offr. Sacerdotes incenſum dñi et panes offerũt deo: et ideo ſancti erũt deo ſuo: ⁊ nõ polluẽt nomẽ ei? allã. Secre.

Eccleſie tue queſumus domine vnitatis et pacis propitius dona concede: que ſub oblatis muneribus myſtice deſignãtᷣ Per dñm noſtrũ ieſum. Prefatio cõmunis/vel vt quibuſdã placet. Quia per incarnati. vt in natiuitate. Cõmunio. Quotienſcũq̧ manducabitis panem hũc et calicem bibetis mortem dñi annunciabitis/donec veniat: itaq̧ quicũq̧ mãducauerit panẽ/vel biberit calicem dñi indigne reus erit corporis ⁊ ſanguinis dñi allã. Cõplenda

Fac nos queſumus domine: diuinitat? tue ſempiterna fruitione repleri: quam precioſi corporis et ſanguinis tui temporalis perceptio prefigurat. Qui viuis et regnas cum. Per omña.

¶ De eterna ſapiẽtia. Introitus

Lex domini irreprehẽſibilis cõuertẽs animas teſtimoniũ domini fidele: ſapiẽtiã pſtans paruulis. ps. Celi enarrant gloriam dei: et opera manuum eius annunciat firmamentum. Gloria pr̃i et filio: et ſpiritui ſctõ. Coll.

Deus qui per coeternã tibi ſapiẽtiam hominem cũ nõ eſſet condidiſti: perditumq̧ miſericorditer reformaſti: pſta queſumus: vt eadem pectora noſtra inſpirante: te tota mente amemus vt ad te corde toto curram?. Per eundem. lectio libri ſapientie. ix.

In diebus illis. Orauit ſalomon dicens. Deus patrũ noſtrorum: et domine miſericordie/qui feciſti omnia verbo tuo: et ſapientia condidiſti hominem: vt dominaretur creature: que a te facta eſt: vt diſponat orbem terre in equitate et iuſticia: et in directiõe cordis iudicium iudicet: da michi ſedium tuarum aſſiſtricem ſapientiã: et noli me reprobare a pueris tuis: quoniã ſeruus tuus ego ſum: et filius ancille tue. Gr. Initium ſapientie timor domini: intellectus bonus omnibus facientibus eũ: laudatio eius manet in ſeculum ſeculi. Alla. Dilectio eius cuſtodia legum eſt: quia omnis ſapientia timor domini.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3

Miſſa de nomine ieſu.

Alleluya. Dominus ſapientia fundauit terram: ſtabiliuit celos prudētia. ¶ Tpe paſcha. In die. ✠c. ¶ Infra aſcēſio. et penthe. Non vos. ✠c. vſt Infra ſeptuageſimam. Tractus.

Mitte dn̄e ſapientiam de celis ſanctis tuis: et a ſede magnitudinis tue vt mecum ſit et mecū laboret: et ſciā quid acceptum ſit apud te. ℣. Scit illa enim et intelligit et deducet me in operibus meis ſobrie: et cuſtodiet me ī ſua potentia: et erunt accepta opera mea. ℣. Senſum tuum quis ſciet/niſi dederis ſapientiam: et miſeris ſpiritū ſctm̄ tuū de altiſſimis. ℣. Nam p ſapiētiam ſanati ſunt quicunqꝫ tibi placuerūt ab initio. Secundum Mattheum. xi

In illo tempore. Reſpōdēs ieſus/dixit. Confiteor tibi pater domīe celi et terre: quia abſcōdiſti hec a ſapientibus et prudentibus: ✠ reuelaſti ea paruulis. Ita pater: quoniā ſic placitū fuit ante te. Omnia michi tradita ſunt a patre meo. Et nemo nouit filiū niſi pater: neqꝫ patrem quis nouit niſi filius: ✠ cui voluerit filius reuelare. Venite ad me om̄es qui laboratis et onerati eſtis: et ego reficiam vos. Tollite iugum meum ſuper vos: ✠ diſcite a me: quia mitis ſum et humilis corde: et inuenietis requiem animabus veſtris. Iugum enim meum ſuaue eſt: et onus meum leue. Offe. Sup ſalutem et omnem pulchritudinem dilexi ſapientiam et propoſui pro luce habere illam: venerunt autem michi om̄ia bona pariter cum illa. Secreta.

Sanctificetur queſumus domine huius noſtre oblatiōis munus tua cooperante ſapientia: vt tibi placere poſſit ad laudē: et nobis proficere ad ſalutem. Per dominū noſtrū ieſum chriſtū filiū. Cōmunio. Dixi ſapiētie ſoror mea es: et prudentiam vocaui amicam meam. Cōplēda.

Infunde queſum⁹ domine deus per hec ſacramenta que ſumpſimus cordibus noſtris lumen tue ſapientie: vt te veraciter agnoſcamus: et fideliter diligamus. Per eundem dn̄m noſtrum ieſum chriſtū filiū tuū.



¶ Quicunqꝫ hanc miſſam ſubſcriptam celebrat: habebit tria millia annorum indulgentiarum cōceſſa a bonifacio papa ſexto. De nomine ieſu. Ad miſſam. Introitus

In nomine ieſu om̄e genu flectatur/celeſtium/terreſtrium: ✠ infernorum: et omnis lingua cōfiteatur: q

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag
226 A 3

dominus noſter ieſus chriſtus in
gloria eſt dei patris. Ps. Laudate do
minũ quoniã bonus eſt dñs: pſallite no
mini eius quoniam ſuaue. Gloria patri
et filio et ſpiritui ſctõ. Sicut erat. Coll.

Deus qui glorioſiſſimũ no-
men ieſu chriſti unigeniti fi
lij tui feciſti fidelibus tuis ſũmo
ſuauitatis affectu amabile: ⁊ ma
lignis ſpiritibus tremẽdum atq
terribile: concede ꝓpitius: ut oẽs
qui hoc nomen ieſu deuote vene-
rantur in terris / ſancte cõſolatio-
nis dulcedinem in preſenti perci-
piant: et in futuro gaudium exul
tatiõis: et interminabilis iubila-
tionis obtineãt. Per eũdẽ dñm
noſtꝝ ieſũ. Lect. actuũ aploꝝ. iiij.

In diebus illis. Petrus reple-
tus ſpũ ſctõ dixit. Principes
populi et ſeniores iſrl' audite. Si
nos hodie diiudicamur ĩ benefa-
cto hoĩs ĩfirmi: in quo iſte ſaluus
factus eſt: notum ſit omnibus vo
bis / et omni plebi iſrael: quia in
nomine dñi noſtri ieſu chriſti na-
zareni quem vos crucifixiſt⁹: quẽ
deus ſuſcitauit a mortuis: in hoc
iſte aſtat corã vobis ſan⁹. Hic eſt
lapis qui reprobatus eſt a vobis
edificantibus. qui factus eſt in ca
put anguli: ⁊ nõ eſt in alio aliquo
ſalus: nec enĩ eſt aliud nomen ſub
celo datũ hominibus in quo opor-
teat nos ſaluos fieri. Gr. Cõſtituit
dñs deus pater ad dexterã ſuam ieſum
xp̃m in celeſtibus: ſup omnẽ principatũ
poteſtatem / virtutem / et dominationẽ: ⁊
ſuper omne nomẽ quod nominatur: nõ
ſolum in hoc ſeculo / ſed etiam in futuro
⁊ oĩa ſubiecit ſub pedibus eius. V. Ad
iuua nos deus ſalutaris noſter: ⁊ ꝓpter
gloriam nominis tui libera nos: et pro-
pitius eſto peccatis noſtris: propter no-
men tuũ dñe. Alla. V. Dulce nomẽ do
mini noſtri ieſu chriſti / melos in aurib⁹:
mel in eſu / cor vertit in iubilum: et fugat
mundi ſibilum. ¶ In tpe paſcha.
Alla. V. Surgẽs dñs ieſus noſter: ſte-
tit in medio diſcipulorum ſuorum et di-
xit eis: pax vobis alleluya. Sequẽtia.

Dulcis ieſus nazaren⁹: iudeo-
rum rex amenus / pius / pul-
cher / floridus. Pro ſalute ſue gẽ-
tis: ſubit mortem cum tormen-
tis / factus pallens / liuidus. Dul-
ce nomen et cognomen / hoc tran
ſcendens eſt prenomẽ / omnibus
nominibus. Mulcet reos ſanat
eos / fouet reos mũdat eos: ſeruat
ab inſultibus. Huius regis ſub
vexillo / ſtatu degis in tranquillo
hoſtes tui fugiunt. Nomen ieſu
meditatum / belli fugat appara-
tum / hoſtes victi rugiũt. Hoc eſt
nomen recolendũ / quod ſic ſemp
eſt tremendum / malignis ſpiriti-
bus. Hoc eſt nomẽ ſalutare / et ſo
lamen ſingulare: quod ſuccurrit
triſtibus. Hoc nos decet hono-
rare / archa cordis inſerare / cogi-
tare / peramare: amore / ſed heroi-
co. Ignati⁹ hoc docuit / illud paſ-
ſus inſonuit / cor eius ſciſſum pa-
tuit: inſcriptũ ieſu celico. Ut qd
maiora cupimus: q̃ꝙ ꝙ ieſus ſit in
tim⁹ / q̇ eſt ꝑamãtiſſim⁹: et querit
nos amare. Amat feruẽtiſſime /
amat ↄſtãtiſſime / amat fideliſſĩe:
⁊ ſuos vult iuuare. Nomen ſuũ
fecit tale: vt ſit cũctis cordiale / ca-
pitale ꝑncipale: dilectũ ex itimis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3

Miſſa de nomine ieſu.

Habēt hoc nature iura vt amā-
tem tota cura: reamem⁹ placitu-
ra/preſtantes examinis. Ieſu no
mē omne bonū: tenet dulcē facit
ſonū/ꝓmeretur regni thronū/au
ditū letificat. In hoc lucet ſplen-
dor patris/in hoc patet decor ma
tris/ in hoc fulget honor fratris:
hoc fratres magnificat. Caput
ieſu/cor/mēs/man⁹/vulnus/liuor/
ſanguis planus:pedes/corpus/vi
gor ſanus/parātur hoībus. Hec
torquētur paſſa dura/hijs leſura
⁊ natura:reparātur pia cura pur
gatis criminibus. Ergo ſi quis
velit ſcire/quare nomē ieſu mire/
facit bonos cōcupire/ ſui inheren
tiā. Ieſus pulcher in decore:ſum-
me bonus ī valore/mitis/ lenis cū
dulcore:pronus ad clementiā. Ie
ſus eſt rex generoſus/ieſus forma
ſpecioſus/ieſus lingua gracioſus
et mirandus opere. Ieſus fortis
animoſus/ieſus pugil vigoroſus
ieſus donis copioſus/ et gaudet
tribuere. Ieſus pie viſceroſus/ie-
ſus ductor luminoſus/ ieſus eſt
delicioſus: et ſapit dulciſſime. Ie
ſus fama glorioſus/ ieſus cunctis
fructuoſus/ieſus totus virtuoſus
fouet ſuos optime. Sūmus po-
tens in vigore/ſummus celſus in
honore/ſummus gratus in amo-
re:omnē laudē optinet. In ſcien-
do ſūme ſapit/ambiēdo cūcta ca-
pit/diligēdo corda rapit:et illata
retinet. Spa nobis nomē gratū
dulcis ieſus appellatū/ ſic ī corde
ſit firmatum: vt non poſſit erui.
Hoc reatū peccatorū/tollat/pre
ſtet iubilorum/ odas ſede beato-
rum:donet nobis perfrui. Amen.
Tractus ſequens dr̄ in.lxx.et.xl.
Dulce nomē ieſu chriſti; felix omē
ferens triſti: iocundās mentē in-
bilo. ꝟ. Tollit luctū affert fructū:et ab-
ductū et ſeductū;purgat cor a nubilo. ꝟ.
Nominatū inuocatū: honoratū p̄dicatū
ſemper ſonat dulciter. ꝟ. Tam peccatū
q̄ꝫ reatū/ condonatū expurgatū: reddit
mulcens leniter. ꝟ. Hoſtes ferit/ mores
ferit/mala terit graues gerit plenum eſt
preſidium. ꝟ⁹. Nos defendit/ nos accen-
dit/nos intendit et extendit: hoc nomen
in gaudium. Secūdū Mattheum.
In illo tpe. Angel⁹ dn̄i appa-
ruit in ſomnis ioſeph dicēs.
Joſeph fili dauid: noli timere ac-
cipere mariā coniugē tuā. Quod
enī ī ea natū eſt: de ſpiritu ſancto
eſt. Pariet aūt filiū: ⁊ vocabis no
mē eius ieſum. Ipſe enī ſaluū faci
et populū ſuū: a peccatiſ eoꝝ. Hoc
aūt factū eſt: vt impleretur qđ di
ctum eſt a dn̄o per ꝓphetā dicen-
tem. Ecce virgo cōcipiet in vtero:
⁊ pariet filiū: et vocabitur nomē
eius emanuel/ quod interp̄tatur
nobiſcū deus. Offꝛ. In nomine ieſu
demonia eijcient: linguis loquentur no
uis: ſerpentes tollent:et ſi mortiferū qđ
biberīt nō eis nocebit: ſup egros man⁹
imponēt:et bene habebūt alla. Secre.
In veneratiōe dilectiſſimi fi-
lij tui ieſu chriſti dn̄i nr̄i: tibi
deus pater miſericordiarū deuo
tis mentibus hoſtias immolam⁹
ſuppliciter dep̄cantes: vt eaꝝ vir-
tute cūctis egētibus preſtent au-
xiliū: et in eodē noīe delectantes
ſalutarē ſui propoſiti conſequā-
tur effectū. Per. Prefatio. Quia p

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag
226 A 3

carnati. Cōio. Vincenti dabo māna abſconditū: et dabo illi calculū cādidū ꝛ in calculo nomen nouū ſcriptū: qđ nemo ſcit/ niſi qui accipit. Complēda.

Sacroſancta myſteria que ſūpſimus dñe in honorē nōis complacentiſſimi filij tui dñi noſtri ieſu chriſti deuotis precordijs recolētes queſumus: vt incremēta ſpiritualis exultationis accumulent: et affectū noſtrū ad hoc ſalutiferum nomē nobis iugiter imprimendū accendāt: ꝛ ad iubilandū in ieſu ſalutari noſtro dulciſſimo: totius mētis attentionē promoueāt. Per eundem dñm.

¶ Dicto Ite miſſa eſt. vertat ſe ſacerdos ꝛ dicat orationē ſequētē.

Per ſingulos dies benedicimus tibi. Et laudabo nomē tuū in ſeculū ſeculi. ℣. Laudabo nomē dei cū cantico. Et magnificabo eū ī laude. ℣. Sit nomē dñi benedictū. Ex hoc nūc et vſqꝫ in ſeculū. ℣. Narrabo nomē tuū fratribus meis. Et in medio eccleſie laudabo te. Dñe exaudi. Dñs vobiſ. Collā.

Domine ieſu chriſte in cuius ditiōe cūcta ſunt poſita: et nō eſt qui poſſit reſiſtere volūtati tue: qui dignatus es naſci/ mori ꝛ reſurgere ꝑ myſteriū ſacratiſſimi corporis tui: et per qnqꝫ vulnera: et effuſionem ꝓcioſi ſanguinis tui: miſerere nobꝫ ſicut tu ſcis neceſſariū eſſe aīabus et corporibus noſtris: libera nos a diaboli temptatione: ꝛ ab oībus quibus nos anguſtiatos eſſe cognoſcis: noſqꝫ in ſeruitio tuo vſqꝫ in finē cōſerua atqꝫ corrobora: et veram emendationē/ ſpaciūqꝫ vere penitētie nobis tribue: et remiſſionē oīm peccatorꝝ poſt obitū largire ꝛ fac fratres/ ſorores/ amicos ꝛ inimicos nr̄os inuicē diligere: et cū oībus ſanctis tuis in regno tuo ſine fine gaudere. Qui cū deo pr̄e

Deīde bn̄dicat pplō vt morꝫ eſt.

¶ De qnqꝫ vulneribꝰ xp̄i. Intro.

Humiliauit ſemetipſum dn̄s noſter ieſus chriſtus vſqꝫ ad mortē: mortē aūt crucis/ ꝓpter qđ et deus exaltauit illū: et donauit illi nomē qđ eſt ſup omē nomē. ps. Miſericordias dñi: in eternū cantabo. Gloria pri. Gloria in excelſis dicit᷑. Collecta.

Domīe ieſu chriſte fili dei viui: q̄ de celo ad terrā de ſinu patris deſcendiſti: et in ligno crucis qnqꝫ plagas ſuſtinuiſti: et ſanguinē tuū precioſum in remiſſionē peccatorū noſtrorꝝ effudiſti: te humiliter deꝓcamur: vt in die iudicij ad dexterā tuam ſtatuti a te audire mereamur illā vocē dulciſſimā. venite benedicti in regnum patris mei. Qui cū eodē deo patre viuis et regnas ī vnitate ſpūs ſctī deꝰ. Per. lec. zacharie pph̄. xij

Hec dicit dñs deus. Effundā de ſpū meo ſup domum dauid: et ſuper habitantes hieruſalē ſpm̄ gr̄e et miſerationis ꝛ aſpicient ad me quē cōfixerūt et plangent eū planctu quaſi ſup vnigenitū: et dolebūt ſup eū vt dolere ſolet ī morte primogeniti. In die illa erit planctus magnus in hieruſalē: et dicetur ei. Que ſunt iſte plage in medio manuum tuarū.

Q

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3

De quinqꝫ vulneribus chriſti.

Et dicet eis. His plagatus ſum in
domo eoꝝ qui me diligebãt. Fra=
mea ſuſcitare ſup paſtorẽ meũ: ⁊
ſup virũ coherẽtẽ michi dicit dñs
exercituum. Percutiã paſtorẽ: et
diſpergentur oues gregis. Dicit
dñs exercituũ. Grꝫ. Improperium ex
pectauit cor meũ et miſeriã et ſuſtinui: q̃
ſimul cõtriſtaretur et nõ fuit: cõſolantẽ
me queſiui et nõ inueni. ꝟ. Et dederunt
in eſcã meã fel: et in ſiti mea potauerũt
me aceto. Alla. ꝟ. Aue rex noſter ieſu
chriſte: tu ſolus nr̃os errores et reatꝰ mi
ſeratus pertuliſti: patri obediens ductꝰ
es ad crucẽ: vt agnus mãſuetus ad occi=
ſionẽ: tibi gloria: oſanna tibi ſumme lau
dis et honeſtatis corona. Tractus.

Iudica me deus ⁊ diſcerne cauſam
meã de gẽte nõ ſcã ab hoĩe iniquo
⁊ doloſo eripe me. ꝟ. Quia tu es deꝰ for
titudo mea quare me repuliſti: et quare
triſtis incedo dũ affligit me inimicꝰ. ꝟ.
Teſtes enĩ iniq̃ inſurrexerũt aduerſum
me: et mẽtita eſt iniq̃tas ſibi. ꝟ. Supra
dorſum meũ fabricauerũt peccatores: ꝓ
longauerũt iniq̃tatẽ ſuã. ꝟ. Ipſi vero cõ
ſiderauerũt et inſpexerũt me: diuiſerũt
ſibi veſtimẽta mea: et ſup veſtẽ meã mi
ſerũt ſortẽ. ꝟ. Foderũt manꝰ meas ⁊ pe
des meos: et dinumerauerunt oĩa oſſa
mea: et dolorem ſuper dolorem vulneri
bus meis addiderunt. Sequentia.

Cenã cum diſcipulis xp̃e cele
braſti: ⁊ mortẽ apl̃is palam
nunciaſti: et auctorẽ ſceleris iudã
demõſtraſti: et egreſſus ꝓtinꝰ or=
tulũ intraſti. Tũc ꝓcidẽs dñs hu
mo ſe ꝓſtrauit: et trãſferri calicẽ a
ſe poſtulauit: ſed pr̃is arbitrio il=
lud cõmẽdauit: ⁊ ecce mox langui
nis ſudor emanauit. Iudas poſt
hoc oſculũ ori dedit xp̃i/ ad q̃d in=
quit dñs amice veniſti/ nũq̃d tra=
des oſculo quẽ iã vẽdidiſti aſſiſtẽ=
tes ꝓtinus irruũt miniſtri. Nox
inſomnis itaqꝫ illa ducebatꝛ: nul
la prorſus req̃es ieſu p̃ſtabatꝛ ma
giſtroꝝ ipia plebs ĩiuriatꝛ: alapis
⁊ colaphis innocẽs mactatꝛ. Dũ
ieſũ eripere pilatꝰ conatꝛ iudeoꝝ
furia magis inflãmatꝛ: ⁊ tumultꝰ
ppl̃i ingẽs excitatꝛ: et plebis vox i
tonat vt crucifigatꝛ. Tradit꜀ mi=
litibꝰ vinculis artatꝛ: vndiqꝫ vbe
ribus corpꝰ cruẽtatꝛ: caput regis
gl̃ie ſpinis coronatꝛ: poſtq̃ flexis
genibꝰ q̃ſq̃s irritatꝛ. Ecce caro te
nera pij ſaluatoris: ad colũnã ne
q̃ter coartatꝛ loris: ſic flagellis ce=
ditꝛ ĩpij tortorꝫ/ ꝙ emanãt riuuli
vndiqꝫ cruoris. Poſt ꝓ vrbis me
diũ ieſus ꝓcedebat: et crucis pati
bulũ hũeris ferebat: ad fores ad
hoſtia ppl̃s fluebat/ eiuſqꝫ cõfuſio
oĩbꝰ patebat. Ad pudoris tumu
lũ ieſu denudaris: et ventis ac fri
gori nudꝰ ſpoliaris innocẽs cũ i=
pijs ĩ cruce dãnaris: et quaſi dux
ſceleris medio locaris. Tenſis li=
gno brachijs manus cõclauãtur
cruci caro trucibꝰ clauis tractabã
tur/ nerui/ vene ſimili mõ laniãtꝛ:
pedes/ plãte etiã ferro cõcauantꝛ.
Loquens ieſus poſtea ſitio dice
bat ⁊ acetũ ꝓtinꝰ felle ꝯmiſcebat q̃
ac ĩfuſũ ſpõgie ori porrigebat q̃d
deguſtãs paululum ſumere nole=
bat. O ieſu mirifice q̃d eſt q̃d age
bas: tu de ſiti cõq̃rẽs/ de cruce ſile=
bas: nũq̃d hũc dolorẽ magꝰ ſentie=
bas aut ſalutẽ poti ͦnr̃aꝫ ſitiebas
Vocẽ promẽs vltimã patrẽ iuo

caſti/ſpũmq; manib⁹ ei⁹ cõmẽdaſti cũ clamore valido tãdẽ expiraſti/ ſic ſalutẽ oĩm opus cõſummaſti. Nũc ego ſupbio/ tu humiliaris: ego culpas ppetro/ tu pena grauaris/ego pomũ mordeo/ tu felle potaris/ ego peto mollia/ tu dire tractarꝭ. Nemũ cui⁹ valeat mẽs vel lingua fari/ vgo int⁹ credit² q̃ tũ cruciari/ dũ cernit iã mortuũ latus vulnerari: atq; nati viſcera lãcea rimari. Corpus q̃dẽ mortuũ iã nil ſentiebat/militis ſed lãcea pect⁹ infigebat q̃ fixã in filij latere videbat vnde aq̃ ſanguine mixta effluebat. Fundũt riuos ſanguinis fõtes ſaluatoris/ pperãs huc aĩa currat pctõris: ⁊ hauriat q̃ſp iã ſacrati liquorꝭ quo frequenter liniat vulnera doloris. Ad hũc ergo ppera fontẽ ſaluatoris vt fluẽtes ĩpleas viſcera dulcoris / atq; vite lauacrum p̃cium cruoris/hinc tui curatio profluat languoris. Scdm Johannẽ. xix.

In illo tpe. Sciens ieſus quia iã oĩa cõſũmata erãt de ipſo vt cõſummaret² ſcriptura dixit. Sitio. Vas ergo erat poſitũ aceto plenũ. Illi aũt ſpõgiã plenam aceto yſopo circũponentes: obtulerũt ori ei⁹. Et cũ accepiſſet ieſus acetũ dixit. Cõſummatũ eſt. Et inclinato capite tradidit ſpm̃ Iudei ergo qm̃ paraſceue erat: vt nõ remanerẽt ĩ cruce corpora ſabbato: erat enĩ magn⁹ dies ille ſabbati: rogauerũt pilatũ vt frangerẽtur eoꝝ crura et tollerẽtur. Venerũt ergo milites et pmi q̃dẽ fregerũt crura: ⁊ alterius q̃ crucifix⁹ eſt cũ eo. Ad ieſũ aũt cũ veniſſent vt viderũt eũ iã mortuũ nõ fregerũt eius crura. Sed vn⁹ militũ lãcea latus eius aperuit: et cõtinuo exiuit ſanguis et aqua. Et q̃ vidit teſtimoniũ phibuit: et verũ eſt teſtimoniũ eius. Offer. Inſurrexerũt in me teſtes iniqui abſq; mĩa queſierũt me interficere: et nõ pepercerũt in faciẽ meã ſpuere: et lãceis ſuis vulnerauerũt me: et cõcuſſa ſunt oĩa oſſa mea. Secre.

Domine ieſu chriſte q̃ p mũdi redẽptione crucis lignũ aſcendiſti: vt vniuerſus mũdus q̃ in tenebris erat illuminaretur: illã q̃s lucẽ in aĩas nr̃as et corpora infũde: p quã ad eternã lucẽ puenire mereamur. Qui cũ patre et ſpũ ſctõ viuis. Prefatio. Qui ſalutẽ. Cõio. Foderũt man⁹ meas ⁊ pedes meos: et dinumerauerũt oĩa oſſa mea.

Domine ieſu chriſte (Cõplẽ. qui hora diei ſexta p redemptiõe mũdi crucis patibulũ aſcẽdiſti: et ſanguinẽ tuũ p̃cioſum in remiſſionẽ peccatoꝝ noſtrorũ fudiſti: te humiliter dep̃camur: vt p tue paſſiõis et vulnerũ tuoꝝ merita poſt obitũ noſtꝝ paradiſi ianuã gaudẽter mereamur ĩtroire. Qui cũ deo pr̃e et ſpũ ſctõ viuis.



¶ In feſto pconie ſaluatoris dñi q̃n ymago ei⁹ a iudeis fuit pcuſſa: quod ſeruat². xix. die nouembris. Introitus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag
226 A 3

In Feſto pconie domini.

Gaudeamus oẽs in
dño diem feſtum cele
brantes ſub honore
paſſionis ymaginis
dñi ſaluatoris ĩ quo
eſt ſalus vita et reſurrectio nr̃a p
quẽ ſaluati et liberati ſumus. **Ps.**
Deus miſereatur noſtri ⁊ benedicat no-
bis: illuminet vultũ ſuũ ſup nos et miſe
reatur nr̃i. Gloria. Gl̃ia in excel. **Col.**

Maieſtatẽ tuã clemẽs et ops
deus ſuſis p̃cibus exoram⁹:
vt ſicut paſſionẽ ymagis dñi ſal-
uatoris cũ pia deuotione hodier
na die fideliter recolim⁹: ita a cun
ctis erepti demonũ aduerſitati-
bus ſemper tibi placere valeam⁹
Per eundẽ. **Ad galathas.** v. et. vi.

Fratres. Cõfido de vobis in
dño: q nichil aliud ſapietis
Qui autẽ cõturbat vos: portabit
iudiciũ quicũqȝ eſt ille. Ego autẽ
fratres ſi circũciſionẽ adhuc p̃di-
co: quid adhuc pſecutionẽ patior
Ergo euacuatũ eſt ſcandalũ cru-
cis. Vtinã et abſcidãtur: qui vos
cõturbãt. Quicũqȝ eñi volũt pla-
cere in carne: hij cogũt vos circũ-
cidi: tñ vt crucis chriſti pſecutio-
nẽ nõ paciantur. Neqȝ eñi qui cir
cũcidũtur legẽ cuſtodiunt: ſed vo
lunt vos circũcidi: vt in carne ve-
ſtra glorientur. Michi aũt abſit
gloriari / niſi in cruce dñi nr̃i ieſu
chriſti: p quẽ michi mũdus cruci-
fixus eſt: et ego mũdo. **Gr.** Salua-
tor mũdi ſalua nos oẽs p virtutẽ ſancte
crucis. **V.** Qui ſaluaſti petrũ in mari mi
ſerere nobis. **All'a.** **V.** Dicite in natio-
nibus: quia dñs regnauit a ligno.

In illo tpe. Dixit (**Se. ioh.** xij.
ieſus turbis iudeoꝝ. Nũc iudiciũ
eſt mundi: nũc princeps hui⁹ mũ
di eiicietur foras. Et ego ſi exalta
tus fuero a terra: oĩa traham ad
meipſum. Hec aũt dicebat: ſigni-
ficãs q̃ morte eſſet moriturus. Re
ſpõdit ei turba. Nos audiuimus
ex lege: qr xp̃s manet ĩ eternũ. Et
quõ tu dic⁹: oportet exaltari filiũ
hoĩs. Et q̃s eſt iſte fili⁹ hoĩs: Dixit
ergo eis ieſus. Adhuc modicũ lu-
men in vobis eſt. Ambulate dũ lu
cem habetis: vt nõ tenebre vos cõ
prehẽdant. Et q̃ ambulat in tene
bris: neſcit quo vadat. Dũ lucem
habetis credite in lucẽ: vt filij lu-
cis ſitis. **Offer.** Protege dñe plebẽ tuã
p ſignũ ſancte crucis ab oĩbus inſidijs
inimicorũ omniũ: vt tibi gratã exhibea-
mus ſeruitutem: et acceptabile tibi fiat
ſacrificium noſtrum. **Secreta.**

Hoſtias tibi dñe placatiõis
⁊ laudis offerẽtes ſuppliciter im
ploram⁹: vt plebs tua chriſtiane
fidei dedita celebrando glorioſe
ymaginis filij tui paſſionẽ: eter-
nam vitam cõſequi mereat᷑. Per
eũdem. **Prefatio de ſancta cruce.**
Cõio. Redemptor mundi ſigno crucis
nos ab oĩ aduerſitate cuſtodi: qui ſalua
ſti petrũ ĩ mari miſerere nobis. **Cõpl.**

Noſtre ſalutis ſumẽtes my-
ſteria piiſſime de⁹: tua nos
protegat clementia deprecantes
vt ſicut venerãde ymaginis filij
tui dñi ſaluatoris mirabilem ho-
dierna die celebramus triũphũ:
ita quoqȝ ab oĩni infeſtatione ini
quorum ſpirituũ erepti inceſſan
ter adhereamus laudibus tuis.
Per eundem dñm noſtrũ ieſum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag
226 A 3

¶ De ſancta cruce. Introitus.

NOs autē gl'iari oportet in cruce dñi nr̄i ieſu chriſti: ī quo eſt ſalus vita ꝛ reſurrectio noſtra: ꝑ quē ſaluati ꝛ liberati ſumus. ps. Deus miſereatur noſtri et benedicat nobis: illuminet vultū ſuū ſuper nos ꝛ miſereat' noſtri. Gloria patri ꝛ filio ꝛ ſpi.



Gloria in excelſis dicitur. Colla.

DEus qui vnigeniti filij tui dñi noſtri ieſu chriſti: precioſo ſanguine viuifice crucis vexillum ſanctificare voluiſti: concede queſumus: eos qui eiuſdē ſancte crucis gaudēt honore: tua quoqꝫ vbiqꝫ protectione gaudere. Per eundem dñm. Ad philippēſes. ij.

FRatres. Chriſtus factus eſt pro nobis obediēs vſqꝫ ad mortē: mortem autē crucis. Propter quod ꝛ deus exaltauit illū: ꝛ donauit illi nomē/ quod eſt ſuper omne nomē: vt in noīe ieſu omne genu flectatur: celeſtiū/ terreſtriū/ ꝛ infernorū. Et omnis lingua cōfiteat': quia dñs noſter ieſus chriſtus: in gloria eſt dei patris. Gr.

Chriſtus factus eſt pro nobis obediens vſqꝫ ad mortem: mortem autem crucis. V. Propter quod et deus exaltauit illū ꝛ dedit illi nomen quod eſt ſuper omne nomen. Alleluya. V. Dulce lignum dulces clauos/ dulcia ferens pondera: que ſola fuiſti digna/ ſuſtinere regē celorum et dominum. Sequentia.

SAlue crux laudabilis/ arbor admirabilis: et plena dulcedine. Arbor vna nobilis/ cui nulla ſimilis/ fronde flore germine. O crux arbor inclita/ chriſti membris predita/ et ſacrata ſanguine. Per te vita reddita/ dudū ligno perdita/ prime matris crimine. Virga mare reſerans/ iſraelem liberans/ moyſi regimine. Que petra degenerans/ ſitim eſtū temperans/ dulci manat flumīe. O crux vere lux luminum/ medela peccaminū/ mundū replet lumīe. Debellatrix demonū/ mentem purgans hominum/ veteri caligine. Summe rex celeſtium/ per tuum auxilium: et in tuo nomine. Ab incurſu omniū/ nobis aduerſantiū/ ꝓtege nos dñe. Amē. Tract'.

LAudate dñm omnes gentes: laudate eum omnes populi. V. Quoniā cōfirmata eſt ſup nos mīa ei': ꝛ veritas dñi manet in eternū. Se. Matthe. xx.

IN illo tpe. Aſcēdēs ieſus hieroſolymā: aſſumpſit duodecim diſcipulos ſuos ſecreto: et ait illis. Ecce aſcendimus hieroſolymam: et filius hominis tradetur principibus ſacerdotū et ſcribis: ꝛ condemnabunt eum morte. Et tradent eum gētibus ad illudendum: et flagellādum/ et crucifigēdum: et tertia die reſurget. Offer.

Protege dñe plebem tuam per ſignum ſancte crucis/ ab oībus inſidijs inimicorum omnium: vt tibi gratam exhibeamus ſeruitutem: et acceptabile tibi fiat ſacrificium noſtrum. Secreta.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag
226 A 3

De Spinea corona domini.

Hec oblatio dñe ab omĩbus
nos purget offẽſis: que in
ara crucis immolata etiam toti⁹
mundi tulit offenſam. Prefa. de
ſancta cruce. Cõio. Nos aũt gloriari
oportet in cruce dñi nr̃i ieſu xp̃i. Secre.
Adeſto nobis queſum⁹ dñe
deus nr̃: et quos ſancte cru
cis letari feciſti honore: ei⁹ quoq̃
perpetuis defẽde ſubſidijs. Per.
¶ De ſpinea corona dñi. Introi.
Gaudeamus omẽs in
domino diem feſtum
celebrãtes ſub hono-
re corone dñi: de cui⁹
ſolennitate gaudẽt
angeli: ⁊ collaudant filiũ dei: alle
luya alleluya. Ps. Oẽs gẽtes plau-
dite manib⁹: iubilate deo in voce exulta
tionis. Gloria patri ⁊ filio ⁊ ſpi. Colla.
Preſta q̃s oĩpotẽs deus: vt
q̃ in memoriã paſſiõis dñi
noſtri ieſu chriſti coronã eius ſpi-
neã veneramur in terris: ab ipſo
gloria et honore coronari merea
mur in celis. Qui tecũ viuit et re-
gnat. Lect. libri ſapiẽtie. iij. et. iiij.
Lectulũ ſalomonis ſexagin
ta fortes ambiũt ex fortiſſi
mis iſrael: oẽs tenẽtes gladios et
ad bella doctiſſimi. Vniuſcuiuſq̃
enſis ſup femur ſuũ: pp ter timo-
res nocturnos. Ferculũ fecit ſibi
rex ſalomon: de lignis libani. Co-
lumnas eius fecit argẽteas: recli-
natoriũ aureũ: aſcenſum purpu-
reũ / media charitate conſtrauit:
pp ter filias hier'lm. Egredimini
⁊ videte filie ſyon regẽ ſalomonẽ
in diademate quo coronauit eũ
mater ſua in die deſponſatiõis il
lius ⁊ in die leticie cordis ei⁹. Quã
pulchra es amica mea: q̃ pulchra
es et decora. Oculi tui colũbarũ:
abſq̃ eo quod intrinſecus latet.
Veni de libano ſponſa mea: veni
de libano: veni coronaberis. Gr.
Corona aurea ſup caput ei⁹ expreſſa ſigno
ſctitatis gl'ia honoris ⁊ op⁹ fortitudinis
V. Qm̃ p̃ueniſti eũ in bñdictiõib⁹ dulce-
dinis: poſuiſti i capite ei⁹ coronã de lapi
de p̃cioſo. Alla. V. Diadema ſpineũ ve
neremur hodie cui⁹ p aculeũ ſertũ datur
gl'ie. T pe paſ. Alla. V. Surrexit xp̃s
et illuxit pplo ſuo quẽ redemit ipſe ſan-
guine ſuo. Poſt aſcẽ. Alla. V. Aſcen-
dẽs xp̃s i altũ captiuã duxit captiuitatẽ
dedit dona hominibus. Sequentia.
Speciali gl'ia / cũctis i memo-
ria xp̃i ſit marteyriũ. Dulcis
recordatio / qualis amicatio fuit
illud oim. Homo pẽſa ſuauit / p
te xp̃s grauit / paſſus eſt ſuſpẽdiũ.
Claui / crux ⁊ lãcea / fel arũdo / ſpõ
gia ſint i viſu mẽtiũ. Plus coro-
na ſpinea / rubẽs et ſanguinea / ſa-
crũ plectẽs craneum. Lotrix nr̃i
criminis / victrix orchi lumis / ſub-
leuãs exitiũ. Florũ flos egredit'
ſpinã q̃ flos ledit' / in ſalutis gau-
diũ. Hãc vt crucem dñs tactu ſa-
crat nõ min⁹ ſit p̃contũ. Ex hãc
tĳpat moiſi fertis maõ ylay ſaul
cingẽs filiũ. Hãc diuine gr̃e / ſup
plicemus facie / frui dei celeſtium.
Secundum Johannem. Cap. rix.
In illo tpe. App̃hẽdit pylat⁹
ieſũ: et flagellauit. Et milites ple-
ctẽtes coronã de ſpinis: ipoſuer't
capiti ei⁹: et veſte purpurea circũ-
dederunt eum. Et veniebant ad
eũ: ⁊ dicebant. Aue rex iudeorum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag
226 A 3

Et dabant ei alapas. Exiuit iterū
p pylatus foras: ꝛ dixit eis. Ecce ad
duco eū vobis foras: vt cognoſca
tis: quia in eo nullā cauſam inue-
nio. Exiuit ergo ieſus portās ſpi
neā coronā: et purpureū veſtimē
tū. Offer. Gloria ꝛ honore coronaſti eū
et cōſtituiſti eum ſuper opera manuum
tuarum domine alleluya. Secreta.
T Votū militū rex oīps virtu-
tē corrobora: vt hij quos in
huius mortalitatis ſtadio vnige
niti filij tui corona letificat: cōſū-
mato curſu certaminis: imortali
tatis brauiū apphendāt. Per eū
dem. Prefatio de ſctā cruce. Cōio
Poſuiſti dñe in capite eius coronam de
lapide precioſo alleluya. Complēda.
S Upplices te rogam⁹ oīps de-
us: vt hec ſacramēta q̄ ſūpſi-
mus: per ſacroſancte filij tui coro
ne cuius ſolēnia recēſemus v̓tutē
nobis pficiāt ad medelā. Per eū.

¶ De clauis et lancea xpi. Intro.

F Oderūt manus me-
as et pedes meos: et
dinumerauerūt oīa
oſſa mea: et ſicut aq̄
effuſus ſum all'a all'a
Ps. Factū eſt cor meum tanq̄ cera lique
ſcens: in medio vētris mei. Gloria. Col.
D Eus q̄ pro ſalute mūdi paſ-
ſus es/ de corde tuo aquā et
ſanguinē p lāceā militis emana-
re: cōcede ppitius: vt ſctiſſimi cor
poris tui venerāda pfeſſio pecca
torū nr̄oꝝ ſit plena remiſſio. Qui
viuis. Lec. zacharie pphe. xij. ꝛ. xiij
H Ec dicit dñs deus. Effundā
ſup domū dauid: et ſup oēs
habitātes terre: ſpm̄ grē et pcum
Et aſpicient ad me quē trāſfixerūt.
Et plangēt eū plāctu: q̄ſi ſup vni
genitū. Et dolebūt ſup eū: vt do-
leri ſolet: in morte pmogeniti. In
die illa magnus erit plāctus ī hie
ruſalē: ſicut plāctus ad rēmon in
cāpo maggedon. Et plāget terra
familie et familie ſeorſū. Familie
domus dauid ſeorſū: et mulieres
eorū ſeorſū. Familie dom⁹ nathā
ſeorſum: et mulieres eoꝝ ſeorſum
Familie domus leui ſeorſum: ꝛ fa
milie eoꝝ ſeorſum. Familie dom⁹
ſemeij ſeorſum: et mulieres eoꝝ ſe
orſum. Oēs familie relique: fami
lie et familie ſeorſum: et mulieres
eorū ſeorſum. In die illa erit fons
patēs domui dauid: et habitāti-
bus hierlm in ablutionē pctōris ꝛ
mēſtruate. Et dicetur ei. Quid ſunt
plage iſte in medio manuū tuaꝝ?
Et dicet. Hijs plagat⁹ ſum in do-
mo eorum qui me diligebāt. Fra-
mea ſuſcitare ſup paſtorē meū: ꝛ
ſup virū coherētem michi. Dicit
dñs exercituū. Percute paſtorē: ꝛ
diſpergētur oues gregis. Alla. V.
Angelus michael deſcēdit de celo: et ap-
parebit cū glorioſis inſignijs et laudibus
dñice paſſionis. Alla. V. Surrexit pa-
ſtor bon⁹ q̄ poſuit aīam ſuā: et p ſuo gre
ge mori dignat⁹ eſt. Alla. Seq̄ntia.
H Odierne feſtū lucis/ et ſolē-
ne vite ducis/ p victrici lan-
cea. Decātemus laudes ei/ quem
tranſfixit vite rei/ hec ſalutis fra-
mea. Quis vtriuſq; ſexus/ te frāge-
bat culpe nexus/ et mortis angu-
ſtia. Pſalle illi q̄ reſoluit/ culpam
penā/ pro te ſoluit vite dās reme
dia. Aue ferrū triūphale intrās

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3

pectus tu vitale/celi pādis hoſtia
Fecundata tu cruore/felix haſta
nos amore/ p te fixi ſaucia. Flo-
rēs cruor quē ſuderūt/ artus xp̄i
quos foderēt clauoꝝ fixoria. Fu-
ſa p te ac rigata/ꝫ p clauos ſolida
ta/nr̄a ſint precordia. Salue ieſu
nazarene/ tu ꝓ nobis mortis pe-
ne/affectus iniuria. Placa patrē
maieſtatis/vt i euū cū beatis nos
coronet gloria. Amē. Se.ioh.xix.
IN illo tp̄e. Rogauerūt iudei
pylatū vt frāgerēt eorū cru
ra et tollerētur. Venerūt ergo mi
lites et primi q̄dē fregerūt crura:
ꝫ alterius q̄ crucifixus eſt cum eo.
Ad ieſum autē cū veniſſent: vt vi-
derūt eū iā mortuū: nō fregerunt
eius crura: ſed vnꝰ militū lācea la
tus eius aperuit: ꝫ cōtinuo exiuit
ſanguis et aq̄. Et q̄ vidit teſtimo-
niū phibuit: ꝫ verꝫ eſt teſtimoniū
eius. Et ille ſcit: quia vera dicit: et
vt vos credatis. Facta ſūt eni hec
vt ipleretur ſcriptura. Os nō cō-
minuetꝫ ex eo. Et iterū alia ſcp̄tu-
ra dicit. Videbunt in quē trāſfixe
rūt. Offer. Viderūt in quē trāſfixerūt
cū mouerētur fondamenta terre: ſol ob-
ſcuraretur corpora ſctōꝝ de monumētis
cōſurgerēt ꝫ crux cū gēmis clauoꝝ p vni
uerſum mundū radiaret all'a. Secre.
SAnctificet nos q̄s dn̄e deus
hoc ſctm̄ et immaculatū ſa-
crificiū veſpertinū: qd̄ vnigenitꝰ
filius tuus in cruce obtulit: ꝓ ſalu
te mūdi oblationē nouā: quē to-
tus mūdus cōtremuit et expauit
Per eun. Prefa. De ſancta cruce.
Cōio. Apphēde arma et ſcutū/clauos ꝫ
lanceā dn̄e: et dic aīe mee ſalus tua ego
ſum alleluya alleluya. Complenda.
DOmine ieſu chriſte q̄ temet-
ipſum in cruce holocauſtū
immaculatū deo prī et ſpōtaneū
obtuliſti: q̄s vt eiuſdem ſacrificij
quod pferimus: oblatio venerā-
da indulgētiā nobis obtineat et
gloriam ſempiternā. Qui viuis.
¶ Miſſa ſancti ſudarij. Introitꝰ.
DOminꝰ regnauit de-
corem indutus eſt: in
dutꝰ eſt dn̄s fortitu-
dinē et pcinxit ſe. Ps.
Saluauit ſibi dextera eiꝰ
et brachiū ſctm̄ eiꝰ. Gloria patri. Coll.
DOmine ieſu chriſte qui pſen
tia tui ſcti ſudarij eccleſiam
tuā decoraſti: cōcede ꝓpitius: vt q̄
illud tēporali veneramur officio
etiā tibi dignis cōuerſatiōibꝰ iu-
giter ſeruiamꝰ. Qui viuis et reg.
Lectio actuum apoſtolorum. ij.
IN diebus illis. Aperiēs petrꝰ
os ſuū dixit. Viri fratres lice
at audenter dicere ad vos de pa-
triarcha dauid: q̄m defūctus eſt ꝫ
ſepultus eſt. Et ſepulchrū eius eſt
apud nos vſq; in hodiernū diem
Propheta igitur cū eſſet et ſciret:
quia iureiurādo iuraſſet illi deꝰ:
de fructu lūbi eius ſedere ſup ſedē
eius: ꝓuidēs locutus eſt de reſur-
rectione xp̄i: quia neq; derelictus
eſt in inferno: neq; caro eius vidit
corruptionē. Hūc ieſum reſuſcita
uit deus: cuiꝰ oēs nos teſtes ſumꝰ
Dextera igitur dei exaltatꝰ: et ꝓ-
miſſiōe ſpūs ſcti accepta a patre:
effudit hoc donū quod vos vide-
tis et auditis. Nō eni dauid aſcē-
dit in celos. Dicit aūt ipſe. Dixit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag
226 A 3

dñs dño meo: ſede a dextris meis Donec ponã inimicos tuos: ſcabellum pedum tuoꝝ. Certiſſime ſciat ergo oĩs domus iſrael: quia ⁊ dñm eum et chriſtum fecit deus hunc ieſum: quẽ vos crucifixiſtis. Hijs autẽ auditis cõpuncti ſunt corde. Gr. Quis eſt iſte qui venit de edom tinctis veſtibus de boſra. V. Iſte formoſus in ſtola ſua: gradiẽs in multitudine virtutis ſue. Sec. Mat. xxvij.

In illo tpe. Cũ aũt ſero factũ eſſet: venit q̇dã homo diues ab arimathia noĩe ioſeph: qui et ipſe diſcipulus erat ieſu. Hic acceſſit ad pylatum: et petijt corpꝰ ieſu. Tunc pylatus iuſſit reddi corpus: et accepto corpore ioſeph: inuoluit illud in ſyndone munda. Et poſuit illud in monumẽto nouo: quod exciderat ĩ petra. Et aduoluit ſaxum magnũ ad oſtium monumẽti: et abijt. Erat aũt ibi maria magdalene: et altera maria: ſedentes contra ſepulchrum. Offr. Accepto ioſeph corpore ieſu inuoluit illud in ſyndone munda: et poſuit illud in monumento ſuo nouo quod exciderat in petra alleluya. Secreta.

Suſcipe munera queſumꝰ domine exultãtis eccleſie: et cui cauſam tãti preſidij preſtitiſti: ꝑpetuũ fructũ concede leticie. Per dñm. Prefatio de ſctã cruce. Cõio Propter nos es minoratus: et in ſyndone collocatus qui ſemꝑ in celo es ſuperexaltatus alleluya. Complenda.

Sacramẽta que ſumpſimus queſumus domine: et ſpiritualibus nos inſtruant alimẽtis ⁊ corporalibꝰ tueãtᷣ auxilijs. Per

Innocentius papa tertius conceſſit oĩbus hanc miſſam ſequentẽ de paſſione/ ſiue omnibus penis dñi dicẽtibus omnium peccatoꝝ ſuoꝝ remiſſionẽ. Introitꝰ.

Ecce vidimus dñm ieſum nõ habentẽ ſpeciẽ neqꝫ decorẽ: aſpectus eius in eo nõ eſt hic peccata nr̃a portauit: et pro nobis oĩbus dolens ipſe aũt vulneratus eſt ꝓpter iniquitates nr̃as: attritus eſt ꝓpter ſcelera noſtra cuius liuore ſanati ſumus. Ps. Aſtiterũt reges terre: et prĩcipes cõuenerũt in vnũ aduerſus dñm et aduerſus xp̃m eiꝰ. Gloria. Collecta.

Domĩe ieſu chriſte fili dei viui q̇ ꝓ redẽptione nr̃a naſci ⁊ circũcidi voluiſti/ a iudeis reprobari: a iuda oſculo tradi/ capi/ ligari: et cũ vinculis anne/ cayphe/ herodi/ pylato offerri: ac corã eis illudi/ colaphis/ alapis/ flagellis ⁊ harũdine cedi: facie velari: ſputis cõſpui: ſpinis coronari: a falſiſqꝫ teſtibꝰ accuſari: a malis iudicibꝰ iudicari: et vt agnus innocẽs crucẽ tuã ferẽdo ad victimã duci: clauis perforari: felle et aceto potari atqꝫ in cruce leuari: ĩter latrones deputari: morte turpiſſima mori ⁊ lancea vulnerari. Tu dñe ꝑ has ſacratiſſimas penas q̃s nos indigni famuli tui recolimꝰ: ⁊ ꝑ ſctãm crucẽ tuã libera nos a penis inferni: et perducere digneris nos miſeros peccatores quo perduxiſti crucifixũ tecũ latronẽ ſero penitentẽ. Qui vi. Lect. yſaie. liij.

In diebus illis. Dixit yſaias

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3

De omnibus penis chriſti.

Dn̄e qs credidit auditui noſtro:
et brachiū dn̄i cui reuelatum eſt.
Et aſcendet ſicut virgultum corā
eo: et ſicut radix de terra ſitienti.
Nō eſt ſpecies ei/neqꝫ decor. Et vi-
dimus eū et non erat aſpectus: et
deſiderauimus eū deſpectū et no
uiſſimū virorum: virū dolorū et
ſcientem infirmitatem. Et quaſi
abſcōditus vultus eius et deſpe-
ctus: vnde nec reputauimus eū.
Vere lāguores noſtros ipſe tulit:
et dolores noſtros ipſe portauit.
Et nos putauimus eum quaſi le-
proſum et percuſſum a deo et hu-
miliatum. Ipſe aūt vulnerat⁹ eſt
propter iniquitates noſtras: at-
tritus eſt ꝓpter ſcelera noſtra. Di
ſciplina pacis noſtre ſup eū: et li-
uore eius ſanati ſumus. Oēs nos
quaſi oues errauimus: vnuſq̄ſqꝫ
in viam ſuā declinauit: et dn̄s po
ſuit in eo iniquitatē oīm noſtrū.
Oblat⁹ eſt: quia ipſe voluit et nō
aperuit os ſuū. Sicut ouis ad oc-
ciſionem ducetur: et quaſi agnus
coram tondente ſe obmuteſcet: ⁊
nō aperiet os ſuum. De anguſtia
⁊ de iudicio ſublatus eſt. Genera
tionē eius quis enarrabit: quia
abſciſus eſt de terra viuentium.
oratiōe mea: ecce vir gabriel quē
viderā in viſiōe a ꝑncipio cito vo
lās:tetigit me ī tpe ſacrificij veſꝑ=
tini: et docuit me/et locutꝰ eſt mi=
chi. Dixitqꝫ daniel. Nūc egreſſus
ſū vt docerē te:et intelligeres. Ab
exordio p̄cū tuaꝝ egreſſus eſt ſer=
mo. Ego aūt veni vt īdicarē tibi:
q̄a vir deſiderioꝝ es. Tu aūt aīad
uerte ſermonē:et ītellige viſionē.
Septuaginta hebdomade abbre
uiate ſūt ſup pplm tuū/ et ſup vr=
bē ſctām tuā vt cōſumetᷣ p̄uarica
tio:et finē accipiat pctm̄ ⁊ deleatᷣ
iniq̄tas:et adducatᷣ iuſticia ſem=
piterna:et īpleatur viſio et ꝓphe
tia:et vngatur ſctūs ſctōꝝ. Scito
ergo et aīaduerte ab exitu ſermo
nis: vt iteꝝ edificetur hierlm/vſqꝫ
ad chriſtū ducē. Gr. Preco fulgens
ſpēdore nimio/ gemma lucēs celeſti ra=
dio:deſolatis ſis cōſolatio/⁊ tēptatis ſis
ma ꝓtectio. V. Tu gabriel q̄ frāgis carce
res captiuoꝝ/reſpice pauperes:⁊ fac eos
ad vitā celeres. Alla. V. Per te preco
opus mirabile/altum nimis fit ⁊ ſpecta
bile:per te nobis fiat poſſibile/quod ro=
gamus et impetrabile. Tractus.
Ave p̄co virgo amabilis/p̄ter mo
rē effecta fertilis: veneratᷣ vt ſit
placabilis:deꝰ nr̄ ne ſit terribilis. V. Vir
giniſqꝫ iocūda facies/te gabriel et mira
ſpecies:letificat ſit nobꝫ req̄es/q̄ſi placet
noſtecū facies. V. Nūc igr̄ p̄co accelera pi
e mrīs p̄care viſcera nato mōſtret pecꝰ
⁊ vbera tu ab hoſte noſtecū libera. Pſ.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag
226 A 3

Miſſa raphaelis archangeli.

Proloquiū altū recitemus/ gabrielis vt nos incitem⁹/ ad amorē oēs vocitemus/ad has laudes corda ora dam⁹. Imperatrix cui⁹ imperio/ tota gaudet celeſtis cōcio: tāta laus eſt tibi in ſilio/ q̄ hūana nō capit ratio. Benedicta ⁊ venerabilis pia prudēs decora nobilis: vniuerſis incōparabilis/ tibi nunq̄ fuit cōſimilis. Te creauit pr̄ ingenit⁹/ obūbrauit te vnigenit⁹: fecūdauit te ſpiritus ſctūs/tu es facta tota diuinitus. Te creauit deus mirabilē/ te reſpexit ancillā humilē: te q̄ſiuit ſpōſam amabilē/ tibi nunq̄ fecit cōſimilē. Te beatā laudare cupiunt/oēs ſcti ſed nō ſufficiūt: nam tot laudes tibi cōueniunt/q̄ laudātes oēs deficiunt. Quia tū caput es vginū/et laus ſūma nō habēs terminū: angelorū laudes et hoīm: p̄mereris prima poſt dn̄m Qū ſiſteret hūani generis/loq̄ p̄eo dignior ceteris: vale dicit regine etheris/cui⁹ ſedes manet in ſuperis. Vale ſctā ſctōꝝ oīm/laus ⁊ honor decus fideliū: aula xp̄i domus palaciū/ deitatis reclinatoriū. Amē. Euangel. Miſſus eſt gabriel. Reqre in fe. iiij. q̄ttuor tpm aduētus. fo. iiij. ⁊ dr̄ Credo. Offr. Fortis p̄co oēs cōiter: impugnamur ab hoſte fortiter: ⁊ interdū vincimur turpiter/ſed iuua nos miſericorditer. Secre.

Munera ſacrificij nr̄i q̄s oīps deus: in corpus et ſanguinē filij tui cōuerte: quē diuiniſſim⁹ gabriel archāgelus de btā maria virgine nūciauit naſciturū ſaluatorē mūdi: dn̄m nr̄m ieſum xp̄m filiū tuū. Qui tecū Cōio. O gabriel refoue flebiles/egros ſana conforta debiles: fac nos mites ſemp et humiles/et in fide fortes et ſtabiles. Complenda

Beati gabrielis archangeli tui deus nr̄: ſctōꝝq̄ oīm celeſtiū virtutū recolētes memoriā letificet interceſſio: atq̄ eoꝝ ſumpta veneratiōe ſacramēta proficiant ad ſalutem. Per dn̄m nr̄m.

¶ Officiū ſeq̄ns archāgeli raphaelis p̄ōt celebrari p̄ peregrinātibus vel itinerātib⁹: vt ſicut thobiā ſanū ⁊ incolumē duxit et reduxit ita et illū/ſeu illos p̄ quo vel p̄ q̄bus celebrat̄ reducat. p̄ōt etiā celebrari p̄ cūct̄ īfirmitatib⁹: ⁊ etiā a demonio obſeſſis: eo q̄d angel⁹ eſt medicinalis: q̄a thobie viſū reſtituit et ſarā vxorem filij ſui a demonio liberauit. ¶ Miſſa archangeli raphaelis. Introitus.

Ego ſum azarias anianie magni fili⁹ ego ſū raphael archāgelus: vnus ex ſeptē q̄ aſtamus ante conſpectū dn̄i: pax vobis/nolite timere: dn̄s miſit me ad vos vt curem vos alla. Ps. Benedicite dn̄m oēs electi ei⁹: agite diē leticie: et confitemini illi. Gloria. Coll.

Deus q̄ beatū raphaelem archāgelū thobie famulo tuo p̄peranti p̄uiū direxiſti: ⁊ iter hui⁹ vite ac vie varietates atq̄ diſcrimina/donaſti cuſtodem: da q̄s vt eiuſdē p̄tegamur auxilio: q̄tenus ⁊ vite p̄ſent̄ vitem⁹ pericula: ⁊ ad celeſtia gaudia valeamus peruenire. Per do. Lect. libri thobie. xij.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag
226 A 3

Dixit angelꝰ raphael ad tho=
biam. Etenim ſacramentū
regis abſcōdere bonū eſt. Opera
autem dei reuelare et cōfiteri: ho=
norificum eſt. Bona eſt oratio cū
ieiunio et elemoſyna: magis ꝗ̄
theſauros auri recondere. Quo=
niam elemoſyna a morte liberat
⁊ ipſa eſt que purgat peccata: ⁊ fa
cit inuenire vitā eternā. Qui aūt
faciunt pctm̄ et iniq̄tates: hoſtes
ſunt aīe ſue. Manifeſto ergo vo
bis veritatē: et nō abſcondā a vo
bis ſermonē occultū. Quādo ora
bas cum lachrymis: et ſepeliebas
mortuos: et derelinq̄bas prādiū
⁊ abſcōdebas mortuos ꝑ diem in
domo tua: ⁊ nocte ſepeliebas eos
ego obtuli orationem tuam dn̄o
Et quia acceptus eras deo: neceſ=
ſe fuit vt temptatio probaret te.
Et nūc miſit me dn̄s vt curem te:
⁊ ſarā vxorē filij tui a demonio li
berem. Ego ſum raphael angelꝰ:
vnus ex ſeptē qui aſtamus ante
dn̄m. Cum hec audiſſent turbati
ſunt: et tremētes ceciderūt ſuper
terrā in faciē ſuā: dixitq̄ꝫ eis ange
lus: pax vob/nolite timere. Eteni
cū eſſem vobiſcum: per volūtatē
dei eram. Ipſum benedicite et cā
tate illi. Videbar q̄dē vobiſcum
mādūcare ⁊ bibere. Sed ego cibo
⁊ potu inuiſibili: qui ab hoībꝰ vi=
deri nō poteſt: vtor. Tēpus ergo
eſt vt reuertar ad eū qui me miſit
Vos autē benedicite dn̄m: et nar
rate oīa mirabilia eius. Gr. Ange
lus raphael apprehēdit et ligauit demo
nem. ℣. Magnus dn̄s noſter et magna
virtus eiꝰ. Alla. ℣. Miſſus eſt rapha=
el angelus a deo ad thobiam: et ſaluta=
uit eum/⁊ dixit ei: gaudium ſit tibi ſemp
Tempore paſchali. Alleluya. ℣.
Angele medicinalis: mecū ſis perpetua=
lis: et ſicut fuiſti cum thobia: ita ſis me=
cum ſemper in via. Scdm iohānē. v

In illo tempore. Erat dies fe=
ſtus iudeorū: et aſcēdit ieſus
hieroſolymā. Eſt autē hieroſoly
mis ꝓbatica piſcina que cogno=
minatᷣ hebraice bethſaida: q̄nq̄ꝫ
porticus habens. In his iacebat
multitudo magna languētiū: ce=
corū/claudorū/aridorū expectan
tium aque motū. Angelus autē
dn̄i/ſecundū tempus deſcēdebat
in piſcinam: et mouebatur aqua
Et qui prior deſcendiſſet in piſci=
nā poſt motionē aque ſanus fie=
bat: a quacūq̄ꝫ detinebatur infir=
mitate. Offr. In honore ſcti raphae=
lis pſallat militans eccleſia: qui virtute
dei patris ligauit demonia: et thobie vi
ſum reddidit: quo priuatus fuerat alla.

Mitte deus archan- Secreta.
gelū tuū raphaelē cū medi=
camine opificē: q̄ ſanitatē mētis
reportet et corporis: mīeq̄ꝫ celeſtꝫ
donū infundat: et q̄ in nobis ſūt
aduerſa deponat: vt q̄ nr̄a iniq̄ta
te tabeſcimꝰ: de tua quā nō mere=
mur pietate letari cōcedas. Per.
Cōio. Iubilꝰ ſūme laudis reſonet ī ore
oīm ad laudē beati raphaelis archāgeli
vt ipſe cuiꝰ memoria agitᷣ ī terrꝫ ad deū
ꝓ nobis ītercedat in celis alla. Cōplē.

Dirigere dignare dn̄e deꝰ in
adiutoriū nr̄m raphaelem
archangelū: et quē tue maieſtati
ſp aſſiſtere credimꝰ tibi nr̄as exi=
guas ꝓ̄ces bn̄dicēdas aſſignet. p.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3

In Cōmemoratiōe ſancte anne.

In cōmemoratiōe āne. Intro.

SAlue ſancta parēs genitrix venerāda marie cuius quē non capit orbis ipſe libens ſubiit viſcera caſtadeus. Ps. Quia cōcupiuit rex decorē tuū: quia ipſe eſt dn̄s deus tuus ⁊ adorabūt eum. Gloria patri et filio et ſpi. Colla.

OMnipotēs ac piiſſime deus qui beatiſſimā annā in genitricis filii tui matrē eligere dignatus es: cōcede propitius: vt q̄ memoriā eius fideli deuotione ꝑ colimus: ei⁹ meritis et ꝑcibus ab omnibus tribulationibus corporis et anīe liberemur. Per dn̄m. Lectio libri ſapientie. Eccl. xxiiii.

EGo quaſi vitis fructificaui ſuauitatem odoris: ⁊ flores mei fructus honoris et honeſtatis. Ego mater pulchre dilectiōis ⁊ timoris: ⁊ magnitudinis/ ⁊ ſancte ſpei. In me omnis gratia vie et veritatis: in me om̄is ſpes vite ⁊ virtutis. Tranſite ad me om̄es qui concupiſcitis me: et a generationibus meis implemini. Spiritus enim meus ſuper mel dulcis et hereditas mea ſup mel et fauū Memoria mea in generatione ſeculorum. Qui edūt me/ adhuc eſurient: et qui bibunt me/ adhuc ſitient. Qui audit me/ non confundetur: et qui operātur in me/ nō peccabunt. Et qui elucidāt me/ vitā eternam habebunt. Gr. Benedicta ⁊ venerabilis es anna ſanctiſſima mat que de tuis caſtis viſcerib⁹ genuiſti matrem domini ſaluatoris. V. Solem iuſticie regem paritura ſupmū virgo dei genitrix de te proceſſit ad ortum. Alleluya. V. Anna parens ſublimis dn̄e que eſt mater miſericordie/ ſol reſplendēs celeſtis curie/ te laudam⁹ amore filie. Tempore paſcha. Allelupa. V. Iā ſuper angelicas acies ſup agmina lucis anna iūcta deo ſceptra btā tenes. Seqn̄tia.

AVe pia mater aue/ cuius nomē eſt ſuaue āna ſonat gratiā. Aue ieſſe radix floris/ qui celeſtis dat odoris/ perhennem fragrantiam. Aue parens ſtelle maris/ quā tu nup tam cōtemplaris/ regꝫ regū filio. Aue gēma mulierum/ clarum ſydus lux dierum/ alto fulgēs ſolio. Tuqꝫ ſola meruiſti/ eſſe parens matris chriſti/ preces noſtras ſuſcipe. Tu nos mūdare nō deſine. Amē. Se. mar. xii.

IN illo tempore. Sedēte ieſu contra gazophilatiū: aſpiciebat quomodo turba iactaret es in gazophilatium. Et multi diuites iactabant multa. Cū veniſſet autē vna vidua paup: miſit duo minuta quod eſt quadrās. Et cōuocans diſcipulos ſuos: ait illis. Amen dico vobis: quoniā vidua hec pauper: plus omnibus miſit qui miſerunt in gazophilatium. Omnes enim ex eo quod habundabat illis miſerunt. Hec vero de penuria ſua: om̄ia que habuit miſit totum victū ſuum. Offr. Ante tronū trinitatꝫ miſeroꝝ miſeratrix: āna flumen pietatis/ ſis pro nobis aduocatrix/ cauſam noſtre paupertatis/ coram deo ſuſtine: et veniam de peccatis ſeruis tuis optine. Secreta.

INtercesſio q̄s dn̄e beatiſſime

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag
226 A 3

matris ãne genitricis dulciſſimi
filij tui nobis apud te veniã opti
neat:et gloriã beate perhennita-
tis acquirat. Per eundem. Cõio.
Bñdicta ſit anna mater ſanctiſſima de
qua ſine macula proceſſit diue marie ca
ro virginea. Complenda.
DEus qui ãnam btiſſimam
diu ſterilem ꝓle voluiſti ſacratiſſi
ma fecũdari:tribue queſumus:vt
oĩes amore filie piam matrẽ ve
nerantes in hora mortis vtriuſqꝫ
ꝑſentia gaudere mereamur. Per.
¶ Marie iacobi ⁊ ſalome. Intro.
GAudeamus oĩes in
dño diem feſtum cele
brãtes/in honore ſan
ctarum ſororꝝ:de qua
rum ſolennitate gau
dent angeli:et collaudãt filiũ dei
Ps. Magnus dñs et laudabilis nimis:
in ciuitate dei noſtri in monte ſancto ei⁹
Gloria patri et filio:et ſpũi ſctõ. Colla
PRopiciare q̃ſumus dñe no-
bis famulis tuis:vt ꝑ bea-
tarũ glorioſe virginis et matris
tue marie ſororũ tuarũqꝫ mater-
terarꝝ/marie iacobi ⁊ marie ſalo-
me merita glorioſa:et earũ piam
interceſſionẽ ab oĩbus ſemꝑ pro-
tegamur aduerſis. Qui vi. et reg.
Lectio libri ſapientie. Eccli. xxiiij.
EGo quaſi vitis fructificaui
ſuauitatẽ odoris:et flores
mei fructus honoris et honeſtatꝫ
Ego mr̃ pulchre dilectionis et ti-
moris:et magnitudinis/⁊ ſancte
ſpei. In me oĩs grã vie:et veritatꝫ
i me oĩs ſpes vite et v̓tutis. Trãſi
te ad me oẽs q̇ cõcupiſcitis me:et
a generatiõib⁹ meis implemini.
Spũs eñi meus ſuꝑ mel dulcis:et
hereditas mea ſuꝑ mel et fauum.
Memoria mea ĩ generatiõe ſecu-
lorꝝ. Qui edũt me/adhuc eſuriẽt:⁊
q̇ bibũt me/ adhuc ſitiẽt. Qui au-
dit me/nõ cõfundetur:et q̇ operã
tur in me/nõ peccabũt. Et q̇ eluci
dãt me:vitã eternã habebũt. Gr
Glorioſus deus in ſanctis ſuis:mirabilis
ĩ maieſtate faciẽs prodigia. v̇. Dextera
tua domine glrificata eſt in virtute:dex-
tera manus tua confregit inimicũ. Al-
leluya. v̇. Surrexit dominus et occur-
rẽs mulieribus ait/ auete:tunc acceſſe-
runt et tenuerũt pedes eius. Seq̃ntia
VIrgini pangam⁹ laudes cũ
ſuis ſodalib⁹. Anna dulcꝫ
ꝓfuit/tres maritos habuit:⁊ ex il
lis ꝓtulit tres ſorores. Ioachĩ eſt
prim⁹/ſpõſus cleophas eſt ſecũd⁹
et dux vite ſalomas fuit tertius.
Hic nobis maria v̓go ꝑma filia
Cu mr̃ dei viuẽtis/ caſta gaudes
honore parentis. Angelico teſte
deũ paris ſed caſte. Surrexit pro
les bis bina ex maria q̃ eſt ſecũda
Credendũ eſt ꝙ ſalome marie fi
lij ſunt duo nati q̇ ſũt beati. Sci-
mus ſeptẽ ꝓceſſiſſe natos ex hĳs
vere/tu ꝑm⁹ xp̃e rex miſerere all'a.
Euãgel'. Maria magdalene ⁊ ma
ria iacobi/ et ſalome. ⁊c. Require
de tpe ĩ die paſche. fol'. lxxv. Offr.
Angelus domini deſcendit de celo et di-
xit mulieribus:quem queritis/ſurrexit
ſicut dixit. Secreta.
DOmine ieſu chriſte q̇ in ara
crucis te verã hoſtiã ꝓ ſalute hu-
mani generis obtuliſti:mun⁹ ob-
latum tibi ſanctifica:et interce-
dentibus beatis matertéris tuis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3

maria iacobi et maria ſalome/ſo-
roribus marie virginis mr̃is tue:
ad ſalutē noſtrarum trāſeat anima-
rū. Qui viuis. Cōio. Feci iudiciū et iu
ſticiā dñe: nō calūniētur michi ſuperbi/
ad omnia mādata tua dirigebar: omnē
viam iniquitatis odio habui. Cōplen.

SVmptis dñe ſalutaribus ſa-
cramentis te ſupplices exo-
ramus: vt meritis illarū que eme
runt aromata: vt veniētes vnge-
rent ieſum chriſtū: virtutum aro
matibus vnguamur. Per eundē.

De ſcō ioſeph p̃triarcha. Intro.

GAude ſctē ioſeph pat
eccleſie pre cūctis pa-
tribus ditat⁹ mune-
re cuſtos dñicus ſpō-
ſus puerpere marie
puidus et dux caſtiſſime dux eſto
ſupplicū in celi culmine. Ps. Qui
regis iſrael intende: qui deducis velud
ouem ioſeph. Gloria prī et filio. Colla.

DEus q̄ fideliſſimo patriar-
che ioſeph incōparabilem
theſaurū tue genitricis ſeruādū
tradidiſti: cuiq₃ pro ſpecialiū p̃ro
gatiua meritorū temetipſum in
filiū tribuiſti: ipſius nobis tribue
meritis et p̃cibus terrena deſpice
re: et corda noſtra tibi caſta taber-
nacla p̃parare. Qui vi. Ad ga. iiij.

FRatres. Quanto tpe heres
paruulus eſt: nihil differt a
ſeruo cū ſit dñs oīm: ſed ſub tuto-
ribus et actoribus eſt vſq₃ ad p̄fi-
nitū tempus a patre. Ita et nos
cū eſſemus paruuli: ſub elemētis
mundi eram⁹ ſeruiētes. At vbi ve
nit plenitudo tēporis miſit deus
filiū ſuū factū ex muliere factum
ſub lege: vt eos q̄ ſub lege erant re
dimeret vt adoptionē filiorum
reciperem⁹. Qm̄ aūt eſtis filij dei
miſit deus ſpiritū filij ſui i corda
vr̃a clamantē abba pater. Itaq₃
iā nō eſt ſeruus/ſed filius. Qđ ſi fi-
lius et heres p deū. Gr. Ioſeph pater
amabilis et ſpōſus pudicitie: cui deſide-
rabilis theſaurus mūdicie datur: q̄ i au-
nabilis lactatur ſol iuſticie. ṽ. Hui⁹ ma
trē dep̃cari p te ioſeph petimus eius na
tū ſupplicari iacentē in p̄ſepibus: q̄ no-
bis tribuat letari ſemp in celeſtib⁹. Al
leluya. ṽ. O pater ioſeph bt̃iſſime ſuc
curre benigniſſime: noſq₃ ſupplices re-
ſpice vota ſeruorum ſuſcipe. Tpe paſ.
Alla. ṽ. In die reſurrectionis mee p̃ce
dā vos in galileā. Infra. lxx. Tract⁹

GAudēs gaudebo in dño: et exulta-
bit aīa mea in deo meo. ṽ. Quia
induit me ornamēto ſalutis: et indumē
to leticie circūdedit me. ṽ. Sicut ſpōſū
decoratū corona: et tanq̄ ſpōſam orna-
tā monilibus ſuis. ṽ. Habitabit in vnā
iuuenis cū virgine: et morabūtur i filijs
ſuis. ṽ. Letabitur eni ſponſus ſup ſpon-
ſam: et exultabit i eis deus eorum. ṽ. Sup
muros tuos hiern̄m cōſtitui cuſtodes to-
ta die: et nocte laudabūt nomē domini.

Secundum Matheum. i.

IN illo tpe. Cū eſſet deſponſa-
ta mat̄ ieſu maria ioſeph: anteq̄
cōuenirent inuēta eſt in vtero ha
bēs de ſpū ſancto. Ioſeph aūt vir
eius cū eſſet iuſtus et nollet eam
traducere voluit occulte dimitte
re eā. Hec aūt eo cogitāte ecce an-
gelus dñi in ſomnis apparuit ei
dicēs. Ioſeph fili dauid noli time
re accipere mariā cōiugē tuā. Qđ
enī in ea natū eſt: de ſpū ſancto eſt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3

Pariet autē filiū: et vocabis no-
mē eius ieſum. Ipſe enī ſaluū fa-
ciet populū ſuū a peccatis eorū.
Offer. Erāt ioſeph et maria mirātes ſu-
per hijs que dicebātur de ieſu: et benedi-
xit illis ſimeon: et vt ꝑfecerūt oīa reuer-
ſi ſunt in galileā ī ciuitatē ſuā nazareth.
Secre. INterueniat ꝓ nobis
q̄s dn̄e ꝑ hec ſctā commertia
ſctūs tuus pr̄iarcha ioſeph ꝙ etiā
filij tui dn̄i nr̄i ieſu chriſti matrē
ſuſcepit electā ad paratā tibi ple
bem perfectā. Qui tecū. Cōio. Tol
le puerū et matrē eius ✠ vade in terram
iſrael defuncti ſunt enim qui querebāt
animam pueri. Complenda.
SIt nobis q̄s dn̄e ꝑ hec ſancta
que ſumpſimꝰ beatiſſimi ioſeph
patriarche ſolēnitas preſidiū ſa-
lutare: qui ꝓ̄cioſe ſpōſe ſue virgi-
nis matris filium in preſepio me-
ruit adorare. Qui tecū viuit et re.
¶ De ſancto ioachim. Introitus
DIſperſit dedit pau-
peribus: iuſticia eiꝰ
manet in ſeculū ſecu
li/ cornu eius exalta-
bitur in glīa. ps. Bea
tus vir qui timet dn̄m: in mādatis eius
volet nimis. Gloria patri et filio. Coll.
DEus qui ſctm̄ ioachim pr̄i-
archam ab eterno elegiſti: ✠
in thoro immaculato cū ſctā an-
na viuere feciſti: vnde matrē tuā
glorioſam v̓ginē mariā ſine cōta-
gio originalis pcti̅ mirabilit̓ pro
creaſti: cōcede nobis fidelibus eiꝰ
memoriā agētibꝰ a cūctis vitijs
emūdari: donisq̄ v̓tutū ornari: ✠
vt eterna glīa valeamus ī celo co-
ronari. Qui vi. Epla. Btūs vir ꝙ
inuētus. In cōī. fol. l. Gr. Diſperſit
dedit pauperibꝰ iuſticia eius manet ī ſe-
culū ſeculi. V. Potēs ī terra erit ſemē eiꝰ
generatio rectorꝫ benedicetur. Alla. V.
Iuſtus germinabit ſicut lilium: et flore-
bit in eternum ante dn̄m. Sequētia.
O Virtutū vir ꝑfecte/ pr̄ virgi-
nis electe. Ioachim nos iu-
ua recte/ ꝙ te rectū poſcimꝰ. Iſai-
as te radicē/ ꝓ̄notauit vt felicem.
Unde v̓gā genitricē/ floruiſſe no
uimus. Obtuliſti recta rectus/ re
cte noe vir ꝑfectꝰ: et vt moyſes di-
lectus/ deo et hoībus. Abel te ꝓ̄fi
gurauit/ ꝙ de ouibꝰ q̄s pauit: me-
liores īmolauit/ inflāmatis gre-
gibus. Clarēs decimis oblatis/
ſpretus rebus grate datis: ſuſtine
bas plus ꝙ̄ ſatis/ infecūdꝰ proſpe
re. Heres dauid ſcti̅ regis/ et ſctō-
rū priſce legis: tuis ꝓ̄cibus nos te-
gis/ velut agni vellere. Ieſus pro
les tue nate/ necnō anne mr̄is gra
te: replet nos ſuauitate/ flos rega
lis germis. Magne ſtirpis radix
eſſe/ ſentiamus hoc prodeſſe: ꝙ te
patrē ſcimus eſſe/ glīoſe virginis
Te rogamus voto pari/ laude di
gna ſingulari: nos in portu ſalu-
tari/ ſiſtat tua grā. Uera mr̄ or-
phanorū/ tu leuamē oppreſſorū:
medicamē infirmorum/ tanti pa
tris filia. Secundum lucam. xij.
IN illo tpe. Dixit ieſꝰ diſcipu-
lis ſuis. Nolite timere puſil-
lus grex: q̄a cōplacuit pr̄i vr̄o da-
re vobis regnū. Vēdite ꝙ poſſide-
tis: et date elemoſynā. Facite vo-
bis ſacculos ꝙ nō veteraſcūt: the-
ſaurū nō deficiētē ī celis. Quo fur
nō appropiat: neq̄ tinea corrūpit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3

Ubi eni theſaurus veſter eſt: ibi et
cor veſtrū erit. Offr. Gloria et hono
re coronaſti eum: et conſtituiſti eū ſuper
opera manuū tuarum dñe. Secreta.

SAncti ioachim cōfeſſoris tui
atq3 genitoris btē marie vir
ginis: q̄s dñe ānua ſolēnitas pie-
tati tue nos reddat acceptos: vt
ꝑ hec pie placatiōis officia: et illū
beata retributio comitetur: ⁊ no
bis grē tue dona cōciliet. Per do.
Cōio. Fidelis ſeruus et prudēs quē cō-
ſtituit dñs ſuper familiam ſuā: vt det il-
li in tempore tritici menſurā. Cōplen.

DEus merentiū cōſolator: et
in te ſperātiū ſalus: q̄ beati
ioachim ⁊ ſctē anne lachrimas ꝓ
liberis generādis miſericorditer
ſuſcepiſti: da nobis vtriuſq3 inter
uētu pctā nr̄a deplorare: ⁊ gratie
tue indulgētiā inuenire. Per do.

¶ Incipit officiū miſſe ſctōꝝ oīm
exiſtētiū de genealogia ſaluatoꝝ
nr̄i ieſu xp̄i ¶ Et q̄cūq3 hoc officiū
vel ſaltē collectas in aliq̄ miſſa le-
gerit meretur a duob⁹ epiſcopis
octuaginta dies indulgē. Intro.

LOquetur dñs pacē i
plebē ſuā: ⁊ ſup ſctōs
ſuos: ⁊ in eos q̄ cōuer
tuntur ad ipſum. Ps.
Benedixiſti dñe terrā tuā
auertiſti captiuitatē iacob. Glo. Colla

DEus ineffabilis q̄ ſctis tuis
ioachim et anne ad hāc glo
riā veniendi copioſū munus grē
contuliſti: vt matrē vnigeniti filij
tui gignere mererētur: da nobis
per interceſſionē parentū et filie:
ac ſancti ioſeph nutricij dñi/ atq3
oīm ſanctoꝝ de cognatiōe eiuſdē
dilecti filij tui ieſu chriſti dñi nr̄i:
veteri noſtre vitioꝝ generationi:
emori: et ꝑ noue cōuerſatiōis ſtu-
diū i chriſto ſpūali genealogia re
nouari. Qui te. Lect. libri ſa. eccli.

METuētes dñz ſuſtinete miſe-
ricordias ei⁹: ⁊ nō deflectatꝭ
ab illo ne cadatꝭ. Qui timetꝭ dñm
credite illi: et nō euacuabit̄ mer-
ces vr̄a. Qui timetis dñm ſperate
in illū: ⁊ i oblectatiōnē veniet vo-
bis mīa. Qui timetis dñm/ dilig[i]-
te illū: ⁊ illūinabūt̄ corda vr̄a. Re
ſpicite filij natiōes hoīm: et ſcito-
te q̄ nullꝰ ſperauit in dño ⁊ cōfu
ſus eſt. Quiſq̄s eni ꝑmāſit i māda
tis ei⁹ et derelict⁹ eſt: Aut q̄s īuoca
uit illū ⁊ deſpexit eū: Qm̄ pius et
miſericors eſt dñs de⁹ nr̄. Gr. Glo-
rioſus deus in ſctis ſuis: mirabilis i ma
ieſtate faciens prodigia. V. Dextera tua
dñe glorificata eſt i virtute: dextera ma-
n⁹ tua cōfregit inimicū. Alla. V. Laus
⁊ virt⁹ et grā deo ſint i memoria parētū
xp̄i fere ſit et laus deifere. Se. Mat. r.

IN illo tp̄e. Loq̄nte ieſu ad tur
bas: ecce mr̄ ei⁹ et frēs ſtabāt
foris q̄rētes loq̄ ei. Dixit aūt ei q̄
dā. Ecce mr̄ tua ⁊ frēs tui forꝭ ſtāt
q̄rētes te. At ipſe rn̄dēs dicēti ſibi
ait. Que ē mr̄ mea ⁊ q̄ ſūt frēs mei
Et extēdēs manū i diſcipl'os dix-
it. Ecce mr̄ mea ⁊ fratres mei. Qui
cūq3 eni fecerit volūtatē pr̄is mei
q̄ i celis eſt: ipſe me⁹ frater: et ſoror
⁊ mat eſt. Offr. Mirabilis de⁹ i ſctis
ſuis: deus iſrl̄ ipſe dabit virtutē et forti-
tudinē plebi ſue benedict⁹ de⁹. Secre.

DAnē et vinū ops̄ et miſeri-
cors pr̄ ex iſtitutōe dilecti fi
lij tui offerim⁹ ſupplicit̄ depcātes

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag
226 A 3

vt caro et ſanguis eiꝰ fiāt in reme
diū aīaꝝ nr̄aꝝ pariter ⁊ corporū:
meritis piiſſime mr̄is eiꝰ marie ⁊
ioſeph nutricij eiꝰ: btōꝝ quoqꝫ io
achim et anne:oīmqꝫ ſctōꝝ q̄ eidē
ieſu xp̄o dn̄o nr̄o carne et ſangui-
ne cōiuncti ſūt. Qui te. Cōio. Qui-
cūqꝫ fecerit volūtatē pr̄is mei q̄ i celis eſt
ipſe meus fr̄/ſoror et mater eſt dicit dn̄s

Omnipoten. Cōpl.
Sumpſimꝰ dn̄e deꝰ nr̄ (
myſteria ſacra maieſtatem
tuā humiliter exorantes: vt ſicut
nos iugiter btē ſemp v̄ginis ma-
rie matris ſaluatoris nr̄i ieſu xp̄i
necnō et ſcti nutricij eius ioſeph:
beatorū quoqꝫ ioachim et anne:
oīmqꝫ ſanctoꝝ exiſtētiū de cogna
tione eiuſdē ſaluatoris nr̄i cōme-
moratiōe letificas: ita ſemp ſup-
plicatiōe defendas: imitatiōe cō-
formes: tua gr̄a pſeuerāter nutri
as: et i eterna btītudine de eoꝝ ſo
cietate ſtatim poſt mortē gaude-
re concedas. Per eundē dn̄m no.

¶ Sanctoꝝ patriarcharum/abra
ham/iſaac et iacob. Introitus.

Gaudeamꝰ oēs in dn̄o
diē feſtum celebrātes
ſub honore pr̄iarcha
rū tuoꝝ/ abrahā/yſa-
ac et iacob: de quorū
ſolēnitate gaudent angeli: et col-
laudāt filiū dei. Ps. Exultate iuſti in
dn̄o rectos decet collaudatio. Glo. Col.

Deus q̄ nos voluiſti exēplis
pr̄iarcharū tuoꝝ abraham
yſaac et iacob erudiri: da nobis
ipſis itercedētibus eoꝝ documē-
ta i oībus ſeq̄: q̄tenꝰ illoꝝ meritis
mereamur pūenire: quo illi gr̄a
tua ſe pūeniſſe letātur. Per dn̄m

Lectio libri ſapientie. Eccli. xliiij
Abrahā magnꝰ pr̄ multitu-
dinis gētiū: et nō eſt inuen-
tus ſimilis illi: q̄ conſeruaret legē
excelſi: et fuit in teſtamēto cū illo.
In carne eiꝰ ſtare fecit teſtamētū:
⁊ in tēptatiōe inuētus eſt fidelis.
Ideo iureiurādo dedit illi gl̄iam
i gēte ſua. Creſcere illū fecit q̄ſi ter
re cumulū: et vt ſtellas exaltare ſe
mē eiꝰ: et hereditare illos a mari
vſqꝫ ad mare: et a flumine vſqꝫ ad
terminos orbis terre. Et yſaac eo
dē fecit mō ꝑpter abrahā patrē
ipſius. Benedictionē oīm gentiū
dedit illi: et teſtamentū ſuū cōfir-
mauit ſuper caput iacob. Cogno
uit eū i bn̄dictiōibus ſuis: ⁊ dedit
illi hereditatē: et diuiſit ei partē i
tribubꝰ duodecim: ⁊ cōſeruauit il
li hoīes mīe: inuenītes gr̄am in
oculis oīs carnis. Gr. Timete dn̄m
oēs ſcti eiꝰ: qm̄ nichil deeſt timētibꝰ eū.
ꝟ. Inq̄rentes aūt dn̄m: nō deficiēt omī
bono. Alla. ꝟ. Iudicabūt ſancti natio-
nes et dn̄abūtur ppl̄is: et regnabit illoꝝ
rex in eternum. Scdm̄ Matthe. viij.
In illo tpe Cū introiſſet ieſus
capharnaū: acceſſit ad eū cē-
turio rogās eū ⁊ dicēs. Dn̄e puer
meꝰ iacet i domo paraliticꝰ: ⁊ ma
le torq̄tur. Et ait illi ieſꝰ. Ego ve-
niā et curabo eū. Et reſpōdēs cen
turio: ait. Dn̄e nō ſū dignꝰ: vt in-
tres ſub tectū meū: ſed tm̄ dic v̄bo
et ſanabitur puer meꝰ. Nā et ego
hō ſū ſub poteſtate cōſtitutus: ha
bēs ſub me milites: ⁊ dico huic va
de et vadit: et alio veni/et venit: ⁊
ſeruo meo fac hoc: et facit. Audiēs
aūt ieſus miratꝰ eſt: et ſeq̄ntibꝰ ſe

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3

dixit. Amē dico vobis: nō inueni
tantā fidē in iſrl. Dico aūt vobis
q multi ab oriēte veniēt ⁊ occidē
te: et recūbent cū abrahā/yſaac et
iacob in regno celoꝝ. Filij aūt re-
gni eiicient̄ i tenebras exteriores.
Ibi erit fletus et ſtridor dētiū. Et
dixit ieſus cēturiōi. Vade: et ſicut
credidiſti/fiat tibi. Et ſanatus eſt
puer ex illa hora. Offꝛ. Precat⁹ eſt
moyſes i cōſpectu dñi dei ſui ⁊ dixit. Pre
catus eſt moyſes in cōſpectu dñi dei ſui
⁊ dixit: quare dñe iraſcer̄ i pplo tuo/par
ce ire animi tui: memēto abrahā/yſaac ⁊
iacob q̄bus iuraſti dare terrā fluētē lac
⁊ mel: et placat⁹ fact⁹ eſt dñs de maligni
tate quā dixit facere pplo ſuo. Secreta
SAnctificatiōis oīms ſctifica
tor deus oblata et offerētes
ſctifica ob merita ſctōꝝ pr̄iarcha
rū tuoꝝ abrahe/yſaac et iacob: of-
ferentibuſq̄ cōcede ſic oblata ſu-
mere ⁊ ſctifica: vt p hāc pceptionē
ſint tibi accepta. Per. Cōio. Iuſto-
rū aīe in manu dei ſunt: et nō tāget illos
tormētū malitie viſi ſunt oculis inſipiē-
tiū mori: illi autē ſunt in pace. Cōplē.
DErceptio corpor̄ et ſangui
nis dñi nr̄i ieſu chriſti cōme
moratiōe ſctōꝝ pr̄iarcharū tuoꝝ
abrahe/yſaac ⁊ iacob obtineat: vt
ſumētib⁹ ſit ad remiſſionē pecca
torū: et ad conſequēdā celeſtis vi-
te perpetuitatē. Per dñm nr̄m.
¶ Helizei prophete. Introitus.
OS iuſti meditabit̄
ſapientiā: et lingua
eius loq̄tur iudiciū
lex dei ei⁹ i corde ipſi
us. Ps. Noli emulari in
malignātibus: neq̄ zelaueris facientes
iniquitatem. Gloria patri et filio. Coll.
OMnīps ſempiterne de⁹ q̄ i ele-
ctis pphet̄ mirabilis p̄dica
ris: p̄ſta q̄s: vt ſicut ſpm̄ helye in
ſctō pphera helizeo ad miracl'a fa
ciēda duplicaſti: ita gr̄am ſcti ſpi
ritus ad virtuoſa opera exercēda
in nobis multiplicare digneris.
Per eiuſdem. Lect. libri regū. iiij.
DIxerūt viri hierico ad heli-
ſeum. Ecce habitatio hui⁹
optima eſt ſicut tu ipſe dñe proſpi
cis: ſed aq̄ peſſime ſūt ⁊ terra ſteri
lis. At ille ait. Afferte mihi vas no
uum: et mittite in illud ſal. Qd̄ cū
attuliſſent: egreſſus ad fōtē aqua
rū/miſit in illud ſal: et ait. Hec di-
cit dñs. Sanaui aq̄s has: ⁊ nō erit
vltra i eis mors neq̄ ſterilitas. Sa
nate ſūt ergo aq̄ vſq̄ i diē hāc: iu-
xta v̄bū helizei qd̄ locut⁹ eſt. Aſcē-
dit aūt inde helize⁹ i bethel. Cūq̄
aſcē deret p viā: pueri parui egreſ
ſi ſūt de ciuitate: et illudebāt ei di
cētes. Aſcēde calue/aſcende calue.
Qui cū reſpexiſſet/vidit eos: ⁊ ma
ledixit eis in noīe dñi. Egreſſi ſūt
aūt vrſi de ſaltu: et lacerauerūt ex
eis q̄dragita duos pueros. Abijt
aūt inde i mōte carmeli: et inde re
uerſus eſt in ſamariā. Gꝛ. Oſculer
oro te patrem meū: et matrē meā ⁊ ſic ſe
quar te. v̄. Dixit ei helize⁹ vade et reuer-
tere qd̄ meū erat feci tuū. Alla. v̄. Cō-
ſurgens helizeus ſecutus eſt heliā et mi-
niſtrabat ei. Secundum lucam. iiij.
IN illo tpe. Dixerūt phariſei
ad ieſū. Quāta audiuim⁹ fa-
cta i capharnaū: fac ⁊ hic i patria
tua. Ait autē. Amē dico vobis: q̄a
nemo pphera accept⁹ eſt i patria

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag
226 A 3

ſua. In veritate dico vobis: multe vidue erãt in diebus helie in iſrl: quãdo clauſum eſt celũ annis tribus et menſibus ſex: cũ facta eſſet fames magna in omĩ terra: et ad nullã illarũ miſſus eſt helias/ niſi in ſareptã ſidonie ad mulierẽ viduã. Et multi leproſi erãt ĩ iſrael ſub helizeo ꝓpheta: et nemo eorũ mũdat⁹ eſt/ niſi naamã ſyrus. Et repleti ſũt oẽs in ſynagoga ira: hec audiẽtes. Et ſurrexerũt et eiecerũt illũ extra ciuitatem: et duxerunt illũ vſqꝫ ad ſupciliũ montis ſuper quẽ ciuitas eorũ erat edificata: vt ꝓcipitarent eũ. Ipſe autẽ trãſiẽs ꝑ mediũ illoꝝ ibat. **Offr.** Helizeus ſpiritu magno vidit vltima: et conſolatus eſt lugẽtes in ſyon: et oſtendit futura et abſcondit anteꝙ eueniret.

QUeſumus oñs deus (**Secre.**) vt ſicut beatũ heliſeũ beato helye vita et opere in mõtem carmeli pro defenſiõe ſeruoꝝ ſuorũ coadunaſti: cõcede nobis famulis tuis cũ ipſis in celeſtibus ſociari. Per. **Cõio.** Helias in turbine tect⁹ eſt et ĩ helizeo cõplet⁹ eſt ſpũs ei⁹. **Cõpl.**

DEus q̃ beatũ helizeũ ꝓphetã mõtis carmeli incolã altis mirificaſti ꝓdigijs: et illuſtraſti doctrinis



tribue nobis q̃s: vt ei⁹ exẽpla ſeq̃ntes ad te ꝑuenire mereamur. Per dominũ. ¶ **De ſctõ iob ꝓpriarc. Introi.**

SCio qꝫ redẽptor me⁹ viuit et in nouiſſimo die de terra ſurrecturus ſũ: et rurſũ circũdabor pelle mea: et in carne mea videbo deum ſaluatorem meum. **Ps.** Quẽ viſurus ſum ego ipſe et nõ alius et oculi mei conſpecturi ſunt. Gloria patri et filio et ſpiri. **Coll.**

DEus qui ad inſtructionem poſteroꝝ beatũ iob cõfeſſorem tuum/ atqꝫ ꝓphetam patientie virtute in temptationibus decoraſti: cõcede propitius: vt eius exemplo ꝓſentis vite incõmoda equanimiter perferamus: et futura cõmoda conſequi mereamur. Per dñm nr̃m. **Lectio libri iob. i.**

IN diebus illis. Vir erat in terra hus noĩe iob. Et erat vir ille ſimplex/ rectus/ ac timẽs deũ: et recedens a malo. Natiqꝫ ſunt ei ſeptẽ filij et tres filie. Et fuit poſſeſſio eius ſeptem milia ouiũ et tria milia cameloꝝ. Quingẽta quoqꝫ iuga boum et quingente aſine/ ac familia multa nimis. Eratqꝫ vir ille magnus inter oẽs orientales Et ibant filij eius et faciebant cõuiuia vnuſq̃ſqꝫ in die ſuo. Et mittentes vocabãt tres ſorores ſuas vt comederent et biberent cũ eis Cũqꝫ in orbẽ tranſiſſent dies conuiuij/ mittebat ad eos iob et ſctificabat illos: conſurgenſqꝫ diluculo offerebat holocauſta ꝑ ſingulos. Dicebat enĩ. Ne forte peccauerint filij mei et benedixerit deo in cordibus ſuis. Sic faciebat iob cũctis diebus. **Gr.** Cum audiſſet iob nũciorum verba ſuſtinuit patienter dicẽs: nu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3

De Sancto daniele propheta.

dus egreſſus ſum de vtero matris mee: nudus reuertar illuc. ỽ. Dñs dedit dñs abſtulit ſicut domīo placuit ita factum eſt ſit nomē dñi benedictū. Allelupa ỽ. In omnibus hijs nō peccauit iob labijs ſuis neq̄ ſtultum aliquid cōtra deū locutus eſt. Secundum lucam. xij.

In illo tpe. Dixit ieſus diſcipulis ſuis. Nolite timere puſillus grex: q̄a cōplacuit patri veſtro dare vobis regnū. Vendite q̄ poſſidetis: et date elemoſinā/ facite vobis ſacculos q̄ nō veteraſcūt theſaurū nō deficiētē in celis quo fur nō appropiat/ neq̄ corrūpit Vbi enī eſt theſaurus tuus: ibi et cor tuū. Offer. Vir erat ī terra hus nomine iob ſimplex ⁊ rectus/ ac timēs deū quē ſathan petijt vt tētaret: et data eſt ei poteſtas a domīo in facultate et in carne eius: perdiditq̄ omnem ſubſtantiam ipſius et filios; carnem quoq̄ eius graui vlcere vulnerauit. Secreta.

Suſcipe dñe propitius hoſtias q̄bus beati iob meritis te placari voluiſti: et nobis ſalutem corporis et aīe potenti pietate reſtitue. Per. Cōio. Iob ſeruus meus orabit pro vobis: faciem eius ſuſcipiā vt nō vobis imputetur ſtulticia. Cōplenda.

Sumptis dñe muneribus ſacris q̄s clementiā tuā: vt ſicut nouiſſimis bti iob benedixiſti ſic nob; et oīb⁹ famulis tuis bñdicere ⁊ auxiliari tua pietate digneris. Per. ¶ De ſcō daniele. Intro.

Daniel ſerue dei viuētis deus tu⁹ cui tu ſeruis ſemp ipſe liberator/ atq̄ ſaluator faciens ſigna et mirabilia in celo et ī terra liberauit te de lacu leonū. Ps. Deus meus miſit angelum ſuū et concluſit ora leonū et non nocuerunt michi: quia corā eo iuſticia inuēta eſt in me. Gloria pr̄i et filio. Col.

Deus qui per vtriuſq̄ teſtamenti patres vnius eccleſie tue fondamēta conſtituis: da nobis beati danielis patrocinio protegi: cuius ſumus miſticis reuelatiōibus ſalubriter inſtituti. Per dñm noſtrum ieſum chriſtū filiū. ¶ Lectio danielis prophete. xiiij.

In dieb⁹ illis. Congregati ſūt babilonij ad regem et dixerunt ei. Trade nobis danielē qui bel deſtruxit: ⁊ draconē interfecit Alioquin interficiemus te et domum tuam. Vidit ergo rex q̄ irruerent in eum vehementer: et neceſſitate compulſus tradidit eis danielem. Qui miſerūt eum in lacum leonum: ⁊ erat ibi ſex diebus Porro in lacu erant leones ſeptē et dabātur eis quotidie duo corpora et due oues. Et tunc nō ſunt data eis vt deuorarent danielem. Erat autem abacuc propheta in iudea: et ipſe coxerat pulmētum et intriuerat panes in alueolo: et ibat in cāpum vt ferret meſſoribus. Dixitq̄ angelus domini ad abacuc. Fer prandiū quod habes in babilonem danieli qui eſt in lacu leonum. Et dixit abacuc. Domine babilonem non vidi et lacum neſcio. Et apprehendit eū angelus domini in vertice eius ⁊ portauit eum capillo capitis ſui: poſuitq̄ eum in babilone ſuper lacum in impetu ſpiritus ſui. Et

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag
226 A 3

clamauit abacuc dicens. Daniel
ſerue dei tolle prādium qđ miſit
tibi deus. Et ait daniel. Recorda-
tus es enī mei domīe deus meus:
et non dereliquiſti diligentes te.
Surgenſq3 daniel comedit. Por-
ro angelus domini reſtituit aba-
cuc cōfeſtim in locū ſuum. Venit
ergo rex die ſeptīa vt lugeret da-
nielem. Et venit ad lacū et intro-
ſpexit: et ecce daniel ſedens in me
dio leonū. Et exclamauit rex vo-
ce magna dicēs. Magnus es dn̄e
deus danielis. Et extraxit eum de
lacu. Porro illos q̇ perditiōis ei⁹
cauſa fuerāt ītromiſit ī lacū: ⁊ de
uorati ſunt in momēto coram eo
Tūc rex ait. Paueāt oēs habitā-
tes ī vniuerſa terra deū danielis:
quia ipſe eſt liberator et ſaluator
faciens ſigna et mirabilia in celo
et in terra. Qui liberauit danielē
de lacu leonum. Gr. Cum oraret da
niel et cōfiteretur peccata populi et pro-
ſterneret preces ſuas in cōſpectu dn̄i dei
ſui: volauit gabriel et docuit eum ⁊ dixit
daniel ego veni vt indicarē tibi quia vir
deſideriorum tu es. ꝟ. Noli metuere da-
niel: quia exaudita ſunt verba tua in cō-
ſpectu dei tui et ego veni propter ſermo
nes tuos vt docerem te que vētura ſūt.
Alla. ꝟ. Magnus es domine deus da
nielis: et laudabilis et glorioſus in ſe-
cula. Secūdum Mattheum. xxiiij
In illo tempore. Dixit ieſus
diſcipulis ſuis. Audituri eſt[is]
prelia et opiniones preliorum: vi
dete ne conturbemini. Oportet
enim hec fieri: ſed nondū eſt finis.
Conſurget enim gens in gentem:
⁊ regnum in regnum: et erunt pe-
ſtilentie et fames: et terremotus
per loca. Hec autem om̄ia initia
ſunt dolorum. Tunc tradēt vos
in tribulationem et occidēt vos:
⁊ eritis odio omnibus gentibus
propter nomē meum. Et tūc ſcā-
daliſabuntur multi et inuicē tra-
dent: et odio habebunt inuicem.
Et multi pſeudo ꝓphete ſurgent
⁊ ſeducent multos. Et quoniā ha
bundauit iniq̄tas: refrigeſcet cha
ritas multorū. Qui autem pſeue-
rauerit vſq3 ī finē: hic ſaluus erit.
Et predicabitur hoc euāgelium
regni in vniuerſo orbe in teſtimo
niū omnibus gentibus: et tūc ve-
niet conſummatio. Cum ergo vi-
deritis abhominationē deſola-
tiōis que dicta eſt a daniele ꝓphe
ta ſtantē in loco ſancto: qui legit
intelligat. Tunc qui in iudea ſūt
fugiēt ad montes: et qui in tecto
non deſcendat tollere aliquid de
domo ſua: et qui in agro non re-
uertatur: tollere tunicam ſuam.
Offr. Oraui dn̄m ego daniel dicens ex-
audi preces ſerui tui illumina faciē tuā
ſuper ſanctuarium tuū: et propitius in-
tende populum iſtum ſuper quē inuoca
tum eſt nomen tuum deus. Secreta.
Deus qui ſuſannam per bea
ti danielis iudicium libera
ſti: hec munera propitius reſpice
atq3 eius precibus venerādis ab
oī nos aduerſitate defende. Per.
Cōio. Vniuerſi ppl̄i tribus et lingue cō
tremiſcāt et paueāt deū danielis: q2 ipſe
eſt deus viuēs et etern⁹ ī ſecula. Cōpl.
Deus q̇ ꝑ abacuc ꝓphetā btō
danieli prandiū deſtinaſti:
ipſo interueniēte cōcede: vt q̇ de

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag
226 A 3

De ſancto iuſto ſimeone.

celeſti mēſa percepimus ſinceris
mētibus illibata ſeruemus. Per
¶ De ſctō iuſto ſimeone. Introi.

D A pacem domine ſu
ſtinentibus te:vt p̄
phete tui fideles īue
niantur:exaudi pre-
ces ſeruorū tuorum
et plebis tue iſrael. ps. Beatus vir q̄
timet dominum: in mādatis eius cupit
nimis. Gloria patri et filio:et ſpi. Coll.

P Erfice in nobis queſumus
domīe gratiam tuam: que
iuſti ſimeonis expectationem im
pleſti:vt ſicut ille mortem non vi-
dit/ niſi prius videret chriſtū do-
mini:ita ⁊ nos vitam obtineam⁹
eternam. Per eūdem dominum.
Lectio libri ſapiētie. Eccleſiaſti. l.

E Cce ſacerdos magnus: q̄ q̄ſi
ſtella matutina ī medio ne-
bule:et quaſi luna in diebus ſuis
lucet. Et quaſi ſol refulgēs:ſic iſte
refulſit in tēplo domini. Et quaſi
arcus refulgēs inter nebulas glo-
rie:et quaſi flos roſarum in die-
bus vernis. Quaſi lilia que ſunt
in tranſitu aque:et quaſi thus re-
dolens in diebus eſtatis. Quaſi
ignis effulgens:et thus ardēs in
igne. Quaſi vas auri ſolidum or-
natū omni lapide precioſo. Qua-
ſi oliua pullulans: et cipreſſus in
altitudine ſe tollens. In accipien
do ſtolam glorie: dedit ſanctita-
tis amictum. Quaſi plantatio in
monte libani:dedit gloriam deo.
Gr. Ecce ſacerdos magnus qui in die-
bus ſuis placuit deo et inuentus eſt iu-
ſtus. V. Non eſt inuētus ſiſis illi q̄ cōſer-
naret legem excelſi. Alleluya. V. Se-
nex puerum portabat puer autem ſenē
regebat. Secundum lucam. ij.

I N illo tempore. Erat homo
in hieruſalem cui nomen ſi-
meō. Et homo iſte iuſtus et timo
ratus: expectabat cōſolationem
iſrael: et ſpiritus ſanctus erat in
eo. Et reſponſum acceperat a ſpi-
ritu ſancto non viſurum ſe mor-
tem: niſi videret chriſtū domini.
Et venit in ſpiritu in templum.
Et cum inducerēt puerum ieſum
parentes eius: vt facerent ſecūdū
conſuetudinem legis pro eo. Et
ipſe accepit eum in vlnas ſuas: et
benedixit deum et dixit. Nunc di
mittis ſeruum tuum domīe:ſecū-
bum tuum in pace. Quia viderūt
oculi mei:ſalutare tuū. Quod pa-
raſti: ante faciem omnium popu
lorum. Lumen ad reuelationē gē
tium: et gloriam plebis tue iſrael
Offer. Veritas mea ⁊ mīa mea cū ipſo ⁊
ī noīe meo exaltabit᷑ cornu ei⁹. Secre.

C Oncede q̄ſumus omīpotēs
de⁹ nos filij tui fruitiōe gau
dere: quē noſtre carnis fragilita-
te velatum beatus ſimeon timo-
ratus et iuſtus ſuis ſuſcepit exul-
tans in vlnis. Per eundem dn̄m.
Cōio. Reſponſum accepit ſimeon a ſpi
ritu ſancto non viſurum ſe mortem/niſi
videret chriſtum domini. Cōplenda.

D Eus qui vnigenitū tuū in
noſtre carnis ſubſtantia in
templo cū legalibus muneribus
in vlnis iuſti ſimeonis offerri vo-
luiſti:nos ſacro refectos libamie
ſue glorie tribue participatione
gaudere. Per eundem dn̄m nr̄m.
¶ De. xxiiij. ſenioribus id eſt eccle

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3

ſtarū cathedraliū pōtificib⁹. Col.

DEus qui ineffabili pietatis tue diſpoſitione cōſtituiſti vt vigīti quattuoꝛ ſenioꝛes in cōſpectu tuo fidelium deferant ſupplicatiōes: preſta ꝓpiti⁹: vt q̇ eoꝝ expetimus ſuffragia tue conſolationis grām: in cūctis neceſſitatibus conſequamur. Per. Secreta.

OBlatis q̄s dn̄e placare muneribus: et intercedētib⁹ vigīti q̄ttuoꝛ ſenioꝛib⁹ q̇ ī cōſpectu diuine maieſtatꝫ tue: ſup vigīti q̄ttuoꝛ ſedilia nomen tuum laudātes et gloꝛificantes procumbunt eorum meritis et precibus nos a cūctis defende periculis. Per dn̄m noſtrum ieſum chriſtum. Cōplē.

SVmpſimus dn̄e ſanctoꝛum tuoꝛum viginti quattuoꝛ ſenioꝛum qui tuā maieſtatē benedicere nō ceſſant: merita recolentes ſacramēta celeſtia: preſta queſumus: vt quod fideliter petim⁹ efficaciter conſequamur. Per do.

¶ De oībus ſanctis apl'is. Intro.

IVdicāt ſancti gentes ⁊ dominātur pp'lis: ⁊ regnabit dn̄s deus illoꝝ imꝑpetuum. Ps. Exultate iuſti in dn̄o: rectos decet collaudatio. Gloꝛia pri. Col.

DA nobis queſumus dn̄e de⁹ noſter beatoꝝ apoſtoloꝝ tuoꝝ omniū interceſſiōibus adiuuari et ſubleuari: et per quos eccleſie tue superni numinis rudimēta donaſti per eos ſubſidia ꝑpetue ſalutis impēde. Per dn̄m. Ep'la. Hij ſunt viri mi̇e. fo. iij. Gr. Nimis honoꝛati ſunt amici tui deus nimis cōfoꝛtatus eſt pꝛincipatus eoꝝ. V̄. Dinumerabo eos et ſup arenā multiplicabūtur. Alla. V̄. Per manus aūt apoſtoloꝝum fiebāt ſigna et pꝛodigia multa in plebe. Sequentia. Clare ſctōꝝ quere. fo. ij. Euāge. Hec mādo vobis. fol. iij. Offe. In oēm terrā exiuit ſon⁹ eoꝝ et ī fines oꝛbꝫ terre verba eoꝝ.

MVnera dn̄e que pro apoſtoloꝝ tuoꝝ omniū cōmemoꝛatiōe deferimus: ꝓpitius ſuſcipe: et mala oīa que meremur auerte. Per do. Secre. Prefatio de apoſtolis. Cōio. Dico aūt vobꝫ amicis meis ne terreamini ab hijs q̇ vos pſequūt̄.

QVeſumus dn̄e ſalutarib⁹ repleti miſterijs: vt quoꝝ cōmemoꝛatiōem colimus eoꝝ oꝛatiōibus adiuuemur. Per. Cōplē.

¶ De q̄ttuoꝛ euāgeliſtis. Introi.

SApiētiā ſanctoꝝ narrant populi: ⁊ laudē eoꝝ nūciat eccl'ia nomina aūt eoꝝ viuēt in ſeculum ſeculi. Ps. Exultate iuſti ī dn̄o: rectos decet collaudatio. Gloꝛia patri et filio: et ſpi. Coll'a

DEus q̇ beatos euangeliſtas tuos euāgelice p̄dicationis gratia ſublimaſti: tribue q̄s: eoꝝ nos ſemꝑ et eruditiōe pꝛoficere: ⁊ oꝛatiōe defendi. Per. Ad ephe. iiij.

FRatres. Vnicuiq̄ nr̄m data eſt grā ſcd̄m mēſurā donationis xp̄i. Propter qđ dicit. Aſcēdēs in altū captiuā duxit captiuitatē: dedit dona hoibus. Qđ aūt aſcēdit qđ eſt/ niſi q̇a deſcēdit pꝛimū in īferioꝛes partes terre: Qui deſcēdit ipſe eſt: et q̇ aſcēdit ſuper oēs celos: vt adimpleret omnia.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3

Cōmemoratio ſancti martini.

Et ipſe dedit quoſdā quidē apo-
ſtolos: quoſdā autē pphetas/ ali-
os euangeliſtas/ alios aūt paſto-
res et doctores ad cōſummatio-
nē ſanctorꝝ in opus miniſterij/ in
edificationē corporis chriſti: do-
nec occurramus oēs in unitatē fi-
dei et agnitiōis filij dei: ī virū pfe-
ctū: ī mēſurā etatꝭ plenitudis xpi.
Gr. Conſtitues eos principes ſup oēm
terrā: memores erūt nomīs tui dñe. V.
Pro patribus tuis nati ſunt tibi filij: p-
pterea ppl'i cōfitebūtur tibi. Alla. V.
Non vos me elegiſtis: ſed ego vos elegi
⁊ poſui vos vt eatis et fructū afferatis ⁊
fructus veſter maneat. Sequētia Io-
cūdare plebs fidelis. quere. fol. ij.
Euangeliū. Deſignauit dñs. qre.
fo. iij. Offr. In omnē terrā exiuit ſon⁹
eorꝝ: et ī fines orbꝭ terre verba eorꝝ. Sec.
BEatorū euāgeliſtarū tuorū
commemoratione tibi mu-
nera deferētes queſumus dñe: vt
ſicut illos predicatio euāgelica fe-
cit glorioſos: ita nos eorꝝ interceſ-
ſio et verbo et opere reddat acce-
ptos. Per do. Prefatio de aplis.
Cōio. Ego vos elegi de mūdo vt eatis
⁊ fructū afferatꝭ et fruct⁹ veſter maneat
TRibuant nobis q̄ſu (Cōplē.
mus dñe cōtinuum tua ſan
cta preſidium: quo beatorū euā-
geliſtarū tuorū precibus nos ab
omnibus tueātur aduerſis. Per
dñm noſtrum. ¶ In cōmemora-
tione ſancti martini. Introitus.
STatuit ei domin⁹ te
ſtamentum pacis: et
principem fecit eum
vt ſit illi ſacerdotij
dignitas in eternū.

Ps. Miſericordias domini: in eternū cā-
tabo. Gloria patri et filio: et ſpi. Colla.
COncede queſumus omni-
potens deus: vt beati mar-
tini cōfeſſoris tui atqꝫ pontificis
frequentata ſolēnitas: ad perpe-
tuam nobis proficiat ſalutem: et
quem ſepius veneramur ī terris:
ſemper habeamus patronum in
celis. Epiſtola. Ecce ſacerdos ma
gnus. vts. fol. ix. Gr. Iurauit dñs et
nō penitebit eum: tu es ſacerdos in eter-
num: ſecundū ordinem melchiſedech. V.
Dixit dominus dño meo: ſede a dextris
meis. Allelua. V⁹. Statuit domin⁹
beato martino teſtamentū eternū: et de
dit illi ſacerdotium magnū. Sequen.
GAude ſpō que diem recolis
qua martinus cōpar apo-
ſtolis: mundum vincens functus
celicolis/ coronatur. Hic marti-
nus paup et modicus/ ſeruus pru-
dens fidelis villicus: celo diues ci-
uis angelicus/ ſublimatur. Hic
martinus qui cathecuminus/ nu
dum veſtit et nocte protinus inſe
quēti hac veſte dominus/ eſt indu
tus. Hic martinus ſpernens mi-
litiam/ inimicis inermis obuiam
ire parat baptiſmi gratiam/ aſſe-
cutus. Hic martinus dum offert
hoſtiam/ intus ardet per dei gra-
tiam: ſuperſedēs apparet etiam/
globus ignis. Hic martinus qui
celum reſerat/ mari preeſt ⁊ terris
imperat: morbos ſanat et mon-
ſtra ſupat/ vir inſignis. Hic mar
tinus nec mori timuit/ nec viuen-
di laborem ſpreuit: ſicqꝫ dei ſe to-
tum tribuit/ voluntati. Hic mar
tinus qui nulli nocuit/ hic marti-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag
226 A 3

nus qui cunctis profuit: hic martinus qui trine placuit/ maieſtati. O martine paſtor egregie/ o celeſtis cõſors militie: nos a lupi defendas rabie/ ſeuientis. O martine fac nunc quod geſſeras/ deo p̄ces pro nobꝫ offeras: eſto memor quam nunq̄ deſeras/ tue gentis. Amen. Euãgeliũ. Sint lumbi veſtri precincti. vtš. fo. lx. Offer. Veritas mea et mĩa mea cum ipſo: ⁊ in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secre.

Hec oblatio q̄s dñe quã iterata beati martini cõfeſſoris tui atqꝫ pontificis feſtiuitate: tue offerimus maieſtati: nobis ꝓſit ad indulgentiam: vt per eam a noſtris liberemur peccatis: et ſacris altaribus aſtare digni efficiamur. Per dñm nr̃m ieſum. Cõio.

Sint lumbi veſtri precincti: ⁊ lucerne ardentes in manibus veſtris. Cõplẽda.

Sacramenta dñe que ſumpſimus: beato martino confeſſore tuo atqꝫ pontifice intercedẽte: ab om̃i nos aduerſitate defendant: et ꝑpetua proſperitate tibi deo ſoli ſeruire concedãt. Per do.

¶ De q̄nqꝫ ſanctis priuilegiatis. Colla.

Deus qui ſanctorum tuoꝝ dyoniſij/ georgij/ chriſtoferi/ blaſij ⁊ egidij memoriam faciẽtibus: et eorum opem poſcẽtibus auxilium in tribulatiõe ꝓmiſiſti: ipſorũ nos queſumus tuere preſidijs: ſicuti oĩbus fidelis es verbis. Per dñm noſtrũ. Secreta

Munera domĩe que pro beatorum tuorum dyoniſij/ georgij/ chriſtoferi/ blaſij ⁊ egidij cõmemoratiõe deferimus propiti⁹ reſpice: et mala oĩa que iuſte meremur auerte. Per dñm. Cõplen.

Populum tuũ domine vnigeniti filij tui ſanguine precioſo redẽptum propitius reſpice: et beatꝫ dyoniſio/ georgio/ chriſtofero/ blaſio et egidio intercedẽtibus concede: vt hoc tuum ſacramentum ⁊ remiſſionem criminũ ⁊ gratiam nobis obtineat meritorum. Per dñm noſtrum ieſum chriſtũ filiũ tuũ.

¶ De quinqꝫ ſanctis v̓ginibus priuilegiatis. Col.

Deus q̇ beataꝝ virginũ tuarum margarete/ katherine marthe/ xp̄ine ⁊ barbare patrocinium inuocantibus promiſiſti ſuccurſum: da vt earũ meritis et precibus promiſſionis tue cõſequamur effectum. Per dñm noſtrum ieſum chriſtũ filiũ tuũ. Secreta.

Intende queſumus dñe altaribus tuis pro ſanctaꝝ martyrũ tuarum katherine/ margarete/ marthe/ chriſtine et barbare commemoratione propoſita: vt ſicut ꝑ hec beata myſteria gratiã contuliſti: ita nobis iudulgentiã largiaris. Per dñm noſtrum ieſum chriſtum filiũ tuũ. Cõplẽda.

Sanctarum tuarum katherine/ margarete/ marthe/ chriſtine et barbare q̄ſumus dñe ſupplicatione placatus: et veniã nobis tribue: ⁊ remedia ſempiterna concede. Per dñm noſtrũ ieſum chriſtum filium tuũ. Qui tecũ vi.

¶ De ſanctis quindecim auxiliatoribus valde proficua ad gratiã aliquã vel liberationem a periculis et anguſtijs obtinẽdã. Intro.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3

De quindecim auxiliatoribus.

MVlte tribulatiōes iu
ſtorum: et de hijs oī-
b⁹ liberauit eos dn̄s:
dn̄s cuſtodit oīa oſ-
ſa eoꝝ vnū ex his nō
cōteretur. Ps. Benedicā dn̄m i oī tpe:
ſemp laus eius i ore meo. Gloria. Coll.

OMnīpš ac mitiſſime deus qui
electos ſctōs tuos georgiū/
blaſiū/heraſmū/pātaleonē/vitū/
chriſtoferū/dioniſiū/ciriacū/acha
tiū / euſtachiū/ magnū/ egidium/
margaretā/ barbarā: et katheri-
nā ſpecialibus priuilegijs decora
ſti: qs vt oēs q̄ i neceſſitatib⁹ eorū
imploramus auxiliū: ſcđm tue p-
miſſionis grām petitiōis nr̄e ſa-
lutarē cōſequamur effectū: da no
bis dn̄e veniā peccatoꝝ: et ipſorū
intercedētibus meritis ab oībus
aduerſitatibus libera: et depreca
tiones noſtras benignus exaudi
Per dn̄m. Epl'a Sancti p fidē. q̄re
de martyr. fo. vij. Gr. Clamauerunt
iuſti et dn̄s exaudiuit eos: et ex oībus tri
bulationibus eorū liberauit eos. V. Iu-
xta eſt dn̄s hijs qui tribulato ſunt corde
& humiles ſpiritu ſaluabit. Alla. V. Le
tamini in dn̄o et exultate iuſti: et gloria-
mini oēs recti corde. Scđm Matth. xi

IN illo tpe. Reſpondēs ieſus
dixit. Confitebor tibi pr̄ dn̄e
celi et terre: quia abſcōdiſti hec a
ſapiētibus et prudētibus: et reue
laſti ea paruulis. Ita pat: qm̄ ſic
placitū fuit ante te. Oīa mihi tra
dita ſunt a patre meo. Et nemo
nouit filiū niſi pater: neq̧ patrē
quis nouit niſi filius: & cui volue-
rit filius reuelare. Venite ad me
oēs q̄ laboratis et onerati eſtis: &
ego reficiam vos. Tollite iugum
meū ſuper vos: et diſcite a me q̄a
mitis ſum et humilis corde: et in-
uenietis requiem animabus ve-
ſtris. Iugum enim meū ſuaue eſt:
& onus meum leue. Offr. Mirabi-
lis deus in ſanctis ſuis: deus iſrael ipſe
dabit virtutem et fortitudinem plebis
ſue benedictus deus. Secreta.

SVſcipe queſumus clemētiſſi
me deus p̄ces & hoſtias quas tibi
in ſanctorum tuorū/georgij/bla-
ſij/heraſmi/pātaleonis/ viti/chri-
ſtoferi/ dioniſij/ciriaci/achacij/eu
ſtachij/magni/egidij/margarete/
barbare et katherine honore de-
ferim⁹: vt qui noſtre iuſticie fidu-
ciam nō habemus: eorū qui tibi
placuerunt ſingulariter interce-
dentibus meritis petitionū no-
ſtrarū: te pium largitorem ſentia
mus. Per do. Cōio. Poſuerunt mor
talia ſeruorum tuorū dn̄e eſcas volatili-
bus celi carnes ſanctorum tuorū beſtijs
terre: ſcđm magnitudinē brachij tui poſ
ſide filios morti punitorū. Cōplēda.

SAcramēta que ſumpſimus
dn̄e queſumus intercedenti
bus ſanctis tuis georgio/ blaſio/
heraſmo/pātaleone/vito/chriſto-
fero/ dioniſio/ ciriaco/ achatio/eu
ſtachio/magno/egidio/ margare
ta/barbara et katherina nobis p
ſint ad veniam: et quorū petitio-
nem clementer exaudiſti in neceſ-
ſitatibus noſtris eoꝝ nos refoue
miſeratus auxilio: et ab omni ad
uerſitate potēter cuſtodi. Per do
minū noſtrum ieſum chriſtū filiū
tuum. Qui tecum viuit et regnat
in vnitate ſpiritus ſancti deus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3

¶ Miſſa ad honorẽ glīoſe v̾ginis
marie p mlīerib⁹ ipregnãtib⁹ aut
alias ĩ partu laborãtib⁹. Introi.

Alma v̾go v̾ginũ ſan-
cta dei genitrix ꝓ de-
uotis porrige ancil-
lis tuis p̃ces obnix-
as ad filiũ/ q̃ parturi
entiũ benigna es auxiliatrix. Ps.
Iurauit dñs dauid veritatem: et nõ fru-
ſtrabitur eũ: de fructu ventris tui ponã
ſuper ſedem tuam. Gloria patri. Colla

Exaudi clemẽtiſſime pr̃ dep̃-
cationẽ ſerui tui: ꝓ pauperi
bus ancillis tuis ĩ partu nũc aut
in poſterũ laborantib⁹ maieſtati
tue deuotiſſime ſupplicantis: vt
quẽadmodũ tua eas ꝓuidẽtia cõ
cipere decreuiſti: ita ipſa bñdictio
ne tua p̃ambula: ad laudẽ tui ſa-
cri noĩs v̾gine glīoſa ſuffragante
celeriter iubeas expediri. Per do-
minũ noſtrũ. Lectio libri geñ. iij.

In diebus illis. Dixit dñs ad
adã. Nunq̇d ex ligno de quo
tibi p̃ceperã ne comederes/ come-
diſti? Dixitq̧ adã. Mulier quã de
diſti michi ſociã: dedit michi de li
gno/ ⁊ comedi. Et dixit dominus
ad mlīerẽ. Quare hoc feciſti? Que
reſpondit. Serpẽs decepit me: et
comedi. Et ait dñs ad ſerpẽtẽ: q̇a
feciſti hoc: maledictus es ĩter oĩa
animãtia: et beſtias terre. Inimi-
citias ponã inter te et mulierẽ: et
ſemẽ tuũ/ ⁊ ſemẽ illius. Et ipſa cõ
teret caput tuũ: et tu inſidiaberis
calcaneo eius. Mulieri quoq̧ di-
xit. Multiplicabo erũnas tuas: ⁊
cõceptus tuos. In dolore paries
filios: et ſub viri poteſtate eris/ et
dominabitur tibi. Ade vero dixit
Quia audiſti vocẽ vxoris tue ⁊ co
mediſti de ligno/ ex quo p̃ceperã
tibi ne comederes: maledicta ter-
ra in opere tuo. In laboribus co-
medes ex ea/ cũctis dieb⁹ vite tue.
In ſudore vultus tui veſceris pa-
ne tuo/ donec reuertaris in terrã
de qua ſũptus es. Quia puluis es
⁊ ĩ puluerẽ reuerteris. Gr. Ecce vir
go cõcepit: et abſq̧ dolore peperit nobis
filiũ: cui⁹ nomẽ vocatũ eſt ieſus. ỽ. Qui
ſicut pluuia ĩ vellus: ita ĩ vteꝝ virginis
deſcẽdit: et velut ſol porta clauſa ex vte-
ro virginali ad nos introiuit. Alla. ỽ
Ad tuũ o maria cõfugiũt p̄ſidiũ paupes
in partu laborãtes: q̇s ſuis q̃ſo nõ deſpi
cias ĩ neceſſitatib⁹: ſꝫ a periculis cũctis li
bera eas virgo ſemp bñdicta. Sequẽ.

Ancilla xp̄i maria mat̃ dei/
pauperẽ exaudi pctõrẽ ad
te vere ſuſpirãtẽ: ne matrũ in vte
ro periclitẽtur infãtuli. Qui ꝓpt̃
defectũ baptiſmi/ macula irretiti
originali: in limbũ cõdeſcẽdũt/ q̃
pars eſt ĩferni. Maria itaq̧ miſe-
ris/ ſuccurre puerulis: q̇ pro graui
ade ꝓthoplaſtoꝝ nebula viſione
dei ibi carent ꝑpetua. O iudicia
dei abyſſus multa: q̇ licet ſine cul-
pa pereãt/ nõ tñ ſine cauſa. Quã
igitur ꝑniciosus pomi vetiti eue
fuit morſus: quo mors poſterꝫ ſic
cõcludebatur. Sed o q̃ felix fuit
⁊ letabũdus: o maria ĩter te et an
gelũ dialogus/ quo vita orbi toti
oriebatur. Pre ceteris aũt tuus
videtur ſplẽdeſcere btiſſim⁹ abſq̧
dolore partus. Per quẽ eue ma-
ledictio eſt ſoluta/ nec min⁹ bñdi-
ctio: mulierib⁹ cũctꝫ eſt cõdonata

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3

Pro Paruulis pueris.

Ad quē ergo refugient deſolate
pregnātes/niſi ad te cūctarꝝ cōſo-
latrix cū lachrimis gemētes. Au
di eas vgo īmaculata/nec paren-
tū aſpiciat vnigenit⁹ tuus ad pec
cata. Sed paruuloꝝ vlulatus cle
mēter exaudi/ne ī penni ſubiiciā-
tur inferni formidoloſa adeo pe-
na. Nos denicꝫ poſt ſacri baptiſ-
matis vndam regeneratos/ per-
ducere digneꝛ/ ad eterna gaudia
Amen. Secundum Johannē. xvi
In illo tpe. Dixit ieſus diſci-
pulis ſuis. Mulier cū parit
triſticiā habet: q̄a venit hora ei⁹.
Cū autē peperit puerū: iā nō me-
minit preſſure ꝓpter gaudiū: q̄a
natus eſt homo in mūdū. Amen
amen dico vobis: ſi q̄d petieritis
patrē in noīe meo/ dabit vobis.
Petite et accipietis: vt gaudiū ve
ſtrū ſit plenū. Offꝫ. Aue maria/par-
turientiū cōſolatrix: gratia plena/infan
tiū ſubleuatrix: q̄ꝛ dn̄s eſt tecū ipſoꝝ eſto
ꝓtectrix: vt pre mulierib⁹ benedicta dica
ris: et ſup oēs benedictus a cūctis chriſti
colis extollat' fruct⁹ vētris tui. Secre.
Piiſſime xp̄e ieſu: q̄ abſcꝫ do-
loris cōtagiōe ex vtero vir-
ginali almifice mr̄is tue in mun-
dū tua dignatione ſctiſſima por-
ta clauſa exire dignatus es: con-
cede ꝓpitius: vt fructus ancillarū
tuarū in orbē terrarū ſanos et in
columes taliter diſponas puenī-
re: qꝫ ad fontē baptiſmatꝭ vna te-
cū regenerari mereantur. Qui vi.
Cōio. In partu pueroꝝ o maria ſol tu⁹
reſplendeat mīe: quo lucente cetera poſt
deū luminaria ſūt quaſi nō ſint.
Beatiſſime ſpūs per. Cōplē.

quē cōdita ſunt vniuerſa: ſuppli-
citer tuas exaudire digneꝛ famu
las: pro q̄bus has tue porrigim⁹
pietati p̄ces: vt quēadmodū tuo
felici ſctō iuuamine optāt libera
ri: ita ſuffragiīs beatiſſime mr̄is
dei: lumē gr̄e tue in earū celeri ex-
peditiōe infūdere digneris. Qui
cū pr̄e et ſpiritu ſctō viuis et reg.
¶ Pro fugāda ſterilitate mulierꝭ. Colla.
Deus qui emortuam
vuluā ſare ita per abrahe ſe
men fecundare dignatus es: vt ei
contra ſpem ſobolis filius naſce-
retur: preſta famule tue. N. p ſua
ſterilitate dep̄canti: vt meroīē in-
fecunditatis ab ea ſubmoueas: ꝫ
ad cōcipiendā ſobolē ei fecūdita-
tem tribuas: et ſobolē quā dona-
uerꝭ: clemēter bn̄dicas. Per. Sec.
Vſcipe ſūme deus pater op̄s
mun⁹ oblatū: qđ pro famu-
la tua. N. conſpectui tue maieſta-
tis offerimus: vt ei mētis oblatū
tribuas: et ad retinēdā ſobolē ei
miſericordiē bn̄dicas. Per. Cōpl.
Maieſtatis tue clementiā pa-
ter omp̄s ſuppliciter exora-
mus: vt p̄ces noſtras pro ſterilita
te famule tue. N. benignus aſſu-
mas: vt p hec ſacramēta q̄ ſūpſi-
mus ei fecunditatē et cōtinentiā
tribuas. Per dn̄m noſtrū ieſum.
¶ Pro paruulis pueris. Introit⁹.
Laudate pueri dn̄m:
laudate nomē dn̄i: q̄
habitare facit ſterilē
in domo matrē filio
rum letantē. Ps. Sit
nomē dn̄i benedictū: ex hoc nunc et vſcꝫ
in ſeculum. Gloria patri et filio. Colla.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag
226 A 3

Queſumus op̄s deus pueris iſtis pro q̄bus tuā deprecamur clementiā benedicere digneris:et per virtutē ſancti ſp̄us corda eoꝝ corrobora/vitā ſanctifica/caſtimonia decora:et ſenſus eorū in bonis operibus munias et informes/ proſpera tribue/ pacē cōcede/ſalutē cōfer/ charitatē largire:et ab oībus diabolicis/atq̄ humanis inſidijs tua protectione ⁊ virtute ſemp̄ defende:et in finem ad requiē paradiſi p̄ducere digneris. Per eūdē. lect. libri geñ. xlviij.

In diebus illis. Benedixit Iacob filijs ſuis:et ait. Deus in cui⁹ cōſpectu ambulauerūt p̄res mei abrahā et yſaac: de⁹ q̄ paſcit me a iuuētute mea vſq̄ in p̄ſentē diē:benedic pueris iſtis et inuocetur ſup̄ eos nomen dei viui:et creſcant in multitudine ſup̄ terrā:⁊ benefaciat eis omī tp̄e:dñs deus noſter. Gr. Protector noſter aſpice deus:et reſpice ſup̄ ſeruos tuos. ỽ. Dñe deus virtutū exaudi p̄ces ſeruorū tuorum Alla. ỽ. Laudate pueri dn̄m: laudate nomen domini. Sc̄dm Marcum. x.

In illo tp̄e. Offerebāt paruulos ad ieſum vt tāgeret eos. Diſcipuli aūt cōminabātur offerentib⁹. Quos cū videret ieſ⁹ indigne tulit:⁊ ait illis. Sinite paruulos venire ad me: et ne p̄hibueritis eos:taliū eſt em̄ regnū celorū. Amen dico vobis q̄ſq̄s nō receperit regnū dei ſicut paruuli iſti: nō intrabit ī illud. Et cōplexās eos et imponēs man⁹ bn̄dicebat eis. Offr. Ex ore infantiū et lactentiū p̄feciſti laudem propter inimicos tuos: vt deſtruas inimicum et vltorē. Secreta.

Reſpice dñe ad puerorꝝ deuotionē et iuſta eorꝝ perfice deſideria:vt in tua grā et mīa proficiſcātur:⁊ ad finē optatū feliciter p̄ducātur. Per. Cōio. Pater cum eſſem cū eis ego ſeruabā eos quos dediſti michi:nūc aūt ad te venio nō rogo vt tollas eos de mūdo/ſꝫ vt ſerues eos a malo.

Clementiſſime dñe ieſu (Cōpl. chriſte:ſuſcipere digneris famulorū famularūq̄ tuarū innocentiā:et parentū ſuorū fidē ⁊ voces omniū ſalutē hanc clamātiū: infunde ſup̄ eos ſpiritualium dona virtutū: vt nullus inimic⁹ humani generis eos fraude ſuſcipiat. Per. ¶ Dicto Ita miſſa eſt dr hec oratio ſuper paruulos. Coll.

Te deū patrē oīpotentē atq̄ clementē trinū et vnū mundi factorē/vite auctorē dep̄camur q̄ es terribilis/pius/miſericors:et laudabilis innocēs:et innocētie amator humilis et hūilitatis aſſumptor:māſuetus ⁊ māſuetudinis habitator:q̄ venientibus ad te paruulis manus tue benedictionis imponens taliū dixiſti eſſe regnū celorꝝ:bn̄dic q̄s et hos paruulos qui hodie ī eccleſia ad benedicendū ſunt p̄ſentati:tu eis dñe da intellectum et pietatis augmentum: vt te ſapiant/ te diligant/ te amēt/te timeāt: et mandata tua cuſtodiant: et te concedente vſq̄ ad vltimā perueniāt ſenectutem per te ſaluator mundi. Qui cum patre ⁊ ſpiritu ſancto viuis et regnas deus. Per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag
226 A 3

¶ Pro ſeipſo ſacerdote. Introit⁹
Fac mecū dn̄e ſignum
in bono: vt videāt q̄
me oderunt et cōfun
dātur: qm̄ tu dn̄e ad-
iuuiſti me: et cōſola-
tus es me. ps. Inclina dn̄e aurē tuā ⁊
exaudi me: qm̄ inops et paup ſum ego.
Gloria patri. ſine Glīa in excel. Col.
Supppliciter te depcor dn̄e ſctē
pater oīps eterne de⁹: qui es
creator omniū rerū: vt dū me in-
dignū famulū tuū. N. corā oīpo-
tentia maieſtatis tue grauiter de
liquiſſe cōfiteor: p interceſſionem
beate et glorioſe ſemp vginis ma
rie: et beati. N. vel beate. N. ⁊ oīm
ſanctoꝝ tuorū manū mīe tue mi-
chi porrigas: quatenus dum ego
hanc oblationē tue pietati p pec-
catis meis offero: qđ nequiter cō-
miſi/ admiſi/ vel omiſi clementiſſi
me digneris abſoluere. Per dn̄m
noſtrum. Ad tymotheum. pme. i.
Chariſſime. Fidelis ſermo et
omni acceptiōe dignus: q:
ieſus chriſtus venit in hunc mun
dū peccatores ſaluos facere: quo-
rū primus ego ſum. Sed ideo mi-
ſericordiā cōſecutus ſum: vt ī me
primo oſtēderet xp̄s ieſus omnē
patientiā: ad informationē eorū
qui credituri ſunt illi in vitā eter-
nā. Regi autē ſeculorū immorta-
li inuiſibili ſoli deo honor et glīa
in ſecula ſeculorū amen. Gr. Ab oc
cultis meis mūda me dn̄e: et ab alienis
parce ſeruo tuo. V. Si mei nō fuerit do-
minati tunc immaculatus ero: et emun
dabor a delicto maximo. Alla. V⁹. In
te dn̄e ſperaui nō cōfundar in eternū: in
tua iuſticia libera me/ et eripe me: incli-
na aurem tuam/ accelera vt eripias me.
Secundum Lucam. xviij.
In illo tēpore. Dixit ieſus ad
quoſdā qui in ſe cōfidebāt tanq̄
iuſti: et aſpernabātur ceteros/ pa
rabolā iſtā. Duo hoīes aſcende-
bant in templū: vt orarēt. Unus
phariſe⁹: et alter publican⁹. Pha-
riſeus ſtans hec apud ſe orabat.
Deus gratias ago tibi: quia non
ſum ſicut ceteri hoīm: raptores/ i-
iuſti adulteri velut etiā hic publi
canus. Ieiuno bis in ſabbato: de-
cimas do oīm q̄ poſſideo. Et pub
licanus a lōge ſtans: nolebat nec
oculos ad celū leuare: ſed pcutie-
bat pectus ſuū dicēs. Deus ppiti
us eſto michi peccatori. Amen di-
co vobis: deſcendit hic iuſtificat⁹
in domū ſuā ab illo. Quia oīs q̄
ſe exaltat humiliabitur: et q̄ ſe hu
miliat exaltabitur. Offr. Intende
voci oratiōis mee: rex meus et de⁹ me⁹.
Deus miſericordie Secreta.
deus pacis/ deus indulgen-
tie: indulge queſo et miſerere mei
ſerui tui: ſacrificiū quoq̄ qđ gra
tia pietatis tue humiliter offero:
benigne digneris ſuſcipere: et pec
cata que labētibus viciȷs cōtraxi
pius ppitius ac miſeratus indul
geas: vt loco penitētie/ ac flumie
lacrimarū cōceſſo: veniā a te me-
rear percipere peccatorum. Per.
Cōio. Ab occultis meis mūda me dn̄e;
⁊ ab alienis parce ſeruo tuo. Cōplēda.
Deus q̄ viuorum ſaluator es
oīm: q̄ nō vis mortē pecca-
torū nec letaris in perditiōe mo-
rientium: te ſuppliciter depcor vt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3

concedas michi veniã peccatorũ: vt admiſſa defleã ⁊ ea poſtmodũ nõ admittã: vt cũ michi extrema dies/finiſq; vite aduenerit: emendatũ delictis oĩbus me angelus ſctĩtatis ſuſcipiat. Per dñm no.

¶ Alia Collecta pro eodem.

OMp̄s ⁊ miſericors deus qui ſecũdũ multitudinẽ miſerationũ tuarũ p̄teritorũ criminũ culpas euacuas: maieſtatem tuã ſuppliciter dep̄cor: vt quicq̃d vitiorum fallẽte diabolo contraxi: totũ ĩeffabili pietate deleas et abſtergas: et irã tue indignationis quã in hiis prouocaui a me miſeratus amoueas: teq; miſerãte valeã deinceps que mala ſunt declinare: et que bona ſunt iugiter explere: et ad eternã tuã beatitudinẽ te ducẽte merear puenire. Per

Secreta

HOſtias dñe q̃s tue pietati ĩdignꝰ offero: pius ac propitius ſuſcipe: et oĩm peccatorũ meorũ vincula: q̃bus ꝓpria accuſante cõſciẽtia miſerabiliter conſtringor ꝓpitiatus abſolue: ⁊ pro hiis verã puramq; cõfeſſionẽ ⁊ dignã fructuoſamq; agere penitẽtiã: et pleniſſimã michi gratuitu dono tribue ĩdulgẽtiã. P. Cõplẽ.

SAcroſctĩ corporis et ſanguinis dñi noſtri ieſu chriſti refectiõe vegetatus ſupplex te rogo oĩps deꝰ: vt hec ſalutaria ſacramẽta me ab omni vinculo iniq̃tatis abſoluãt: et q̃cq̃d in mea mẽte viciosum eſt: eorũ meditatiõis dono curetur. Per eũ. ¶ Alia p eodẽ.

OMp̄s eterne deꝰ: tue grẽ pietatẽ ſupplici deuotiõe depoſco: vt oĩm maloꝝ meorũ vincula ſoluas: cũctiſq; meis criminibꝰ et peccatis clemẽter ignoſcas: et q̃a me indignũ et peccatorẽ ad miniſteriũ tuũ vocare dignatus es: ſic me idoneũ miniſtrũ tibi efficias: vt et ſacrificiũ de manibus meis placide ac benigne ſuſcipias: electorũq; ſacerdotũ me participẽ facias: ⁊ a p̄ceptis tuis ĩ nullo me oberrare ꝑmittas. Per. Secreta.

DEus q̃ te p̄cipis a pctõribꝰ exorari: tibiq; ſacrificiũ cõtriti cordis offerri: hoc ſacrificiũ qđ indignꝰ meis manibꝰ offero acceptare dignare: et vt tibi hoſtia et ſacrificiũ eſſe merear miſeratꝰ cõcede: q̃tenꝰ ꝑ miſterii huiꝰ exhibitionẽ pctõꝝ oĩm recipiã remiſſionem. Per dñm. Cõplenda.

HUius michi dñe ſacramẽti ꝑceptio ſit pctõꝝ remiſſio: ⁊ tue pietatis optata ꝓpitiatio: vt per hec te opitulãte efficiar ſacris miſteriis dignꝰ: q̃ de tua pietate cõfiſus: frequẽtare p̄ſumo indignus. Per. ¶ Alia de eodẽ colla

OMp̄s ſempiterne deꝰ: q̃ me peccatorem ſacris altaribꝰ aſtare voluiſti: et ſctĩ noĩs tui laudare potẽtiã: cõcede q̃ſo ꝑ huius ſacramẽti miſteriũ: meorũ michi veniã pctõꝝ: vt tue maieſtati digne miniſtrare merear. Per dñm

Secret.

DA q̃ſo clemẽtiſſime pr̄ ꝑ huius ſacramẽti miſteriũ meoꝝ mihi veniã pctõꝝ: vt nõ ad iudiciũ/ſed ad ĩdulgẽtiã huiꝰ p̄ſbyteratus ordo michi proficiat ſempiternam. Cõplenda.

SUmpſimus dñe ſalutis nr̄e

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag
226 A 3

Miſſa pro ſponſo et ſponſa.

ſacramēta celeſtia: pſta q̄s: ut eo-
rū participatio mihi famulo tuo
ad ꝑpetuā proficiat ſalutē. Per.
¶ Miſſa ꝓ ſpōſo et ſpōſa. Introit.
DEus iſrl' cōiūgat vos
⁊ ipſe ſit vobiſcū q̄ mi
ſert⁹ eſt duob⁹ vnicis
⁊ nūc dn̄e fac eos ple
nius bn̄dicere te. ps.
Beati oēs qui timēt dn̄m: qui ambulāt
in vijs eius. Gloria patri et filio. Coll'.
DEus q̄ tā excellēti miſterio
cōiugalē copulā cōſecraſti:
vt xp̄i et eccl'ie ſacramētū pſigna-
res in federe nuptiarū: pſta q̄s: vt
qd̄ nr̄o miniſtrat' officio: tua bn̄-
dictiōe poti⁹ impleatur. Per do.
¶ Ad corinthios. prime. vi.
FRatres. Neſcitis qm̄ corpa
vr̄a mēbra ſunt xp̄i: tollēs
ergo mēbra xp̄i: faciā mēbra me-
retricis? Abſit. An neſcitꝪ: qm̄ q̄ ad
heret meretrici vnū corp⁹ efficit'.
Erūt inq̄t duo in carne vna. Qui
aūt adheret dn̄o: vn⁹ ſp̄s eſt. Fu
gite fornicationē. Om̄e pctm̄ qd̄-
cūq3 fecerit hō: extra corp⁹ eſt. Qui
aūt fornicatur i corp⁹ ſuū peccat.
An neſcitis qm̄ mēbra vr̄a tēplū
ſunt ſp̄s ſcti: q̄ i vobis eſt quē ha
betis a deo: et nō eſtis vr̄i? Empti
eni eſtis ꝓcio magno: glificate et
portate deū i corpore vr̄o. Gr. Vx
or tua ſicut vitis abūdās i laterib⁹ dom⁹
tue. V. Filij tui ſicut nouelle oliuarū i cir
cuitu mēſe tue. Alla. V. Mittat vobis
dn̄s auxilium de ſancto: et de ſyon tuea
tur vos. Secundū Mattheum. xix.
IN illo tpe. Acceſſerūt ad ieſū
phariſei tēptantes eū et dicē
tes. Si licet hoi dimittere vxorem

ſuā quacūq3 ex cauſa? Qui rn̄dens
ait eis. Nō legiſtꝪ: q̄a q̄ fecit hoiem
ab initio maſculū et feminā fecit
eos: et dixit. Propter hoc relinq̄t
homo patrē et matrē: et adhere-
bit vxori ſue: et erūt duo in carne
vna. Itaq3 iā nō ſūt duo: ſed vna
caro: Quos ergo deus coniunxit:
homo non ſeparet. Offer. In te ſpe-
raui domine: dixi tu es deus me⁹ in ma
nibus tuis tempora mea. Secreta.
SVſcipe queſumus dn̄e pro ſa
cra cōnubij lege munus ob-
latū: et cuius largitor es muneris
eſto diſpoſitor. Per dn̄m noſtrū.
Anteq̄ dicat Pax dn̄i dicit hāc be
nedictionem ſuper eos. Collecta.
PRopiciare dn̄e ſupplicatio
nibus noſtris ⁊ inſtitutio
nibus tuis: q̄bus propagationē
hūani generis ordinaſti/ benign⁹
aſſiſte: vt quod te auctore iūgitur
te auxiliante ſeruetur. Per. Coll'.
DEus qui poteſtate virtutis
tue de nichilo cuncta feciſti:
qui diſpoſitis vniuerſitatis exor
dijs hoi ad imaginem dei facto:
ideo inſeparabile mulieris adiu-
toriū cōdidiſti: vt femineo corpo
ri de virili dares carne principiū
docens quod ex vno placuiſſet in
ſtitui: nūq̄ liceret diſiungi. Per.
DEus ꝑ quē mulier iungitur
viro: ⁊ ſocietas ꝓncipaliter
ordinata ea bn̄ ✠ dictiōe dotat':
que nec ſola ꝑ originalis peccati
penam: nec per diluuij eſt ablata
ſententiā. Super ſponſam. Coll'.
REſpice ꝓpitius ſuꝑ hanc fa-
mulam tuam que maritali
iungēda conſortio tua ſe expetit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3

ꝓtectiõe muniri: ſit ĩ ea iugũ dile-
ctionis et pacis: fidelis et caſta nu
bat in xp̃o: imitatrixq̃ ſctãꝝ ꝑma
neat feminarũ: ſit amabilis vt ra
chel viro ſuo: ſapiẽs vt rebecca/lõ
geua et fidelis vt ſara: nichil in ea
ex actib⁹ ſuis ille actor ꝑuaricatio
nis vſurpet: nexa fidei/mãdatiſq̃
ꝑmaneat vni thoro iuncta: cõta-
ctuſq̃ illicitos fugiat: muniat iſtir
mitatẽ ſuã robore diſcipline: ſit
verecũdia grauis/pudore venera
bilis: doctrinis celeſtib⁹ erudita/
ſit fecũda in ſobole/ſit ꝓbata ⁊ in
nocẽs: ⁊ ad btõꝝ requiẽ atq̃ ad ce
leſtia regna ꝑueniat. Sup vtroſq̃

Et videãt ambo fili- (Colla.
os filioꝝ ſuoꝝ vſq̃ ad tertiã
⁊ q̃rtã generationẽ: et ad optatã
ꝑueniãt ſenectutẽ. Per. Hic dicit
Pax dñi ſit ſemp vobiſcũ. Cõio.
Ecce ſic bñdicetur oĩs hõ q̃ timet dñm: ⁊
videas filios filioꝝ tuoꝝ pacẽ ſup iſrael

Queſumus oĩ̃ps deus (Cõpl.
inſtituta ꝓuidẽtie tue pio
fauore comitare: et qui hos legiti
ma ſocietate cõnectis: lõgeua pie
tate cuſtodi. Per dñm nr̃m ieſũ.

¶ Benedictio ſuper vtroſq̃. Coll.

Deus abrahã et de⁹ yſaac et
de⁹ iacob ſit vobiſcũ: et ipſe
impleat bñdictionẽ ſuã ĩ vobis: ⁊
videatis filios filioꝝ veſtroꝝ vſq̃
ĩ tertiã et q̃rtã generationẽ: ⁊ po
ſtea vitã eternã habebitis ſine fi-
ne: adiuuãte dño nr̃o ieſu xp̃o: q̃
cũ p̃re et ſpũ ſctõ viuit et regnat.

¶ Miſſa pro vitãda mortalitate:
quã dñs clemẽs papa ſext⁹ fecit: ⁊
conſtituit cũ cardinaliũ collegio
ſeruato ordie iſta notato: et ꝯceſ-
ſit oĩbus ꝑdictã miſſã audiẽtib⁹.
cclx. dies idulgẽtiaꝝ. Et oẽs audi
entes hãc miſſã debẽt portare in
manib⁹ coꝝ cãdelã ardẽtẽ ꝑ q̃nq̃
dies: q̃bus debet miſſa celebrari:
⁊ debent per totam miſſam ſtare
genibus flexis. Introitus.

Recordare dñe teſta-
mẽti tui: et dic ange-
lo ꝑcutiẽti ceſſet iam
man⁹ tua et nõ deſo-
let᷑ terra: et ne ꝑdas
oẽm aĩam viuentẽ. Ps. Qui reg᷑ iſrl̃
intẽde: q̃ deducis velut ouẽ ioſeph. Col.

Deus q̃ nõ mortẽ: ſed penitẽ
tiã deſideras pctõꝝ: pplm
tuũ q̃s ad te cõuerte ꝓpiti⁹: vt dũ
tibi deuot⁹ extiterit: iracũdie tue
ab eo flagella amoueas. Per do-
minũ noſtrũ. Lec. libri regũ. ij. vl.

In diebus illis. Immiſit dñs
peſtilẽtiã ĩ iſrl̃ de mane vſq̃
ad tẽpus cõſtitutũ: et mortui ſũt
ex populo a dan vſq̃ berſabee: ſe-
ptuaginta q̃ttuor milia virorũ.
Cũq̃ extẽdiſſet manũ ſuã angel⁹
dñi ſup hirlm: vt diſperderet eam
miſertus eſt dñs ſup afflictionem
ppli ſui: et ait angelo ꝑcutienti.
Sufficit nũc: cõtine manũ tuam.
Erat aũt angelus dñi iuxta areã
areuna iebuſei. Dixitq̃ dauid ad
dñm: cũ vidiſſet angelũ cedẽtem
populũ. Ego ſũ q̃ peccaui: et ego
inique egi: iſti q̃ oues ſunt q̃d fece
rũt: Obſecro dñe vertat᷑ ira tua
cõtra me: ⁊ cõtra domũ p̃ris mei
Venit aũt gad ꝓpheta ad dauid
in die illa: et dixit ei. Aſcẽde et cõ-
ſtitue altare dño in area areuna
iebuſei. Et aſcẽdit dauid iuxta ſer

monē gad quē p̄eperat ei dn̄s: ꝛ
ppitiatus eſt dn̄s terre: et cohibi-
ta eſt plaga ab iſrl'. Gr. Miſit dn̄s
verbū ſuū: et ſanauit eos/ et eripuit eos
de morte eoꝝ. ℣. Cōfiteātur dn̄o mīe ei⁹
ꝛ mirabilia eius filijs hoim. Alla. ℣.
Saluabo pplm meū iſrael in die malo:
et ero eis in deum in veritate et iuſticia.

Secundum lucam. iiij.

In illo tpe. Surgens ieſus de
ſynagoga: introiuit in domū ſy-
monis. Socrus autē ſymonis te-
nebatur magnis febribus: et ro-
gauerūt illū pro ea. Et ſtās ſuper
illā/ imperauit febri: et dimiſit il-
lā. Et cōtinuo ſurgens: miniſtra-
bat illis. Cū aūt ſol occidiſſet: oēs
q̄ habebāt īfirmos varijs lāguo-
rib⁹/ ducebāt illos ad ieſū. At ille
ſingulis man⁹ imponēs: curabat
eos. Exibāt aūt demonia a mul-
tis/ clamātia et dicētia: q̄a tu es fi-
lius dei. Et increpans nō ſinebat
ea loq̄: q̄a ſciebāt ipſum eſſe xp̄m.
Facta aūt die: egreſſus ibat in de
ſertū locū: et turbe requirebāt eū
ꝛ venerunt vſq; ad ipſum: et deti-
nebāt illum/ ne diſcederet ab eis.
Quibus ille ait. Quia et alijs ciui
tatibus oportet me euāgelizare:
regnū dei. Offr. Stetit pōtifex inter
mortuos et viuos habēs thuribulū au-
reū in manu ſua: et offerēs incēſi ſacrifi
ciū placauit iram dei: et ceſſauit quaſſa-
tio a domino. Secreta.

Subueniat nobis dn̄e ſacrifi-
cij p̄ſentis oblatio: q̄ nos ab erro-
ribus vniuerſis potēter abſoluat
ꝛ a toti⁹ eripiat pditiōis incurſu
Per. Cōio. Multitudo lāguētiū: ꝛ q̄ vex-
abāt' a ſpiritib⁹ imūdis veniebāt ad eū
quia virt⁹ de illo exibat: et ſanabat oēs.

Exaudi nos deus ſalu- Cōpl.
taris nr̄: et intercedēte bea-
ta dei genitrice ſemp virgine ma
ria cū oībus ſanctis: pplm tuū ab
iracūdie tue terroribus libera: et
mīe tue fac largitate ſecurū. Per
dn̄m. Expleta miſſa: et dicto euā-
gelio ſcti iohis dicunt' infraſcripte
orōnes. ℣. Dn̄e exaudi orationē meā.
℟. Et clamor me⁹ ad te veniat. ℣. Dn̄s
vobiſcum. ℟. Et cū ſpiritu tuo. Colla.

Ieſu nazarene reſpice tribu-
lationes q̄ circūdederūt nos
vndiq;: et deп̄cor te toto corde cō-
trito et humili: in ſpū humilitat;
exaudias me de tribulatione hac
ppter quā te inuoco: et ad te pcla
mo alpha et o ieſu chriſte benedi-
cte pr̄ oīm credētiū/ atq; oīm crea
turarū: vt ſicut verā carnē de btā
virgine maria ſuſcepiſti: ita vera
citer accipiamus quod a te peti-
mus. ℟. Amen. ¶ Alia oratio.

Omnipotens et miſericors deus: re-
ſpice ppitius ſup pplm ma-
ieſtati tue ſubiectū: ꝛ ne nos furor
ſeuiēs inueniat: dextera tue ppi-
ciatōis p̄ueniat. Per. ¶ Miſſa de
ſctō ſebaſtiano tpe peſtis. Intro.

Egregie martyr ſeba-
ſtiane princeps et p-
pagator ſctiſſimoꝛū
p̄ceptorū: ecce nomē
tuū in libro vite cele-
ſtis aſcriptū eſt: ꝛ memoriale tuū
nō derelinquetur in ſecula. Ps. Be
nedicā dn̄m in omī tpe: ſemper laus ei⁹
in ore meo. Gloria patri et filio. Colla.

Omnipotens ſempiterne deus q̄ me
ritis btī ſebaſtiani martyr;

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag
226 A 3

cui glorioſiſſimi quãdã generalem peſtẽ eppdimie hoĩbus peſtiferã reuocaſti: p̃ſta ſupplicib⁹ tuis: vt q̃ p ſimili peſte reuocãda ad ipſũ ſub tui cõfidẽtia cõfugerint: ipſi⁹ meritis ⁊ p̃cibus ab ipſa peſte epidimie: et ab oĩ tribulatiõe liberẽtur. Per. Ep̃la. Beatus vir q̃ in ſapientia. In cõi de vno cõfeſ. fol. x.

Gr. O ſctẽ ſebaſtiane xp̃i athleta glorioſiſſime q̃ p xp̃o reliquiſti terrene militie p̃cipatũ et ſuſcepiſti magnũ ſuppliciũ intercede p nobis ad dñm. ℣. O ſctẽ ſebaſtiane xp̃i martyr egregie: cui⁹ meritis tota lombardia fuit liberata a peſte mortifera: libera nos ab ipſa et a maligno hoſte. Alla. ℣⁹. O ſctẽ ſebaſtiane nos tremẽtes ac flẽtes imploram⁹ tuũ clemẽs auxiliũ: vt poſſimus obtinere p te peſtis mortifere apud xp̃m remediũ. In tpe paſchali ſcdm Alla. ℣. O q̃ glorioſum eſt templum tuum beate ſebaſtiane in quo diuina eſt promiſſio et peccatorum remiſſio ſplendor et lux perpetua: et ſine fine leticia. Sequentia.

Omnes vna decãtem⁹ ⁊ martyris p̄ſonemus laudẽ ſebaſtiani. Hic a deo eſt electus/ p quẽ morbus eſt eiect⁹/ lãguoris peſtiferi. Nã ſe xp̃o totũ vouit/ q̃ vult nos hũc venerari/ xp̃s eũ nũc promouit in patria celeſti. Cunctis hic ſubuenit meſt⁹/ ſtatim eſt ſedata peſtis/ ſui cauſa meriti. Ipſũ ſi nũc dep̃cemur/ nomẽ quoq veneremur/ martyrꝫ ſctiſſimi. Morb⁹ iſte nõ nocebit/ ſed mortiferũ delebit pplm̃ q̃ tenuit. Nos pro noſtris tantis malis/ iã abſorbet peſtis talis/ ꝙ tota gẽs gemuit. Sãcte martyr ſebaſtiane/ ſalua nos a morte epidimie. Noſtra grauia/ ob pctã terra iſta deſolata nõ ſit pie q̃s. Sed nos cõſidera/ et in nobis ceſſa peſtem iã te petimus. Iſta p te gens ſit tuta/ et ne noceat acuta febris hec in patria. Ex quo nr̃a ſpes eſt tota/ ĩ te martyr nũc remota/ ſit peſtis mortifera. O ſctẽ ſebaſtiane/ nr̃e gẽtis ſero mane/ cõſeruator et tutor ſis. Et dñm dep̃care/ vt a nobꝫ reuocare valeat veſana peſtis. Ex tua ſctã p̃ce/ ne ſit morb⁹ nobis nece. Sed recedat ab hac domo. Amen dicat oĩs homo. Euãge. Niſi granũ fru. In cõi de vno martyr. fol. iiij.

Offer. Martyr egregie/ dec⁹ milicie/ athleta fidei/ ora natũ dei/ vt auertat a nobꝫ indignationẽ ſuã/ martyr ſuffragia/ effunde pia/ vt epidimia/ nec ſit noxa ĩ hac patria/ nec in alia/ p ſubſidia/ poſce tua nos tibi talia/ dam⁹ p̃conia hic p̃ce p̃mia da nobis pia/ miles eya alla. Secreta.

Subueniat nobis dñe tua miſericordia intercedẽte btõ ſebaſtiano martyre tuo: vt ab imminẽtibus pctõꝝ nr̃oꝝ periculis te mereamur protegẽte ſaluari: ⁊ ſuis p̃cibus a peſte epidimie: ⁊ ab omni tribulatione liberari. Per.

Cõio. Beat⁹ es et bene tibi erit egregie martyr ſebaſtiane: q̃a cũ ſctis gaudebis: ⁊ cũ angelis exultabis ĩ eternũ. Cõpl.

Da q̃s dñe populo tuo ſalutẽ mẽtis et corporis: vt ĩteruẽtu btĩ ſebaſtiani martyris tui bonis operib⁹ inherẽdo tuo ſemper munere: ⁊ ſuoꝝ meritoꝝ interuentione: a peſte eppdimie: et ab omni tribulatiõe mereamur tua protectiõe defendi. Per dominũ.

Sancti rochi tempoꝛe peſtis.

¶ Miſſa ſancti rochi confeſſoꝛis
tempoꝛe peſtis. Introitus.
LEtabitur iuſtus i do-
mino: et ſperabit i eo
⁊ laudabūtur oēs re-
cti coꝛde. ps. Exaudi de
us oꝛationē meam cū de-
precoꝛ: a timoꝛe inimici eripe animam
meam. Gloꝛia pr̄i et filio: et ſpiritui ſan
cto. Sicut erat in pꝛincipio et nūc. Coll.
OMnipotēs ⁊ miſericoꝛs de⁹
qui meritis et pꝛecibus bea-
tiſſimi rochi confeſſoꝛis tui quan
dam peſtem hominib⁹ generalē
gratioſe reuocaſti: pꝛeſta suppli-
cibus tuis: vt qui pꝛo ſimili peſte
reuocanda ad tuam confugiunt
fiduciam: ipſius gloꝛioſi cōfeſſo-
ris pꝛecamine ab ipſa infirmita-
te: et ab omni perturbatione libe
rentur. Per. Epl'a. Iuſtus ſi moꝛ-
te ꝑoccupat⁹. In cōi de vno mar-
tyr. fo. iiij. Gr. Iuſtus vt palma floꝛe-
bit ſicut cedꝛus libani multiplicabitur i
domo domini. v. Ad annunciandū ma-
ne miſericoꝛdiam tuam: et veritatē tuā
per noctem. Alleluya. v. O beate con
feſſoꝛ roche: o q̄ magna apud deum ſūt
merita tua: quib⁹ credimus nos a moꝛ-
bo epydimie poſſe liberari: et aeris no-
bis temperiem concedi. Sequentia.
IN honoꝛe ſaluatoꝛis/ ſancti
rochi confeſſoꝛis/agatur me
moꝛia. Qui de celo pꝛenotatur/
et ad matrem nūciatur/ſalute an
gelica. Qui de ventre matris na
tus/ſigno crucis eſt ſignatus/qđ
ſiniſtro patuit. Quarta/ ſextaq;
feria ſemel lactans indicia/ſancti
tatis pꝛebuit. Uti mūdo qui cū
poſſet/et mundanum fucum noſ-
ſet/mundus mundū tenuit. Om
ni ſpꝛeta re paterna/mēte tendēs
in ſuperna/ omnia deſeruit. Ac
poſt moꝛtē ſui patris/ ⁊ deceſſum
ſue matris peregre diuertit². Et
ad domos infirmoꝛum/ peſte di-
ra perpeſſoꝛum/feſtine ingredit².
Ieſum chꝛiſtum deum clamat/ſi-
gno crucis cunctos ſanat ſua pꝛo
uidētia. Ad quem venit vir bea-
tus/pꝛoꝛſus fuit hic ſanatus diui
na potētia. Ciuitates italie/ ro-
me/longobardie ſanat ſuis pꝛeci
bus. Hoſpitale placentie/percuſ
ſus peſte ſilice/abiectus e menib⁹.
Languens dum in ſilua ſitit/ ſō
tem deus ſibi mittit pꝛeoſtēſa ne
bula. Paruus canis panes poꝛ-
tat/a gotardo et repoꝛtat cane vi
ro regula. Sic vir ſanctus cōfoꝛ-
tatur/ dum gotardo cōſolatur/in
valle miſerie. Et per angelum ſa
natur/q̄ a deo mittebatur/rapha
el in noīe. Poſtq; in lōgobardia
ꝓuincia angleria/ponitur in car-
cere. Ab angelis fouebatur/et de
celo letabatur/viſus miro lumie.
Rochus ibi vitā finit/ cui de⁹ da
re ſinit/ tabulā per angelū. Que
diuine ſcribebatur/ſcript⁊ aurie
ditatur/manu dei ſpdez. Nomē
rochi infra ſcriptū/ qđ a deo fuit
dictū vt qui eum decoꝛāt. Peſtis
vicus depellat²/ ſanitaſq; his red-
datur qui eum cōmemoꝛāt. Tu
qui deo es tam charus/ et in luce
valde clarus/ſana tuos famulos.
Et a peſte nos defēde opem no-
bis ac impēde/cōtra moꝛbi ſtimu
los. Uir tam potēs/tam beatus/
cū honoꝛe collocatus/in celeſti cu

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag
226 A 3

ria. Voto voce veneret᷑ vt ꝑ ipſū
nobis detur xp̄i frui gloria. Amē
Secundum Mattheum. ix.
In illo tēpore. Circuibat dñs
ieſus ciuitates et caſtella docens
in ſinagogis eoꝝ: et predicās euā
gelium regni: et curans oēm lan-
guorem et omnē infirmitatē. Vi
dens aūt turbas miſertus eſt eis:
quia erant vexati et iacētes ſicut
oues nō habentes paſtorē. Tūc
dixit diſcipulis ſuis. Meſſis qdē
mlta: operarij vero pauci. Roga-
te ergo dominū meſſis vt mittat
operarios in meſſem ſuā. Eūtes
autem predicate dicētes: quia ap
propinquabit regnū celorū. In-
firmos curate/ mortuos ſuſcitate
leproſos mūdate/ demones/ eijci-
te: gratis accepiſtis gratis date.
Ecce ego mitto vos: ſicut oues in
medio lupoꝝ. Eſtote ergo prudē-
tes ſicut ſerpentes: et ſimplices ſi-
cut columbe. Offr. Rochū xp̄i cōfeſ-
ſorē exoratū facimus: et ꝓces ad patrē
noſtrū dirigimus: vt ſua interceſſione a
languorib⁹ eppydimie/ ac peſte ſaluemur
et aeris temperie potiamur. Secreta.
Munera tibi q̄s domine obla
ta ſanctifica: et intercedēte
pro nobis beato rocho cōfeſſore
tuo per hec oīa ſcelerū noſtrorū
placatus maculas abſterge: et ſa-
nitatē corporis et anie nobis tri-
bue. Per dñm. Cōio. Magna eſt glo
ria eius in ſalutari tuo: gl'iam ⁊ magnū
decorē impones ſuper eū dñe. Cōplr.
Omnipſimus dñe tua ſctā bea
ti rochi merita recolentes:
preſta queſumus: vt eius ſemper
⁊ fideli muniamur auxilio: et ma
gnifico proficiamus exēplo. Per.
¶ Miſſa de ſancto anthonio cō-
feſſore tempore peſtis. Introitus
Sitote qm̄ mirifica-
uit dñs ſanctū ſuum
dñs exaudiuit eū: ſto
lam glorie induit eū
Ps. Et factus eſt in pace
locus ei⁹: et habitatio eius in ſyon. Glo-
ria patri et filio: et ſpiritui ſancto. Coll.
Deus qui concedis obtentu
beati anthonij confeſſoris
tui morbidū ignē extingui: et mē
bris egris refrigeria preſtari: fac
nos ipſius meritis a gehenne in-
cendijs liberatos: integros men-
te ⁊ corpore tibi feliciter in gloria
p̄ſentari. Per. Lec. libri ſa. Eccli'a. l
Ecce confeſſor magnus q̄ in
vita ſua probatus eſt: et co-
gnitus eſt in verbis ſuis fidelis.
Quaſi ſtella matutina in medio
nebule: et q̄ſi ſol refulgens/ ſic bea
tus anthonius refulſit in templo
dei. Quaſi arcus refulgēs iter ne-
bulas glorie: quaſi flos roſarū in
diebus veris. Quaſi lilia in trāſi-
tu aque: et quaſi thus redolēs in
diebus eſtatis. Quaſi ignis efful-
gens et thus ardēs in igne. Qua-
ſi vas auri ſolidum ornatum om
ni lapide precioſo. Quaſi oliua
pullulans: ⁊ cypreſſus in altitudi
ne ſe extollēs in accipiēdo ipſum
ſtolam glorie. Et veſtiri eū cōſum
matiōe virtutis. Grad. Domine ꝓ-
uenisti eū in benedictionib⁹ dulcedinis
poſuiſti in capite eius coronam de lapi-
de precioſo. V. Vitam petijt et tribuiſti
ei: longitudinem dierum in ſeculum ſe-
culi. Alleluya. V. Felix corpus et felix

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag
226 A 3

anima felix virtus ſancti anthonij: cuiꝰ
nomē collaudant omnia: et verētur gē-
tes et populi flammas ignis orchi incē-
dia/ mox ſuffocat victor demoniū/ tua p̄
ce laude et gloria/ nos copulat ſanctorū
cetui allelu ya. ỽ. O anthoni paſtor incli
te: q̄ cruciatos reficis morbos ſanas et
deſtruis ignis calorē extīguis pie p̄r ad
dn̄m/ ora pro nobis miſeris. Seq̄ntia.
IN hac die letabunda noſtri
chori plebs iocunda/ pſallat
cum tripudio. Et hac die trium
phali/ laudes vota ſpiritali/ per-
ſoluat anthonio. Hic iſigni ſtir-
pe natus/ dono dei decoratus/ ef-
fulſit virtutibus. Hntra petit p
deſertum/ ne ſe vicijs inſertū/ mū-
dus fallat opibus. Quo viſo ſer-
pēs antiquus/ chriſti ſeruo inimi
cus/ preparat inſidias. Cellam
ſubit ſine mora/ et quaſi virgo de
cora ſibi dat blandicias. Quo cō
perto miles fortis inquit cubat fi
nes mortis/ ſuper his carbonibꝰ.
Demon fugit et turbatus/ mox
demonibus ſtipatus/ hunc cedit
verberibus. Ieiunijs maceratꝰ.
mundum ſpernens chriſto gratꝰ/
carnis ſoluit debitū. Quicquid
igne trucidatur/ gehēnali libera-
tur/ ob ipſius meritum. Nūc ex-
ultat laureatus/ ſtola vite decora
tus/ in celeſti culmine. Thronum
ſumme maieſtatis/ cum ſpiritibꝰ
beatis/ leto cernit lumie. Pie pa-
ter precioſe/ funde preces copioſe
ſummo regi glorie. Pro preſenti
cōcione/ vt celi regione/ melos ca-
nat glorie. Amen. Euangel. Ecce
nos reliquimus omnia. quere de
apoſtolis. fo. iij. Offer. Veritas mea
et miſericordia mea cum ipſo: et in noīe
meo exaltabitur cornu eius. Secreta.
SAcrificium noſtrū queſumꝰ
domine benignus intende:
quo ſicut beati anthonij precibꝰ
cruciatus temporales ſanare nō
deſinis ita exui miſericorditer im
petremus ab eternis. Per domi-
num noſtrum. Cōio. Beatus ſeruus
quem cum venerit dominus inuenerit
vigilantem: amen dico vobis ſuper oīa
bona ſua conſtituet eum. Cōplenda.
PRoſit nobis domine ad ſa-
lutem ſacri muneris obla-
tio: per quam beati anthonij ful-
ti ſuffragio/ exemplo ipſiꝰ omnia
tela nequiſſima ignea extinguen
tes: ſanctorum mereamur adiun
gi conſortio. Per dn̄m noſtrum.
¶ Pro quacūqꝫ tribulatione ⁊ re-
miſſiōe peccatorum. Introitus.
SAlus ppl'i ego ſum di
cit dn̄s: de quacunqꝫ
tribulatiōe clamaue
rīt ad me/ exaudiam
eos: et ero illorū dn̄s
in perpetuū. Ps. Attendite pp̄le meꝰ
legem meam: inclinate aurem veſtrā in
verba oris mei. Gloria p̄ri et filio. Col.
INeffabilē miſericordiā tuā
dn̄e nobis clementer oſtēde:
vt ſimul nos ⁊ a peccatis omnibꝰ
exuas: et a penis/ et a tribulatio-
nibus quas p hijs meremur eri-
pias. Per dn̄m noſtrū. ¶ Pro tri-
bulatione eccleſie. Alia collecta.
EccleſIe tue q̄s domie preces
placatus admitte: vt deſtru
ctis aduerſitatibꝰ vniuerſis: ſecu-
ra tibi ſeruiat libertate. Per do.
Lectio hieremie prophete. xiiij.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag
226 A 3

SI iniquitates noſtre reſpon
derint nobis: dñe fac ꝓpter
nomē tuum: quoniā multe ſunt
auerſiões noſtre. Tibi enī pecca-
uimus expectatio iſrael: ſaluator
noſter in tempore tribulat ionis
Tu autem in nobis es dñe: et no-
men tuū inuocatū eſt ſup nos: ne
derelinquas nos: dñe deꝰ noſter.
Gr. Liberaſti nos dñe ex affligentibus
nos: et eos qui nos oderunt confudiſti.
V. In deo laudabimur tota die: ⁊ nomi-
ni tuo confitebimur in ſecula. Allelu-
ya. V. De profundis clamaui ad te dñe:
dñe exaudi vocē meā. Scdm ioh. xvi.

IN illo tempore. Dixit ieſus
diſcipulis ſuis. Amen amen
dico vobis: quia plorabitis et fle
bitis vos: mundus autem gaude
bit. Vos autem contriſtabimini:
ſed triſticia veſtra vertetur ī gau-
dium. Mulier cum parit triſticiā
habet: quia venit hora eius. Cum
autem peperit puerū: iam nō me
minit preſſure propter gaudium
quia natus eſt homo in mūdum.
Et vos igitur / nunc quidem triſti
ciam habetis. Iterum autē vide-
bo vos: et gaudebit cor veſtrum.
Et gaudium veſtrum: nemo tol-
let a vobis. Offer. Si ambulauero in
medio tribulatiōis viuificabis me dñe:
⁊ ſup irā inimicoꝝ meoꝝ extēdiſti manū
tuā: et ſaluū me fecit dextera tua. Sec.

DEificet nos q̄ſumꝰ dñe mu
neris p̄ſentis oblatio: et di
gnos ſacra participatione effici-
at. Per. Alia ꝓ tribulatiōe eccl'ie.

PRotege nos queſumus dñe
tuis myſterijs ſeruiētes: vt
diuinis rebus et corpore famule-
mur et mēte. Per. Cōio. Memento
verbi tui ſeruo tuo dñe: ī quo mihi ſpem
dediſti: hec me cōſolata ē ī hūilitate mea

PReſta dñe q̄s: vt ter- Cōpl.
renis affectibus expiati: ad
ſuperni plenitudinē ſacramenti /
cuius libauimꝰ ſctā tēdamꝰ. Per.
Alia cōplē. pro tribulatiōe eccl'ie.

QVeſumus dñe deus noſter:
vt quos diuīa tribuis par-
ticipatiōe gaudere: humanis nō
ſinas ſubiacere periculis. Per do.

¶ Pro peccatis. Introitus.

OMnia que feciſti no-
bis dñe / in vero iudi-
cio feciſti: quia pecca
uimus tibi: et māda-
tis tuis nō obediui-
mus / ſed da gloriā noī tuo: et fac
nobiſcū ſcdm multitudinem miē
tue. Ps. Magnus dñs et laudabilis ni
mis: in ciuitate dei noſtri / in monte ſan-
cto eius. Gloria patri ⁊ filio. Collecta.

EXaudi q̄s dñe ſupplicū p̄ces
⁊ cōfitētiū tibi parce pctīs:
vt pariter nobis indulgentiā tri
buas benignꝰ et pacē. Per. Epl'a.
Si iniq̄tates. Require ī officio p̄-
cedēti. Gr. Propitiꝰ eſto dñe peccatis
noſtris: nequādo dicāt gētes vbi eſt deꝰ
eorum. V. Adiuua nos deꝰ ſalutaris no
ſter: et propter honorē noīs tui dñe libe
ra nos. Alla. V. Dñe exaudi orationē
meam: et clamor meus ad te perueniat.
Poſt ſeptuageſimam. Tractus.

DOmine non ſecundū peccata no-
ſtra facias nobis: neq̄ ſecundum
iniquitates noſtras retribuas nobis. V.
Domine ne memineris iniquitatū no-
ſtrarum antiquarū: cito anticipēt nos
miē tue: q̄a pauperes facti ſumꝰ nimis.

Missa pro infirmo.

ỽ. Adiuua nos deus ſalutaris noſter: et propter gloriam nominis tui dñe libera nos: et ꝓpicius eſto peccatis noſtris propter nomen tuum. Sedm lucā. xi

In illo tpe. Dixit ieſus diſcipulis ſuis. Petite: et dabitur vobis. Querite: ⁊ inuenietis. Pulſate: et aperietur vobis. Oīs enī qui petit accipit: et qui querit inuenit: ⁊ pulſanti aperietur. Quis autē ex vobis patrē petit panē: nūquid lapidē dabit illi: Aut piſcem: nunquid pro piſce ſerpentē dabit illi: Aut ſi petierit ouū: nunquid porriget illi ſcorpionem: Si ergo vos cū ſitis mali noſtis bona data dare filijs veſtris: quāto magis pater veſter de celo / dabit ſpiritū bonū: petentibus ſe. Offr

Sicut in olocauſto arietum et taurorū: ⁊ ſicut in milibus agnorum pinguium: ſic fiat ſacrificium noſtrū in conſpectu tuo hodie / vt placeat tibi: quia nō eſt cōfuſio cōfidentibus in te dñe. Secreta.

Hoſtias tibi dñe placatiōis offerimus: vt et delicta nr̄a miſeratus abſoluas: et nutantia corda tu dirigas. Per dñm. Cōio

Amē dico vobis ꝙcq̄d orātes petitis: credite ꝙa accipietis: et fiet vobis. Cōplē.

Preſta nobis dñe eterne ſaluator: vt percipientes hoc munere veniam peccatorum: deinceps peccata vitem⁹. Per dñm.

¶ Pro infirmo. Introitus.

De neceſſitatibus meis eripe me dñe: vide humilitatē meā: et laborē meū: ⁊ dimitte oīa pctā mea. Ps.

Ad te dñe leuaui aīam meā: deus me⁹ i te confido nō erubeſcam. Gloria. Coll.

Omnipotēs ſempiterne de⁹ ſalus eterna credentiū: exaudi nos pro infirmo famulo tuo ꝓ quo miē tue imploram⁹ auxiliū: vt reddita ſibi ſanitate / gratiarū tibi ī eccleſia tua referat actionē. Per. Pro īfirmo morti ꝓrio. Col.

Omps ſempiterne de⁹: cōſeruator aīaꝝ: qui quos diligis corripis: ⁊ quos recip; pie ad emēdationē coerces: te ſupplices exoramus vt medelā aīe famuli tui cōferre digneris: et ꝙ ī corpore patitur mēbrorū debilitatē / oīm laboris / ſtimulos infirmitatis da ei dñe gratiā tuā: vt in hora exitus illius de corpore abſq; pctī macula / tibi datori proprio per man⁹ ſanctoꝝ angeloꝝ tuoꝝ anima ei⁹ repñſentari mereatur. Per dñm.

¶ Lectio Yſaie prophete. xxxviij.

In diebus illis. Egrotauit ezechias vſq; ad mortē: ⁊ introiuit ad eū yſaias filius amos propheta: et dixit ei. Hec dicit dominus. Diſpone domui tue: ꝙa morieris tu / et nō viues. Et cōuertit ezechias faciē ſuā ad parietem: et orauit ad dñm / et dixit. Obſecro dñe: memēto queſo / quomō ambulauerim corā te ī veritate: et in corde pfecto: et qđ bonū eſt in oculis tuis fecerim. Et fleuit ezechias fletu magno. Factūq; eſt verbum dñi ad yſaiā dicens. Vade: et dic ezechie. Hec dicit dñs deus dauid patris tui. Audiui orationē tuā: et vidi lachrymas tuas. Ecce ego adijciā ſuper dies tuos / ꝙndecim annos: ⁊ de manu regis aſſyrioꝝ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag
226 A 3

eruã te:et ciuitatem iſtã:et prote
gam eam. Dicit dñs:om̃ipotens
Gr. Miſerere michi dñe: qm̃ infirmus
ſum/ſana me dñe. V. Conturbata ſũt oſ-
ſa mea:et anima mea turbata eſt valde.
Allã. V. Oſtende nobis dñe miam tuã
& ſalutare tuũ da nobis. Se. Mat. viij
IN illo tẽpore. Cũ introiſſet
ieſus capharnaũ: acceſſit ad
eum centurio: rogãs eũ et dicẽs.
Dñe:puer meus iacet ĩ domo pa-
ralitic⁹/et male torquetur. Et ait
illi ieſus. Ego veniã:et curabo eũ
Et reſpõdens centurio:ait. Dñe:
nõ ſum dignus: vt ĩtres ſub tectũ
meũ/ſed tantũ dic verbo:et ſana-
bitur puer meus. Offr. Exaltabo te
domine:quoniam ſuſcepiſti me/nec dele
ctaſti inimicos meos ſup me:dñe clama
ui ad te/et ſanaſti me. Secreta.
DEus cuius nutibus vite no
ſtre momenta decurrũt:ſuſcipe p̃-
ces et hoſtias famuli tui:pro quo
egrotante miſericordiã tuam im
ploramus: vt de cui⁹ periculo me
tuim⁹: de ei⁹ ſalute letemur. Per.
Secreta,p infirmo morti,primo.
ADeſto dñe pro tua pietate
ſupplicatiõibus noſtris:et
ſuſcipe hoſtiã quã tibi offerimus
pro famulo tuo. N. iacentẽ ĩ gra-
bato:ſalutem nõ ſolum corporis/
ſed et anime petentẽ:preſta ei oĩ-
potẽs deus/ indulgentiã omniũ
iniquitatũ ſuarum,pp ter immẽ-
ſam miſericordiam tuã: vt p hoc
flagellũ qđ ſuſtinet/ a ſanctis an-
gelis tuis aĩa ei⁹ ſuſcepta: ad tue
glorie regnum peruenire merea-
tur. Per. Cõio. Redime me de⁹ iſrael
ex oĩbus anguſtijs meis. Cõplẽda.
DEus infirmitatis humane
ſingulare p̃ſidiũ:auxilij tui
ſuper infirmum noſtrum oſtẽde
v̉tutem: vt ope miſericordie tue
adiutus:eccleſie tue incolumis re
p̃ſentari mereatur. Per dñm no-
ſtrum ieſum chriſtũ filiũ. Alia cõ-
plenda,p infirmo morti,primo.
GRatias agimus tibi dñe re-
fecti multiplicibus largita-
tibus: quibus aĩas in te ſperãtiũ
ſatiare conſueuiſti: nam et cõfiſi
de tua pietate precamur:vt miſe-
reri digneris famulo tuo. N. ne p̃-
ualeat aduerſus eum aduerſari⁹
in hora exit⁹ illius de corpore: ſed
trãſitum mereatur habere ad vi-
tã. Per dñm. ¶ Pro pace. Introi.
DA pacem dñe ſuſtinẽ-
tib⁹ te:vt,pphete tui
fideles inueniantur:
exaudi p̃ces ſerui tui
et pleb̃ tue iſrael. Ps.
Letatus ſum in hijs que dicta ſũt michi:
in domum domini ibimus. Gloria pa-
tri et filio:et ſpiritui ſctõ. Sicut. Colla.
DEus a quo ſancta deſideria
recta conſilia: et iuſta ſunt
opera:da ſeruis tuis illã quã mũ
dus dare nõ poteſt pacẽ: vt et cor
da noſtra mandatis tuis dedita:
& hoſtiũ ſublata formidine: tpa
ſint tua,ptectiõe trãquilla. Per.
Lectio libri Machabeorum. ij. i.
IN diebus illis. Orationẽ fa-
ciebant ſacerdotes dũ offer-
rent ſacrificiũ,p pplo iſrael: iona
tha inchoante/ceteris autẽ reſpõ
dẽtibus et dicẽtibus. Benefaciat
vobis de⁹:et meminerit teſtamẽ-
ti ſui qđ ad abrahã/yſaac & iacob

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag
226 A 3

locutus eſt ſeruorũ ſuorũ fideliũ. Et det vobis oĩbus cor: vt colatis eũ: ⁊ faciatis eius volũtatẽ / corde magno et aĩo volenti. Adaperiat cor veſtrũ in lege ſua et in p̃ceptis ſuis: et faciat pacẽ. Exaudiat orationes veſtras: et recõcilietur vobis / nec vos deſerat in tẽpore malo: dñe deus noſter. **Gr.** Letat⁹ ſum in hijs que dicta ſunt michi: in domum dñi ibimus. **ỽ.** Fiat pax in virtute tua: ⁊ abũdantia in turribus tuis. **Alla. ỽ⁹.** Oſtende nobis dñe miam tuã: et ſalutare tuũ da nobis. **Euãge.** Petite ⁊ dabitur vobis. **vt̃s. in miſſa pro peccatis. Offer.** Populum humilem ſaluum facies dñe: et oculos ſupboꝝ humiliabis: qm̃ q̃s deus p̃ter te dñe. **Secre.**

Deus qui credentes in te populos: nullis ſinis concuti terroribus / dignare p̃ces et hoſtias dicate tibi plebis ſuſcipere: vt pax tua pietate conceſſa: chriſtianorũ fines / ab omĩ faciat hoſte ſecuros. Per dñm noſtrũ. **Cõio.** Tu dñe ſeruabis nos: et cuſtodies nos a generatione hac in eternũ. **Complẽda.**

Deus auctor pacis ⁊ amator quẽ noſſe viuere / cui ſeruire regnare eſt: ꝓtege ab oĩbus impugnatiõibus ſupplices tuos: vt q̃ in defenſiõe tua cõfidimus: nulli⁹ hoſtilitatis arma timeam⁹. Per.

¶ Pro amicis viuentibus et familiaribus. Introitus.

Salus populi ego ſum dicit dñs: de quacũq; tribulatione clamauerĩt ad me exaudiã eos: et ero illorũ dñs in perpetuũ. **Ps.** Attendite pp̃le me⁹ legem meã: inclinate aurẽ veſtrã in verba oris mei. Gloria p̃ri et filio. **Collã.**

Deus qui charitatis dona ꝑ gratiã ſancti ſpiritus tuorum cordibus fidelium infudiſti: da famulis et famulabus tuis ꝓ quibus tuam deprecamur clemẽtiam ſalutẽ mentis ⁊ corporis: vt te tota virtute diligãt: et que tibi placita ſũt / tota dilectiõe ꝑficiãt. Per eiuſdem. **Ad romanos. viij.**

Fratres. Chriſt⁹ adiuuat infirmitatem noſtram. Nam quid oremus ſicut oportet neſcimus: ſed ipſe ſpiritus poſtulat ꝓ nobis gemitibus inenarrabilib⁹. Qui autẽ ſcrutatur corda: ſcit q̃d deſiderat ſpiritus. Quia ſecundũ deũ poſtulat pro ſanctis. **Gr.** Propitius eſto domine peccatis noſtris: nequãdo dicant gentes / vbi eſt deus eorũ. **ỽ.** Adiuua nos deus ſalutaris noſter: et propter honorem nominis tui domine libera nos. **Allelupa. ỽ.** Oſtende nobis dñe miſericordiã tuã: ⁊ ſalutare tuũ da nobis. **Secundũ Johannẽ. xvij.**

In illo tempore. Subleuatis ieſus oculis in celum / dixit. Pater quos dediſti mihi volo vt vbi ego ſum: et illi ſint mecum: vt videant claritatem meam quam dediſti michi: quia dilexiſti me an te mundi conſtitutionem. Pater iuſte: mũdus te nõ cognouit: ego autem cognoui te. Et hij cognouerunt: quia tu me miſiſti. Et notum feci eis nomen tuum: et notum faciam: vt dilectio qua dilexiſti me in ipſis ſit: et ego in ipſis. **Offer.** De profundis clamaui ad te dñe dñe exaudi orationẽ meam. **Secreta.**

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag
226 A 3

MIſerere q̃s dñe de⁹ famulis
⁊ famulabus tuis pro q̃bus
hoc ſacrificium laudis tue obtuli
mus maieſtati: vt ꝑ hec ſctã ſuper
ne bñdictionis grãm obtineãt: ⁊
gloriã eterne beatitudinis acqui
rãt. Per. Cõio. Redime me deus iſrł
ex omnibus anguſtijs meis. Cõplen.
DIuina libãtes myſteria q̃s
dñe: vt hec ſalutaria ſacra-
menta illis proficiãt ad proſperi
tatẽ et pacẽ: pro quorũ quarũq;
dilectiõe: hec tue obtulimus ma-
ieſtati. Per dñm. ¶ Pro peccatis
plangẽdis et cõpunctiõe. Intro.
MIſerere michi domi-
ne qm̃ tribulor: libe-
ra me/ et eripe me de
manibus inimicorũ
meoꝝ: et a ꝑſequẽti-
bus me: dñe nõ cõfũdar/ qm̃ inuo
caui te. Ps. In te dñe ſperaui nõ confũ-
dar in eternũ: in iuſticia tua libera me.
Gloria pr̃i et filio: et ſpiritui ſctõ. Coll.
OMñs mitiſſime deus: q̃ ſitiẽ
ti populo fontẽ viuentis aq̃
de petra produxiſti: educ de cordi
bus noſtris cõpunctionis lachry
mas: vt peccata noſtra plangere
valeamus: remiſſionẽq; peccato-
rũ te miſerãte mereamur accipe.
Per dñm. lect. hieremie ꝓphe. ix.
IN dieb⁹ illis. Dixit hieremi-
as. Quis dabit capiti meo
aquã: et oculis meis fontẽ lachry
marũ: et plorabo die ac nocte in-
terfectos filie populi mei? Dedu-
cãt oculi lachrymas: et palpebre
mee defluant aquas: quia vox la-
mentationis audita eſt in ſyon.
Dicit dñs: oĩpotens. Gr. Deus vi-
tam meam annũciaui tibi: poſui lachry
mas meas in cõſpectu tuo. V. Miſerere
mihi dñe: qm̃ conculcauit me homo/ to-
ta die bellans tribulauit me. Alla. V.
Oſtẽde nobis dñe miam tuã: et ſalutare
tuum da nobis. Scdm Johãnẽ. xvi.
IN illo tpe. Dixit ieſus diſci-
pulis ſuis. Amen dico vobis
q̃a plorabitis et flebitis vos: mũ-
dus autẽ gaudebit. Vos aũt con
triſtabimini/ ſed triſticia vr̃a: ver
tetur in gaudiũ. Offr. Domine fac
mecum miam tuam propter nomẽ tuũ:
quia ſuauis eſt miſericordia tua. Secr.
HAnc oblationẽ q̃s dñe deus
quã tue maieſtati ꝓ pecca-
tis nr̃is offerimus propiti⁹ reſpi-
ce: et produc de oculis nr̃is lachry
maꝝ flumina: q̃bus debita flãma
rũ incẽdia valeãt extingui. Per.
Cõio. Ab occultis meis mũda me dñe:
⁊ ab alienis parce ſeruo tuo. Cõplẽda.
SAcrificiũ q̃s dñe deus qđ tue
obtulimus maieſtati: nobis
ad veniã peccatorũ proficiat no-
ſtrorũ: et tue miſerationis tribu-
at ſolatium. Per dñm nr̃m ieſum
¶ Pro vexatiõe: et temptatione
diabolica ⁊ amico tẽtato. Intro.
EXaudi deus orationẽ
meam: et ne deſpexe-
ris deprecationẽ me-
am/ intende in me: et
exaudi me. Ps. Contri-
ſtatus ſum in exercitatione mea: et con-
turbatus ſum a voce inimici: et a tribu-
latione peccatoris. Gloria patri et filio
et ſpiritui ſancto. Sicut erat in pn. Col.
OMnipotẽs mitiſſime deus:
reſpice ꝓpitius preces nr̃as
et libera corda noſtra de malarũ

tentatiõe cogitationũ: vt ſcti ſpiritus dignũ fieri habitaculũ iueniamur. Per In vnitate eiuſdem

Lectio yſaye prophete. vij. et. xix.

HEc dicit dñs deus. In die illa deferetur munus dño exercituũ / ac rex fortiſſim⁹ dñabit' eoꝝ. In die illa erit altare dño in medio terre: et cognoſcetur dñs: ⁊ colẽt eũ in hoſtijs et munerib⁹: et vota vouebũt dño / et ſoluent. Et reuertẽtur ad dñm: et placabitur eis: et ſanabit eos. In die illa erit iſrael bñdictio in medio terre: cui benedixit dñs exercituum / dicẽs. Benedictus ppl's meus egypti: ⁊ opus manuũ mearũ aſſirio: hereditas autẽ mea iſrael. Dicit dñs omnipotens. Gr. Dirigatur oratio mea ſicut incẽſum in cõſpectu tuo dñe. ṽ. Eleuatio manuũ mearũ: ſacrificium veſpertinum. Alla. ṽ. Qui ſanat contritos corde: et alligat contritiones eorum.

Secundum Marcum. xij.

IN illo tpe. Sedẽs ieſus cõtra gazophylatium: aſpiciebat quomodo turba iactabat es ĩ gazophylatiũ: ⁊ multi diuites iactabant multa. Cũ veniſſet aũt vna vidua paupercula: miſit duo minuta: qd̃ eſt quadrãs. Et cõuocãs diſcipulos ſuos: ait illis. Amen dico vobis: quia hec vidua paupcula / plus miſit oĩbus q̃ miſerũt in gazophilatiũ. Oẽs enim ex eo qd̃ abũdabat illis / miſerũt: hec vero de penuria ſua / oĩa q̃ habuit: miſit totum victum ſuum. Offr. Domine exaudi orationẽ meam: et clamor meus ad te perueniat. Secreta

HOſtias has tibi dñe offerimus pro ſalute nr̃a: q̃tenus aĩas nr̃as ſcti ſpũs gr̃a mũdare et illuminare digneris. Per. eiuſdem. Cõio. Dico vobis: gaudiũ eſt angelis dei ſup vno peccatore penitẽtiã agẽte. Cõpl.

DEr hoc q̃s dñe ſacrificium qd̃ tue obtulim⁹ maieſtati: corda noſtra ab oĩbus temptationum maculis emũda. Per.

¶ Ad pluuiã poſtulandã. Introi.

OMnia que feciſti nobis dñe: in vero iudicio feciſti: q̃a peccauimus tibi: ⁊ mãdatis tuis nõ obediuim⁹ / ſed da gl'iam nomĩ tuo: et fac nobiſcũ ſcd̃m mľtitudinẽ mĩe tue. Ps. Magn⁹ dñs et laudabilis nimis: in ciuitate dei nr̃i in mõte ſctõ eius. Glo. Col.

DEus in quo viuimus mouemur et ſumus: pluuiã nob; tribue cõgruentẽ: vt p̃ſentib⁹ ſubſidijs ſufficiẽter adiuti / ſempiterna fiducialius appetamus. Per.

Lectio hieremie prophete. xiiij.

IN dieb⁹ illis. Dixit hieremias. Nũquid proijciẽs abiecisti iudã: aut ſyõ abhominata eſt anĩa tua? Quare ergo percuſſiſti nos / ita vt nulla ſit ſanitas? Expectauimus pacẽ: et non eſt bonũ: ⁊ tempus curationis / et ecce turbatio. Cognouim⁹ dñe impietates noſtras: et iniq̃tates patrũ nr̃oꝝ: quia peccauim⁹ tibi. Ne nos des in obprobriũ propter nomẽ tuũ: neq; facias nobis cõtumeliã. Solij glorie tue recordare: ne irritũ facias fedus tuũ nobiſcũ. Nunq̃d ſunt in ſculptilibus gentiũ q̃ pluant: aut poſſint celi dare imbres?

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag
226 A 3

niſi tu volueris: Nonne tu es dñs deus nr̄ quē expectauim⁹: Tu enī feciſti om̄ia hec: dñe deus nr̄. Gr. Oculi oīm in te ſperāt dñe: ⁊ tu das illis eſcā in tēpore oportuno. ỽ. Aperꝫ tu manum tuā: et imples oē anīal bn̄dictione. Alla. ỽ. Oſtēde nobꝫ dñe miām tuā: ⁊ ſalutare tuū da nobis. Se. Mar. viij.

IN illo tempore. Dixit ieſus diſcipulis ſuis. Miſereor ſup turbā: quia ecce iam triduo ſuſtinent me: nec habent quod māducent. Et ſi dimiſero eos ieiunos ī domū ſuā/ deficiēt in via. Quidā enim ex eis de longe venerūt. Et reſpōderūt ei diſcipuli ſui. Vnde iſtos poterit quis ſaturare panibus in ſolitudine? Et interrogauit eos. Quot panes habetꝫ? Qui dixerunt. Septē. Et p̄cepit turbe diſcūbere ſup terrā. Et accipiēs ſeptem panes/ gratias agēs fregit: ⁊ dabat diſcipulis ſuis vt apponerēt. Et appoſuerunt turbe. Et habebant piſciculos paucos: et ipſos benedixit et iuſſit appon[i]. Et māducauerūt: et ſaturati ſūt. Et ſuſtulerūt qđ ſuperauerat de fragmentis: ſeptē ſportas. Erant autem qui māducauerunt/ quaſi q̄ttuor milia: et dimiſit eos. Offr. Sperēt in te q̄ nouerūt nomē tuū dñe: qm̄ nō derelinq̄s querētes te dñe: pſallite dño qui habitat in ſyon: quoniam nō eſt oblitus orationis pauperū. Secre.

OBlatis dñe placare muneribus: et oportunū nobis tribue pluuie ſufficientis auxilium. Per dn̄m noſtrū. Cōīo. Amen dico vobis: quicquid orātes petitꝫ: credite q̄a accipietis: et fiet vobis. Complenda.

TVere dñe q̄s tua ſctā ſumentes: ⁊ ab oībus propitiatus abſolue peccatis. Per dn̄m nr̄m.

¶ Pro ſerenitate tēporis. Intro.

OMnia que feciſti nobis dñe: in vero iudicio feciſti: q2 peccauimus tibi: ⁊ mādatis tuis nō obediuim⁹/ ſed da gl'iam noī tuo: et fac nobiſcū ſecundū multitudinē miſericordie tue. Ps. Magnus dñs et laudabilis nimis: in ciuitate dei nr̄i in mōte ſancto ei⁹. Gloria patri et filio. Coll.

AD te dñe clamātes exaudi: ⁊ aeris ſerenitatem tribue nobis ſupplicātibus: vt q̄ iuſte p̄ p̄ctis noſtris affligimur: miā tua p̄ueniēte clementiā tuam ſentiamus. Per. Lectio ione p̄phete. ij.

IN diebus illis. Orauit ionas ad dn̄m/ dicens. De tribulatione clamaui ad dn̄m: et exaudiuit me. De vētre inferi clamaui: ⁊ exaudiſti vocē meā. Et proieciſti me in profundum in corde maris ⁊ flumen circūdedit me. Omnes gurgites tui et fluctus tui ſup me tranſierunt: et ego dixi/ abiectus ſum a facie oculorū tuorū/ verū tn̄ rurſum videbo templū ſctm̄ tuū. Circundederunt me aque vſq3 ad animā. Abyſſus vallauit me: pelagus cooperuit caput meū. Ad extrema mōtium deſcendi: terre vectes cōcluſerunt me in eternū. Et ſubleuabis de corruptione vitā meam: dñe deus omnipotens. Gr. Protector noſter aſpice de⁹: et reſpice ſup ſeruos tuos. ỽ. Domine deus virtutum: exaudi preces ſeruorum tuorum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag
226 A 3

In tempore tribulatiōis et belli.

Allā. ṽ. Oſtēde nob̄ dñe miām tuā⁊
ſalutare tuū da nob̄. Sc̄dm mat. viij

IN illo tp̄e. Aſcēdēte ieſu ī na-
uiculā: ſecuti ſūt eū diſcipuli
eius. Et ecce motus magn⁹ fact⁹
eſt in mari: ita vt nauicula operi-
retur fluctibus. Erat autē illis vē-
tus cōtrarius. Ipſe vero dormie-
bat. Et acceſſerūt ad eū diſcipuli
eius: et ſuſcitauerūt eū/ dicentes.
Dñe ſalua nos perimus. Et dixit
eis ieſus. Quid timidi eſtis modi-
ce fidei? Tūc ſurgēs/ imperauit vē-
tis et mari: et facta eſt tranquilli-
tas magna. Porro hoīes mirati
ſunt dicētes. Qualis eſt hic: quia
⁊ vēti et mare: obediunt ei. Offer.
Sperent in te q̄ nouerūt nomē tuū dñe:
qm̄ nō derelinq̄s querētes te dñe: pſal-
lite dño q̄ habitat in ſyon qm̄ nō eſt obli-
tus orationis pauperum. Secreta.

PReueniat nos dñe q̄s gra-
tia tua et ſubſeq̄tur et has
oblatiōes quas pro peccatis no-
ſtris noī tuo cōſecrādas deferim⁹
benignus aſſume: vt p interceſſio-
nē oīm ſanctoꝝ tuoꝝ cunctis no-
bis pficiant ad ſalutē. Per. Cōio.
Amē dico vobis: q̄cq̄d orātes petitis cre-
dite: q̄a accipietis et fiet vobis. Cōplē.

PLebs tua dñe capiat ſacre
benedictionis augmētū: ⁊
copioſis beneficioꝝ tuoꝝ ſubleue-
tur auxilijs: q̄ tātis interceſſionū
dep̄cationib⁹ adiuuat. Per. ¶ In
tribulatione et tp̄e belli. Introit⁹

SAlus ppl'i ego ſum di-
cit dñs: de quacunq;
tribulatione clama-
uerit ad me exaudiā
eos: et ero illoꝝ dñs ī
ppetuū. Ps. Attēdite pp'le me⁹ legem
meam: inclinate aurem veſtram in ver-
ba oris mei. Gloria patri et filio. Coll.

PReces populi tui q̄s dñe cle-
mēter exaudi vt q̄ iuſte pro
peccatis noſtris affligimur: p tui
noīs gloria: miſericorditer libere-
mur. Per. Lec. lib. macha. pme. iij

IN dieb⁹ illis. Dixit iudas fra-
tribus ſuis. Facile eſt cōcludi
multos in manibus paucoꝝ: et
nō eſt differētia in cōſpectu dei ce-
li/ liberare in multis et in paucis.
Quia nō in multitudine exercit⁹
victoria belli/ ſed de celo victoria
eſt. Ipſi veniunt ad nos in multi-
tudine contumaci et ſuperbia: vt
diſperdāt nos et vxores noſtras:
⁊ filios noſtros: et vt ſpoliāt nos.
Nos vero pugnabimus p aīab⁹
noſtris: et legibus noſtris. Et ipſe
dñs cōteret eos: ante faciē nr̄am.
Gr. Propitius eſto dñe peccatis nr̄is:
nequādo dicāt gētes vbi eſt deus eoꝝ. ṽ
Adiuua nos deus ſalutaris noſter: et p-
pter honorē nomīs tui dñe libera nos.
Allā. ṽ. Oſtēde nobis dñe miām tuā:
⁊ ſalutare tuū da nobis. Se. ioh. xvij.

IN illo tp̄e. Reſpiciēs ieſus in
diſcipulos ſuos dixit. Pater
ſancte ſerua eos ī noīe tuo/ quos
dediſti michi: vt ſint vnū ſicut et
nos. Cū eſſem cū eis/ ego ſeruabā
eos in noīe tuo quos dediſti mi-
chi/ ego cuſtodiui: et nemo ex hijs
perijt/ niſi filius perditiōis vt ſcri-
ptura impleatur. Nūc aūt ad te
venio: et hec loquor in mundo/ vt
habeāt gaudiū meū impletū in
ſemetipſis. Ego dedi eis ſermonē
tuū: et mundus eos odio habuit:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag
226 A 3

quia nõ ſunt de mũdo. Nõ rogo vt tollas eos de mũdo: ſed vt ſerues eos a malo. **Offr.** Populũ humilẽ ſaluũ facies dñe: et oculos ſupboꝝ hũiliabꝫ: qm̃ q̇s de⁹ p̃ter te dñe. **Secre.**

Concede nobꝫ miſericors deus vt digne tuis famulemur altaribus: et eorum ꝑpetua participatione ſalutari. Per. **Cõio.** Tu domine ſeruabis nos: et cuſtodies nos a generatiõe hac in eternũ. **Cõpl.**

Fideles tui deus ꝑpetuis donis firmẽtur: vt eadẽ et percipiẽdo requirãt: et querẽdo ſine fine percipiant. Per dñm noſtrũ.

¶ **Pro nauigãtib⁹ i bõis. Introi.**

Sacrificẽt dño ſacrificiũ laudis: et annũciẽt opera eius i exultatiõe qui deſcẽdũt mare in nauibus faciẽtes operationẽ in aquis multis. **Ps.** Confitemini dño qm̃ bon⁹: qm̃ in ſeculum mĩa eius. Gloria patri. **Col.**

Omnipotẽs ſempiterne de⁹: qui beatum petrum apoſtolum ſuper mare ambulantem ad te venire iuſſiſti: intercedẽte beata et glorioſa ſemper virgine genitrice maria cum omnibus ſanctis tuis adeſto famulis tuis: ſup mare nauigantibus: et in tua miſericordia cõfidẽtibus: vt ope miſericordie tue adiuti: ad loca deſtinata: et ad ſalutis portũ ſine impedimento ſani et incolumes valeant peruenire. Qui viuis et reg.

¶ **Lectio ione prophete.** ij.

In diebus illis. Orauit ionas ad dominũ deũ ſuũ de ventre piſcis: et dixit. Clamaui de tribulatione mea ad dominũ: et exaudiuit me. De ventre inferi clamaui: et exaudiſti vocẽ meã. Et ꝓieciſti me in profundũ in corde maris ⁊ flumen circũdedit me. Oẽs gurgites tui et fluct⁹ tui ſup me trãſierũt Et ego dixi. Abiect⁹ ſũ a cõſpectu oculoꝝ tuoꝝ. Verũtamen rurſus videbo templũ ſanctũ tuum. Circũdederunt me aque vſq; ad animã meam: abiſſus vallauit me: pelagus operuit caput meũ. Ad extrema montiũ deſcendi: terre vectes concluſerunt me in eternum ⁊ ſubleuabis de corruptione vitã meã dñe deus me⁹. Cũ anguſtiaretur in me anima mea/ dñi recordatus ſum: vt veniat ad te oratio mea ad tẽplũ ſanctũ tuũ. Qui cuſtodiũt vanitates: fruſtra mĩam ſuã derelinquũt. Ego autẽ in voce laudis ĩmolabo tibi: quecunq; voui reddam pro ſalute mea dñe deus meus. **Gr.** Exaudi me dñe: qm̃ benigna eſt mĩa tua ſcdm̃ multitudinẽ miſerationũ tuarũ reſpice in me. **ṽ.** Vt nõ me demergat tẽpeſtas aque: neq; abſorbeat me profũdũ/ neq; vrgeat ſup me puteus os ſuum. **All'a. ṽ.** Statuit dñs procellã eius in aurã: et ſiluerũt fluctus eius et letati ſunt quia ſiluerũt: et deduxit eos in portũ voluntatis eorũ. **Tpe paſchali.** Surrexit chriſt⁹ et illuxit populo ſuo quẽ redemit ipſe ſanguĩe ſuo. **Infra. lxx. Tractus.** Viderunt te aq̃ deus viderunt te aque et timuerunt et turbate ſunt abiſſi. **ṽ.** Multitudo ſonitus aquarum vocem dederunt nubes. **ṽ.** Etenim ſagitte tue tranſeunt vox tonitrui tui in rota. **ṽ.** Illuxerunt coruſcationes tue orbi terre commota eſt et cõ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag
226 A 3

Miſſa pro itinerantibus.

tremuit terra. ℣. In mari via tua ⁊ ſemi
te tue in aquis multis ⁊ veſtigia tua nõ
cognoſcentur. Secũdũ Marcũ. iiij.
IN illo tempore. Vna die cum
ſero eſſet factũ dixit ieſus di-
ſcipulis ſuis. Tranſeamus cõtra.
Et dimittentes turbã aſſumunt
eũ ita vt erat ĩ naui: et alie naues
erant cum illo. Et facta eſt procel-
la magna venti: et fluctus mitte-
bat in nauim ita vt ĩpleretur na-
uis. Et erat ipſe in puppi ſup cer-
uical dormiẽs. Et excitãt eum: et
dicunt illi. Magiſter: nõ ad te per
tinet quia perimus. Et exurgens
cõminatus eſt vẽto: et dixit. Ma-
re tace ⁊ obmuteſce. Et ceſſauit vẽ
tus et facta eſt tranquillitas ma-
gna. Et ait illis. Quid timidi eſtiſ.
Necdũ habetis fidẽ. Et timuerũt
timore magno: et dicebãt ad alte
rutrũ. Quiſputas eſt iſte: q̇a et vẽ-
tus et mare obediunt ei. Offer. Di
xit dñs et ſtetit ſpiritus procelle: et exal-
tati ſunt fluctus eius et clamauerunt ad
dominũ cum tribularentur: et de neceſ-
ſitatibus eorum eduxit eos. Secreta.
SVſcipe domine preces et ob-
lationes quas tibi offerimꝰ
pro famulis tuis ſupra mare na-
uigantibus et preſta: vt angelus
tuus ſanctus per omnẽ viam eis
occurrat: qui in eundo ⁊ redeũdo
dux eis et comes mitiſſimus effi-
ciatur. Per dñm nr̃m ieſum xp̃m
Cõio. Laudent dominũ celi et terra ma
re et omnia reptilia in eis: quoniã tu do
minaris poteſtati maris: motũ autẽ flu
ctuum eius tu mitigas. Complenda.
PEr huius domine ſacramẽ
ti perceptionẽ famulos tu
os nauigãtes: et in tua miſericor
dia ſperãtes ab omni periculo li-
berare digneris adſit ſpiritꝰ ſan-
ctus qui eos ſanos et incolumes
cuſtodiat / atq; ad locũ deſtinatũ
⁊ ad ſalutis portũ cũ gaudio et p
ſperitate faciat puenire Per eiuſ.
¶ Pro itinerantibus. Introitus.
ESto michi in deũ pro
tectorẽ: ⁊ in locum re
fugij vt ſaluũ me facі
as: quoniã firmamẽ-
tum meum ⁊ refugiũ
meum es tu propter nomen tuũ
dux michi eris et enutries me. Ps.
In te dñe ſperaui nõ confundar in eter-
num. Gloria patri et filio et ſpi. Colla.
ADeſto domine ſupplicatio
nibus noſtris: et viã famu-
lorum tuorum in ſalutis tue pro-
ſperitate diſpone: vt inter omnes
vie et vite huius varietates: tuo
ſemper protegãtur auxilio. Per.
¶ De tribus magis Collecta.
DEus qui tres magos orien-
tales / iaſpar / melchior ⁊ bal
thaſar ad filij tui dñi nr̃i ieſu xp̃i
cunabula: vt eum miſticis adora-
rent muneribus ſine impedimẽ-
to duxiſti et reduxiſti: concede fa-
mulis tuis ĩ hoc itinere q̃d pactu
ri ſunt: per ipſorũ triũ regũ pias
interceſſiões et merita: pacẽ et p-
ſperitatẽ ac ſanitatẽ: q̃tenus ipſo
vero ſole / vera ſtella / et vero lumi
ne ducẽte / ad loca optata ſine of-
fenſiõe et ĩpedimẽto puenire me
reãtur. Per eũ. Lec. libri geñ. xlvi.
IN diebus illis. Profectus eſt
iſrael cũ oĩbus que habebat
et venit ad puteum iuramenti.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag
226 A 3

Et mactat⁊ ibi victimis deo pr̄is ſui yſaac: audiuit eū ꝑ viſionē nocte vocātem ſe et dicentē ſibi. Jacob iacob. Cui reſpōdit: ecce aſſū. Ait illi deus. Ego ſum fortiſſim⁹ deus patris tui. Noli timere/ ſed deſcende in egyptū: quia in gentē magnā faciā te ibi. Ego deſcendā tecū illuc: et ego inde adducā te reuertentē dicit dn̄s oīpotens **Gr.** Angelis ſuis mandauit de te vt cuſtodiant te in oībus vījs tuis. **V.** In manibus portabūt te ne forte offendas ad lapidem pedē tuū. **A**lleluya. **V.** Oſtē de nobis dn̄e miſericordiā tuā: et ſalutare tuum da nobis. **Scd̄m lucam.** iiij.

IN illo tēpore. Dixerunt phariſei ad ieſum. Quanta audiuimus facta in capharnaū fac et hic in patria tua. Ait autē. Amen dico vobis: quia nemo propheta acceptus eſt in patria ſua. In veritate dico vob⁊: mlt̄e vidue erāt in dieb⁹ helie in iſrael quādo clauſum eſt celum annis tribus et mēſibus ſex: cum facta eſſet fames in omni terra: ⁊ ad nullā eaꝝ miſſus eſt helias/ niſi in ſareptā ſidonie ad mulierē viduā. Et multi leproſi erant in iſrael ſub heliſeo ꝓpheta: et nemo eorū mūdatus eſt/ niſi naamā ſyrus. Et repleti ſunt oēs in ſynagoga ira hec audiētes. Et ſurrexerūt et eiecerunt eum extra ciuitatem: et duxerūt illū vſq; ad ſupercilium montis: ſuper quē ciuitas illorum erat edificata: vt p̄cipitarent eū. Ipſe autem trāſiēs per medium illorum ibat. **Offe.** Perfice greſſus meos ī ſemitis tuis: vt nō moueātur veſtigia mea: inclina dn̄e aurem tuam et exaudi verba mea: mirifica mīas tuas qui ſaluos facis ſperantes in te domine. **Secreta.**

PRopiciare dn̄e ſupplicationibus noſtris: et has oblationes quas tibi offerimus pro famulis tuis benignus aſſume: vt viā illorum et precedēte gratia tua dirigas: et ſubſequente comitari digner⁊: vt de actu atq; incolumitate eorū ſcd̄m miſericordie tue p̄ſidia gaudeam⁹. Per dn̄m noſtrū.

¶ **De tribus magis Secreta.**

DEus qui es gloria ſanctorū et dirigis viam iuſtorū: dirige angelum pacis cum famulis tuis: qui eos ad locū quo pergūt cum iocunditate/ proſperitate et pace ſine impedimento aīe et corporis ducat et reducat/ eiſq; non poſſint nocere antiqui hoſtis inſultus: procul ſit ab eis oīm malorum acceſſus: et comes eoꝝ dignetur eſſe ſpirit⁹ ſctūs. Per eiuſdē. **Cōio.** Tu mandaſti mādata tua cuſtodiri nimis vtinam dirigātur vie mee ad cuſtodiēdas iuſtificatiōes tuas. **Cōpl.**

DEus infinite miſericordie ⁊ maieſtatis immēſe: quē nec ſpacia locorum/ nec interualla tēporum ab his quos tueris abiungūt adeſto famulis tuis ī te vbiq; confidentibus: et per omnē quā ituri ſunt viam dux eis et comes eſſe digneris: nichil eis aduerſitatis noceat/ nichil difficultatis obſiſtat: cūcta eis ſalubria cūcta ſint ꝓſpera vt ſub ope dextre tue ꝓtecti q̄cq̄d iuſto expetierit deſiderio celeri conſequantur effectu. Per.

¶ **De tribus magis. Complēda.**

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3

Cōtra turcū ſeu paganos.

OMnipotēs ſempiterne de⁹: qui miſiſti filium tuū dñm noſtrū ieſum chriſtū de ſinu tuo ī vterum marie virginis: vt homo fieret et homo factus/ paſſus et ſepultus eſt: et miſiſti ſanctos angelos tuos: nō vt cuſtodirent/ ſed vt teſtimoniū perhiberēt vere reſurrectiōis: te depcamur piſſime deus per illorum triū regū orientaliū interuentū: vt digneris angelos tuos mittere qui ſint circa famulos tuos die ac nocte: ſintq̧ ſecuri in corpore ⁊ anima/ ac rebus oībus. Per eundē dñm noſtrū.

Cōtra turcū/ ſeu paga. Introi.

OMnia que feciſti nobis dñe in vero iudicio feciſti: quia peccauimus tibi: et mādatis tuis nō obediuimus/ ſed da gloriā noī tuo: et fac nobiſcum ſcd̃m multitudinē mīe tue. Ps. Beati immaculati in via: q̄ ambulant in lege dñi. Gloria patri. Colla.

OMps ſempit̄ne deus: ī cuius manu ſūt oīm poteſtates: ⁊ oīa iura regnoꝝ: reſpice in auxilium chriſtianoꝝ: vt gentes paganorū q̄ in ſua feritate cōfidūt dextere tue potentia cōterātur. Per.

Lectio libri Machabeorum. i. iiij.

IN diebus illis. Dixerūt vnuſquiſq̧ ad proximū ſuū. Erigamus deiectionē populi noſtri ⁊ pugnemus pro populo noſtro: ⁊ ſanctis noſtris. Et cōgregat⁹ eſt conuentus vt eſſent in preliū parati: et vt orarēt et peterēt miam ⁊ miſerationes. Et ieiunabāt illa die: et induerunt ſe ciliciis/ et cineres poſuerunt in capite ſuo: et ſciderunt veſtimēta ſua. Et expāderunt libros legis dei: de q̇bus ſcrutabantur gentes ſimilitudinē ſimulachrorū ſuoꝝ. Et attulerunt ornamēta ſacerdotalia: et primicias et decimas. Et ſuſcitauerunt nazareos qui impleuerant dies: ⁊ clamauerunt voce magna in celū dicentes. Quid faciemus viris iſtis: et quo eos ducemus: Sancta tua cōculcata ſunt: et cōtaminata ſunt: et ſacerdotes tui facti ſūt in luctū et in hūilitatē. Et ecce nationes cōuerſe ſunt: vt nos diſperdant. Tu ſcis que cogitāt in nos. Quomodo poterimus ſubſiſtere ante faciē illorū/ niſi tu adiuues nos: dñe deus noſter. Gr. Propiti⁹ eſto peccatis noſtris: nequādo dicāt gētes vbi eſt deus eorū. V. Adiuua nos de⁹ ſalutaris noſter: et ꝑpter honorē noīs tui domine libera nos. Alla. V. Domine deus meus in te ſperaui: ſaluum me fac ex omnibus perſequentibus me et libera me. Secundū Johannē. xvij.

IN illo tpe. Subleuatis ieſus oculis in celū: dixit. Pater venit hora/ clarifica filiū tuū: vt fili⁹ tuus clarificet te. Sicut dediſti ei poteſtatē oīs carnis: vt oē qd̄ dediſti ei/ det eis vitā eternā. Hec eſt aūt vita eterna: vt cognoſcant te ſolū deū verū: ⁊ quē miſiſti ieſum chriſtū. Ego te clarificaui ſup terrā: opus conſummaui qd̄ dediſti mihi vt faciā. Et nūc clarifica me pater tu apud temetipſū: claritate quā habui priuſq̄ mūdus eſſet apud te: manifeſtaui nomen tuū hoīb⁹: quos dediſti michi de mū-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag
226 A 3

do. Tui erãt et michi eos dediſti:
⁊ ſermonem meũ ſeruauerũt. Et
nunc cognouerunt quia oĩa que
dediſti mihi/a te ſunt: quia verba
que dediſti michi/ dedi eis: et ipſi
acceperũt et cognouerũt vere: q̇a
a te exiui: et crediderũt/ q̇a tu me
miſiſti. Ego ꝓ eis rogo: nõ ꝓ mun
do rogo/ ſed pro eis quos dediſti
michi: quia tui ſunt. Et oĩa mea
tua ſunt: et tua/mea ſunt: et clari-
ficatus ſum in eis. Et iã nõ ſũ in
mũdo: et hij in mũdo ſunt/et ego
ad te venio. Pater ſctẽ/ſerua eos
in noĩe tuo quos dediſti mihi: vt
ſint vnũ: ſicut et nos. Offer. Si am-
bulauero in medio tribulationis viuifi
cabis me dñe: et ſuper iram inimicorum
meorum extendes manum tuam: et ſal-
uum me fecit dextera tua. Secreta.

Sacrificiũ dñe quod immola
mus intende: et propugna-
tores tuos ab oĩ exuas paganoꝝ
nequicia: et in tue protectiõis ſe-
curitate cõſtituas. Per do. Cõio.
In ſalutari tuo anima mea: et in verbũ
tuũ ſperaui: quãdo facies de perſequen
tibus me iudiciũ: iniqui pſecuti ſunt me
adiuua me dñe deus meus. Cõplẽda.

Protector noſter aſpice de⁹:
⁊ ꝓpugnatores tuos a pa-
ganorũ defende periculis: vt ab
oĩbus ꝑturbatiõib⁹ ſemoti: libe-
ris tibi mẽtibus ſeruiãt. Per do.

¶ Sequũtur memorie cões. Et p̄-
mo de ſctis quoꝝ reliq̇e habẽtur.

Concede q̃s oṗs de⁹: (Coll.
vt ſctã dei genitrix maria
ſanctiq̨ apl̃i/martyres/cõ
feſſores/ virgines/ atq̨ oẽs ſancti
quorũ reliquie cõtinentur in hac
ecc̃lia patrocinijs nos vbiq̨ adiu
uent: quatenus hic in illoꝝ p̄ſenti
ſuffragio: tranq̇lla pace ĩ tua lau
de letemur. Per eũdem. Secreta.

Munera miſericors deus ma
ieſtati tue oblata: benigno
q̃s ſuſcipe intuitu: vt eoꝝ nobis p̄
cibus fiãt ſalutaria: quorũ ſacra-
tiſſime ĩ hac baſilica reliquie ſũt
recondite. Per dñm. Cõplenda.

Diuina libãtes myſteria q̃s
dñe: vt eoꝝ nos vbiq̨ prote-
gat interceſſio: quorum hic ſacra
gaudem⁹ habere ſuffragia. Per e.

¶ De omnibus ſanctis. Collecta.

Miſerere q̃s dñe nobis indi-
gnis famulis tuis ſuffra-
gia ſctõꝝ tuorũ humiliter
implorãtibus: vt q̇a fragili/mor-
taliq̨ carne circũdati: quotidia-
nis peccatorũ remiſſionib⁹ indi-
gemus: glorioſe virginis dei geni
tricis marie: ſanctorũq̨ patriar-
charũ/prophetarũ/apl̃oꝝ/marty
rum/ cõfeſſorũ/ac virginũ: oĩmq̨
electorũ tuorũ: aſſiduis apud pie
tatẽ tuam p̄cibus adiuuemur: vt
quod poſſibilitas noſtra nõ obti
net: eorum nobis interceſſiõe do-
netur. Per dñm noſtrũ. Secreta.

Sacrificiũ noſtrũ tibi dñe q̃s
omniũ ſanctoꝝ tuorũ preca
tio ſancta conciliet: vt quorũ ho-
nore ſolẽniter exhibetur: meritis
efficiatur acceptũ. Per. Cõplẽda.

Queſumus dñe de⁹ nr̃: vt ſa-
croſancta myſteria que ꝓ
reparatiõis nr̃e munimine cõtu-
liſti: intercedẽte btã dei genitrice
maria/cũ oĩb⁹ ſctis tuis: et p̄ſens
nobis remedium eſſe facias ⁊ fu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3

turum. Per eū. ¶ Pro papa. Coll.
D Eus omniū fideliū paſtor ⁊
rector: famulū tuū. N. quē
paſtorē eccleſie tue p̄eeſſe voluiſti
propitius reſpice: da ei q̄s verbo
⁊ exemplo quibus preeſt profice-
re: vt ad vitā vna cū grege ſibi cre
dito ꝑueniat ſempitnā. P. Secre.
O Blatis queſumus dn̄e placa
re muneribꝰ: et famulū tuū.
N. quē paſtorem eccleſie tue p̄eeſſe
voluiſti: aſſidua protectione gu-
berna. Per dn̄m no. Complēda.
H Ec nos queſumus dn̄e diui
ni ſacramēti perceptio pro
tegat: vt famulū tuū. N. quē pa-
ſtorē eccl'ie tue p̄eeſſe voluiſti: vna
cū cōmiſſo ſibi grege ſaluet ſemp
et muniat. Per dn̄m nr̄m ieſum.
¶ Pro epiſcopo ⁊ plebe. Collecta.
O Mnipotēs ſempiterne deꝰ:
q facis mirabilia magna ſo
lus: pretende ſuper famulū tuū.
N. antiſtitē noſtrū: et ſup cunctā
plebē illi cōmiſſam ſpm̄ gratie ſa
lutaris: et vt in veritate tibi com-
placeāt: perpetuū eis rorē/ tue be-
nedictionis infunde. Per. Secre.
H Oſtias dn̄e famulorū tuoꝝ
placatus intēde: et quas in
honore noīs tui deuota mēte pro
eis celebramus: proficere ſibi ſen-
tiant ad medelā. Per. Cōplenda.
Q Vos celeſti recreas munere
perpetuo domine comita-
re preſidio: et quos fouere nō deſi
nis: dignos fieri ſempiterna redē
ptione cōcede. Per dn̄m noſtrū.
¶ Pro imperatore. Collecta.
D Eus regnoꝝ oīm et chriſtia
ni maxime protector impe-
rij: da ſeruo tuo imperatori nr̄o.
N. triūphū virtutis tue ſciēter ex
colere: vt q tua cōſtitutiōe eſt pn-
ceps: tuo ſemper munere ſit po-
tens. Per dn̄m noſtrum. Secreta
S Vſcipe dn̄e preces et hoſtias
eccl'e tue ꝓ ſalute famuli tui.
N. ſupplicātis: et in protectiōe fi-
deliū populorū antiq brachij tui
operare miracula: vt ſuperatꝭ pa
cis inimicꝭ: ſecura tibi ſeruiat chri
ſtiana libertas. Per. Complēda.
D Eus q ad p̄dicādū eterni re
gis euāgeliū: romanū ipe-
riū p̄paraſti: pretēde famulo tuo
impatori nr̄o. N. arma celeſtia: vt
pax eccleſiaꝝ nulla turbetur tēpe
ſtate belloꝝ. Per. ¶ Pro rege. Col.
Q Veſumus oṗs deꝰ: vt famu
lus tuꝰ. N. q tua miſeratio-
ne ſuſcepit regni gubernacula: v̄-
tutū etiā pcipiat incremēta: qbꝰ
decēter ornatꝰ: et viciorū mōſtra
deuitare: ⁊ ad te q via veritas ⁊ vi
ta es gratioſus valeat ꝑuenire. P.
M Unera q̄s dn̄e obla-(Secre.
ta ſctifica: vt ⁊ nobis vnige
niti tui corpꝰ et ſanguis fiāt: et re
gi nr̄o ad obtinendā anīe/ corpo-
riſq ſalutē: et ad ꝑagendū iniun-
ctum ſibi officiū te largiēte vſq-
quaq proficiāt. Per. Cōplenda.
H Ec dn̄e oblatio ſalutaris fa
mulū tuū regē nr̄m ab oībꝰ
tueat adverſis: q̄ten ⁊ eccliaſtice
pacis obtineat tranquillitatē: et
poſt iſtius tpis decurſum/ ad eter
nā ꝑueniat hereditatē. Per dn̄m
¶ Pro omni gradu eccleſie. Coll.
O Mp̄s ſempitne deus: de cuiꝰ
ſpū totū corpꝰ eccl'e ſctificat'

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag
226 A 3

⁊ regitur:exaudi nos ꝑ vniuerſis
oꝛdinibus ſupplicātes:vt gr̄e tue
munere ab oībus tibi gradibꝰ fi-
deliter ſeruiatur. Per. Secreta.
Da famulis tuis dn̄e indulgē
tiā peccatoꝛū/ cōſolationē
vite/ gubernationē perpetuā: vt
tibi ſeruiētes ad tuā iugiter miſe
ricoꝛdiā ꝑuenire mereantur. Per
Libera q̄s dn̄e a pctis (Cōpl.
⁊ hoſtibꝰ tuos famulos ſup
plicātes:vt in tua ſctā cōuerſatio
ne viuentes:nullis afficiantur ad
uerſis. Per dn̄m noſtrum ieſum.
¶ Pro congregatione. Collecta.
Deus q̄ nos a ſeculi vanitate
conuerſos ad brauiū ſupne
vocatiōis accēdis: pectoꝛibus no
ſtris purificādis illabere:et gr̄am
nobis qua in te ꝑſeuueremꝰ infun-
de:vt protectionis tue muniti p̄ſi
diīs: qđ te donāte ꝓmiſimꝰ ipleа
mus: ⁊ nr̄e profeſſiōis executoꝛes
effecti: ad ea que ꝑſeuerātibus in
te ꝓmittere dignatꝰ es pertinga-
mus. Per dn̄m noſtrum. Secreta
Tibi dn̄e deꝰ noſter deuotio-
nis hoſtiā immolātes hūili
ter petimus:vt nos ſacrificiū tuū
moꝛtificatiōe vite carnalis acci-
pias/ ac moꝛibus q̄bus profeſſiōi
nr̄e cōgregamꝰ inſtituas:et quos
ſctē cōpunctiōis ardoꝛe ab hoīm
ceteroꝛū ꝓpoſito ſeparaſti: etiā a
cōuerſatione carnali: ⁊ ab immū
dicia terrenoꝛū actuū infuſa no-
bis celitꝰ ſctitate diſcernas. Per.
Deus q̄ renunciātibꝰ (Cōpl.
ſeculo māſiōes paras in ce-
lo:dilata fratrū noſtroꝝ coꝛda ce-
leſtibus bonis:vt fraterna tenea-
tur cōpagine charitatis: vnani-
mes p̄cepta cuſtodiāt/ ſobꝛiȷ̄/ ſim-
plices ⁊ quieti:gratis ſibi datam
ſue profeſſiōis gr̄am fuiſſe cogno
ſcant:cōcoꝛdet illoꝛū vita cū noīe
profeſſio cēſeatur in opere. Per.
¶ Pro concoꝛdia fratrum. Coll'a.
Deus largitoꝛ pacis ⁊ ama
toꝛ charitatꝭ:da ſeruis tu-
is verā cū tua volūtate cō
coꝛdiā:vt ab oībus q̄ nos pulſant
tētatiōibꝰ liberemur. Per. Secre.
His ſacrificiȷ̄s dn̄e q̄s cōcede
placatus:vt q̄ propꝛiȷ̄s oꝛa
mus abſolui delictis: non graue-
mur externis. Per do. Cōplenda.
Confirma dn̄e q̄s tuoꝛū coꝛ-
da fidelium: ⁊ gr̄e tue virtute
coꝛrobora:vt ⁊ in tua ſint ſuppli
catione deuoti:et in tua dilectiōe
ſecuri. Per. ¶ Pro caſtitate. Coll'.
Ure igne ſancti ſpiritꝰ renes
noſtros et coꝛ noſtrum do-
mine:vt tibi caſto coꝛpoꝛe ſeruia-
mus:et mundo coꝛde placeamus
Per. In vnitate eiuſdē. Secreta.
Dirumpe queſumus dn̄e vin
cula ſcelerū noſtroꝝ:vt ſacri
ficare tibi hoſtiā laudis abſoluta
libertate poſſimus: retribue que
ante tribuiſti:et ſalua nos ꝑ īdul-
gentiam:quos ſaluare dignatus
es per gratiā. Per do. Cōplenda.
Domīe adiutoꝛ et protectoꝛ
noſter in tribulationibus:
obſecramus immenſam potētiā
et pietatem tuam: vt per auxiliū
gr̄e tue refloꝛeat caro noſtra vi-
goꝛe pudicitie:et ſanctimonie no
uitate:vt zona caſtitatꝭ ſuccincta/
loꝛica fidei circūdata/ ereptaq; de

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3

manu tartari: in resurrectione ſu
ſtorum / eterna gaudia te largien
te percipiat. Per dñm noſtrum.

¶ Pro ſtabilitate loci. Collecta.

DEus in quo totius ſaluatio
nis ſumma cõſiſtit: exaudi
preces quas indigni tibi ſupplici
ter fundimus: et mitte ſanctũ an-
gelum tuum de celis: qui hanc cõ-
gregationem et hũc locum: ab oĩ-
bus antiq̃ hoſtis et humanis de-
fendat inſidijs. Per do. Secreta.

HEc nos queſumꝰ dñe ſacra
potẽti virtute defenſos ab
om̃ibus maligni hoſtis inſidijs:
et hunc cum ſuis incolis locũ / ſub
tua protectione ſeruent illeſum.
Per dñm noſtrum. Complenda.

SVmpſimus domĩe ſacri do-
na myſterij humiliter depre
cantes: vt hec eadem angelico et
omniũ ſanctorũ pro nobis inter-
uenĩẽte ſuffragio: et noſtroꝝ ſiãt
delictoꝝ purgatio: et cõgregatio
nis / atq̃ loci huius contra oẽs ne
quitias diaboli inexpugnabilis
et inuicta defenſio. Per dominũ.

¶ Pro deuotis tribulatis. Colľa.

REge queſumꝰ dñe famulos
tuos: et intercedentibus oĩ-
bus ſanctis tuis gratie tue in eis
dona multiplica: vt ab omnibus
liberi offenſis: et tẽporalibus nõ
deſtituãtur auxilijs: et ſempiter-
nis gaudeãt inſtitutis. Per. Sec.

SVſcipe domĩe munus obla-
tum: et intercedẽtibus om̃i-
bus ſanctis tuis: conſerua q̃s fa-
mulos tuos: atq̃ ab omnibus ad
uerſitatibus redde ſecuros: vt trã
quillitate percepta: de oĩm viſibi
liũ / atq̃ inuiſibiliũ inimicorũ in-
ſidijs liberati: deuota tibi mente
deſeruiant. Per dñm. Cõplenda.

SVbiectos tibi famulos tuos
q̃s dñe intercedẽtibus oĩbꝰ
ſanctis tuis ꝓpiciatio celeſtis am
plificet: vt et preſentis vite pericu
lis exuantur: et perpetuis donis
firmentur. Per dñm noſtrũ ieſũ.

¶ Pro nimijs preſſuris. Collecta

DEus qui cõtritorũ nõ deſpi
cis gemitũ: et merentiũ nõ
ſpernis affectũ: adeſto precibꝰ no
ſtris: quas tibi pro famulis tuis.
N. effũdimus: vt quicquid cõtra
eos diabolice atq̃ humane moli-
untur aduerſitates: ad nichilũ re
digas: et conſilio tue pietatis alli
das: vt nullis aduerſitatibus leſi /
ſed erepti de omni tribulatiõe et
anguſtia: leti tibi in eccľia tua ſan
cta gratias referãt. Per. Secreta.

DEus q̃ tribulatos corde ſa-
nas / meſtoſq̃ letificas: ad
hãc propitius hoſtiam dignãter
attẽde: quam tibi pro ſeruis tuis
N. offerimus ſana diſcrimina: tri
bulationum eorum attende miſe
riam: et anguſtiaꝝ ſubmoue preſ
ſurã: vt exuti omnibus que patiũ
tur malis: in tuis ſemꝑ delectent
exultare delicijs. Per. Cõplenda.

DImitte nobis dñe deus pec
cata noſtra: et tribue nobis
miam tuam quã oĩs noſtri allo-
quio deprecamur / famulorumq̃
tuorũ. N. humilitatem attendas
vincula ſoluas / delicta deleas / tri-
bulationem inſpicias / aduerſita-
tem repellas / effectumq̃ petitio-
nis noſtre largiens: ſupplices tu-

os clemēter exaudias. Per domi-
num noſtrū ieſum chriſtū. ¶ Pro
amico pctōre et p penitētia. Col.
DEus qui iuſtificas impium:
⁊ non vis mortē peccatorū
maieſtatem tuam ſuppliciter de-
precamur: vt famulū tuum. N. de
tua miſericordia confidentem: ce-
leſti ptegas benignus auxilio: et
aſſidua protectione conſerues: vt
tibi iugiter famuletur: ⁊ nullis tē-
ptationibus a te ſeparetur. Per
dn̄m nr̄m ieſum chriſtū. Secreta.
HVius dn̄e q̄s virtute myſte-
rij: et a proprijs nos mūda
delictis: et famulū tuū. N. ab oībꝰ
abſolue peccatis. Per. Cōplenda.
PVrificent nos q̄s dn̄e ſacra-
mēta que ſumpſimus: et fa-
mulum tuum. N. ab omni culpa
liberum eſſe cōcede: vt qui cōſciē-
tie reatu conſtringitur: celeſtis re-
medij plenitudine glĩetur. Per.
¶ Pro amico viuente. Collecta.
OMnipotēs ſempiterne deꝰ:
miſerere famulo tuo. N. ⁊ di-
rige eū ſcd̄m tuā clementiā in viā
ſalutis eterne: vt te donante tibi
placita cupiat: ⁊ tota virtute per-
ficiat. Per dn̄m noſtrū. Secreta.
PRoficiat q̄s dn̄e hec oblatio
quā tue ſupplices offerimꝰ
maieſtati: ad ſalutē famuli tui. N.
vt tua prouidētia eius vita inter
aduerſa et proſpera vbiqꝫ diriga-
tur. Per dn̄m nr̄m. Complenda.
SVmentes dn̄e ꝑpetue ſacra-
mēta ſalutis: tuā dep̄camur
clementiā: vt p ea famulū tuū. N.
ab omni aduerſitate protegas.
Per dn̄m noſtrū ieſum. ¶ Pro be-
nefactoribus viuentibus. Colla.
DEus q̇ poſt baptiſmi ſacra-
mentum ſecundā ablutio-
nem peccatorū elemoſynis indi-
diſti: reſpice propitius ſup famu-
los tuos: pro quoꝝ operibus tibi
gratie referuntur: fac eos premio
beatos: vt recipiāt ꝓ paruis ma-
gna / p terrenis celeſtia / pro tēpo-
ralibus ſempiterna. Per. Secre.
DEus qui tuorum corda fide-
lium per elemoſynā dixiſti
poſſe mundari: da famulis tuis
qui pauperibus dona ſua dede-
runt: per huius ſacramēti myſte-
rium: vt percipientes hoc mune-
re: veniam peccatorum / in tuorū
cenſeantur ſorte iuſtorū. Per do-
minum noſtrū ieſum. Cōplenda.
PVrificēt nos domine que-
ſumus ſacramēta que ſum-
pſimus: ⁊ famulos tuos propitiꝰ
intende: qui diuina mandata re-
colentes: opem indigētibus ſub-
miniſtrant: et preſta: vt ſicut eo-
rum nobis deuotio eſt neceſſaria
ita ſit tibi ſemp accepta. Per do.
¶ Pro remiſſione peccatoꝝ. Coll.
DEus qui nullū reſpuis: ſed
q̄uis peccantibus per peni-
tentiam pia miſeratione placa-
ris: reſpice propitiꝰ ad preces hu-
militatis noſtre: et illumina cor-
da noſtra: vt tua valeamꝰ imple-
re p̄cepta. Per dn̄m no. Secreta.
PReſens ſacrificium domie
quod tibi pro delictis no-
ſtris offerimus ſit tibi munus ac-
ceptum: et tam viuentibus q̄ de-
functis proficiat ad ſalutem. Per
dominū noſtrū ieſum. Cōplēda.

E Xaudi ꝑces familie tue oīps
deus:et ꝑſta: vt ſctā hec que
a te ſumpſimus: incorrupta ī no-
bis te donāte ſeruentur. Per do.

¶ Pro inimicis. Collecta.

D Eus pacꝭ charitatiſqꝫ ama-
tor ⁊ cuſtos:da oībus inimi
cis noſtris pacem charitatēqꝫ ve-
ram:et tribue eis remiſſionē pec-
catorū:noſqꝫ ab eorū inſidijs po-
tenter eripe. Per dn̄m. Secreta.

O Blatis queſum⁹ dn̄e placa-
re muneribus:et nos ab ini
micis noſtris clemēter eripe:eiſqꝫ
indulgētiā tribue delictoꝝ. Per.

H Ec nos cōmunio do (Cōpl.
mine queſumus exuat a de
lictis:et ab inimicoꝝ noſtrorū de-
fendat inſidijs. Per dn̄m noſtrū.

¶ Pro diſcordantibus. Collecta.

O Mīps ſempiterne deus qui
miē tue ianuā fidelibus pa-
tere voluiſti per concordiā vnita
tis:da famulis tuis fidei tue et ca
ritatis augmentū:et per vinculū
pacis promiſſionū tuarū mereā-
tur eſſe participes. Per. Secreta.

D Eus qui es pax omnium et
cōcordia vera fidelium:pre-
ſta vt quos diſſentio charitatis
fraudauit ab inuicem:dilectio ꝑ-
fecta reconciliationi attribuat.
Per dn̄m noſtrum ieſum. Cōplē.

D Eus humilium conſolator
⁊ fortitudo fragilium: ꝓpi
cius tuis adeſto ſupplicib⁹:vt hu-
mana fragilitas que per ſe prodi
uis eſt ad labēdum:per te ſemper
ī ſtudio charitatis muniatur ad
ſtādum. Per dn̄m noſtrū ieſum.

¶ Pro ſalute viuorum. Collecta.

P Retende dn̄e fidelibus tuis
dexterā celeſtꝭ auxilij: vt te
toto corde perquirant: et que di-
gne poſtulant aſſequātur. P. Sec.

P Ropiciare dn̄e ſupplicatio
nibus noſtris:et has obla-
tiones famulorū tuoꝝ: quas tibi
pro incolumitate eorū offerim⁹
benignus aſſume:⁊ vt nullius ſit
irritum votū: nullius vacua po-
ſtulatio:ꝑſta queſumus: vt quod
fideliter petimus: efficaciter con-
ſequamur. Per dn̄m. Complēda.

D A famulis tuis queſum⁹ do
mine in tua fide ⁊ ſincerita
te conſtantiam:vt in charitate di
uina firmati:nullis tēptationib⁹
ab eius integritate vellātur. Per

¶ Contra hoſtes. Collecta.

H Oſtium noſtrorum queſu-
mus dn̄e viſibilium et inui
ſibilium elide ſuperbiam: eorūqꝫ
contumaciam dextere tue virtu-
te proſterne. Per dn̄m. Secreta.

H Uius queſumus dn̄e virtu-
te myſterij: et a noſtris mū
demur occultis:et ab inimicoꝝ li-
beremur inſidijs. Per. Cōplenda

P Urificet nos queſum⁹ dn̄e
participatio tui ſacroſctā
myſterij: et pariter nobis expia-
tionem tribuat ⁊ munimē. Per.

¶ Cōtra tēpeſtates et fulgu. Coll.

A Domo tua dn̄e queſumus
ſpirituales nequitie repel-
lantur:et aerearū diſcedat mali-
gnitas tempeſtatū. Per. Secreta

O Fferimus domine laudes ⁊
munera:pro conceſſis bene-
ficijs gratias referentes:et pro cō
cedendis ſemper ſuppliciter depꝛ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag
226 A 3

tantes. Per dn̄m noſtrū. Cōplen.

OMnipotēs ſempiterne deꝰ: qui nos et caſtigādo ſanas: et ignoſcēdo cōſeruas: preſta ſupplicibus tuis: vt tranquillitatibꝰ optate conſolationis letemur: et donis tue pietatis ſemꝑ vtamur. Per dn̄m noſtrū. ¶ Pro eo qui captiuus tenetur in vinculis. Coll.

DEus qui beatū petrū apoſtolum a vinculis abſolutū illeſum abire feciſti: famuli tui. N. in captiuitate poſiti vincula abſolue: et eū ipſius meritis illeſum abire concede. Per dn̄m. Secreta

SVper has queſumus dn̄e hoſtias benedictio copioſa deſcēdat: que captiui noſtri. N. vincula ſoluat: et de illius liberatiōe nos cito letificet. Per. Cōplenda.

PReces noſtras queſumꝰ domine clementer exaudi: ⁊ ꝑ hec ſacramenta que ſumpſimus famulū tuū. N. a vinculis ſue captiuitatis abſolue. Per dominū. ¶ Contra ſterilitatem terre/ ſiue peſtilentiam et famem. Collecta.

DA nobis queſumus dn̄e pie ſupplicationis effectum: et peſtilentiam/ famemqꝫ propiciatus auerte: vt mortalium corda cognoſcant: et te indignante talia flagella prodire: et te miſerante ceſſare. Per dn̄m nr̄m. Secreta

DEus qui humani generis vtramqꝫ ſubſtantiam p̄ſentium munerum: et alimento vegetas: et ſacramento renouas tribue queſumus: vt eorum ſubſidium: et corporibus noſtris non deſit et mētibus. Per. Complenda.

GVberna queſumus domine temporalibus adiumentis quos dignaris eternis reformare myſterijs. Per dn̄m noſtrum. ¶ Pro febricitante oratio ſancti ſigiſmundi regis et martyr. Coll.

OMnipotēs et miſericors deus qui ſubuenis ī periculis laborantibus et temperas flagella: inclina tuas aures benignus ad noſtre humilitatis p̄ces: ⁊ hūc famulum tuū. N. vel hāc famulā tuā. N. qui vel que cotidiani/ vel terciani vel quartani typi fatigatiōe vexatur: ſancti martyris tui ſigiſmundi regis ſupplicationibus ab om̄i ardore febrium liberare digneris: vt dum nobis illiꝰ patefacis merita preſenti egroto vel egrote conferas medicinam. Per dn̄m noſtrū ieſum. Secreta.

OFferimus tibi domine munera et vota ad honorē electi martyris tui regis ſigiſmūdi pro preſenti egroto. N. vel egrote q̇ vel que cotidiano/ vel terciano/ vel quartano typo laborat: vt ab eo vel ea omnes ardores febrium repelli iubeas: et tuo ſemꝑ in omnibus muniatur auxilio. Per dominū noſtrū. Cōplenda.

HEc ſctā myſteria nos dn̄e ſp̄ gubernent: et a famulo tuo N. vel famula tua. N. q̇ vel que cotidiano/ vel terciano/ vel quartano typo vexatur: per interceſſionē beati ſigiſmūdi regis ⁊ martyris tui febrium ardorē repelli iubeas: vt tuo ſemper in oībus muniatur auxilio. Per dn̄m noſtrū. ¶ Ad poſtulādā humilitatē. Col.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 A 3

Deus q̄ ſupbis reſiſtis:et gra
tiā pſtas humilibꝰ: auge in
nobis vere humilitatis virtutē:
cuiꝰ in ſe formā fidelibꝰ vnigenitꝰ
tuꝰ exhibuit: vt nūq̄ indignatio
nē tuā ꝓuocemus elati: ſed potiꝰ
ſemp pietatis tue capiamus do-
na ſubiecti. Per dn̄m no. Secreta

Hec oblatio dn̄e deus nobis
remiſſionē oīm pctōꝝ: ⁊ ve
re humilitatis obtineat grām: ſi-
mulq̄ a cordibꝰ nr̄is cōcupiſcētiā
carnis et oculoꝝ/ atq̄ ambitionē
ſeculi auferas: quatenꝰ corā te ſo-
brie/iuſte/ pieq̄ viuētes: p̄mia cō-
ſequamur eterna. Per. Cōplēda.

Huius dn̄e ſacramēti perce-
ptio pctōꝝ nr̄orū maculas
tergat: et nos ꝑ hūilitatis exhibi-
tionē ad celeſtia regna ꝑducat. ꝑ.

¶ Ad poſtulādā charitatem. Col.

Deus q̄ diligentibus te facis
cūcta prodeſſe: da cordibus
nr̄is inuiolabilē tue caritatꝭ affe-
ctum: vt deſideria de tua inſpira-
tione cōcep ta: nulla poſſint tēta-
tione mutari. Per dn̄m. Secreta.

Deus q̄ nos ad imaginē tuā
ſacramētis renouas et p̄ce-
ptis: ꝑfice greſſus nr̄os in ſemitis
tuis: vt caritatis donū qd̄ feciſti a
nobis ſperari: ꝑ hec q̄ offerimꝰ/ſa
crificia facias apph̄ēdi. ꝑ. Cōplē.

Sancti ſpiritus gratia q̄s dn̄e
corda noſtra illuminet: et ꝑ-
fecte caritatis dulcedine abūdan
ter reficiat. Per. In vnitate eiuſ.

¶ Ad poſtulādā patientiā. Collā.

Deus q̄ vnigeniti tui patien
tia antiq̄ hoſtis contriuiſti
ſupbiā: da nobis q̄s: q̄ idē pie pro
nobis ꝑtulit digne recolere: ſicq̄
exēplo eiꝰ nobis aduerſantia eq̄-
nimiter tolerare. Per eun. Secre.

Munera noſtre oblatiōis q̄s
dn̄e placatus ſuſcipe que vt
nobis patientie donū cōdonare
digneris: maieſtati tue deuota of
ferimus actione. Per. Cōplenda.

Sacroſancta dn̄e ſumētes mi
ſteria amiſſam nobis q̄s re-
cōcilient gratiā: atq̄ munus pa-
tiētie in illatis oībꝰ ſemp et vbiq̄
protegēdo impartiāt. Per eūdē.

¶ Pro cōfitente peccata ſua. Col.

Omnipotens ſempiterne deus: cōfi-
tēti tibi famulo tuo. N. pro
tua pietate relaxa pctā: vt nō plꝰ
ei noceat cōſciētie reatꝰ ad penā:
q̄ indulgētia tue ꝓpiciatiōis ꝑ-
ſit ad veniā. Per dn̄m. Secreta.

Preſta q̄s oīps et miſericors
deꝰ: vt hec ſalutarꝭ oblatio
famulū tuū. N. ⁊ a ꝓpriis reatibꝰ
indeſinēter expediat: et ab oībus
tueatur aduerſis. Per. Cōplēda.

Omnipotens ⁊ miſericors deus qui
oēm aīam penitētē ⁊ cōfitē-
tē tibi/ vis emēdari q̄ ꝑdere: reſpi
ce ſup hūc famulū tuū. N. et ꝑ hec
ſctā ſacramēta q̄ ſūpſimus: auer-
te ab eo irā indignatiōis tue: ⁊ di
mitte ei oīa pctā ſua. Per dn̄m.

¶ Pro peſte animaliū. Collecta.

Deus q̄ laboribus hoīm etiā
de mutꝭ aīalibꝰ ſolatia ſub-
rogaſti: ſuppliciter te rogamꝰ: vt
ſine q̄bus nō alitur humana con
ditio: noſtris facias vſibus nō pe
rire. Per dn̄m nr̄m ieſum. Secre.

Sacrificiis domine placatus
oblatis: et humanoꝝ alimē-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag
226 A 3

ta non ſinas perire: et opem tuã
noſtris tempoꝛibus clemẽter in-
pende. Per dominũ nr̃m. Cõple.

Benedictionẽ tuã dñe ppl'ſ
fidelis accipiat: qua coꝛpo
re ſaluatus ⁊ mẽte: et cõgruã tibi
ſemꝑ exhibeat ſeruitutẽ: et ꝓpi
ciatiõis tue beneficia ſemꝑ inue-
niat. Per dñm noſtrũ ieſum xp̃m

¶ Pro gratiarumactione. Colla.

Deus cuius mĩe non eſt nu
merus: ⁊ bonitatis infini
tus eſt theſaurꝰ: tue piĩſſi-
me maieſtati ꝓ collatis nobis do
nis gratias agimus tuã ſemꝑ cle-
mentiã exoꝛãtes: vt q̇ penitẽtibꝰ
poſtulata cõcedis: eoſdẽ nõ deſe-
rens ad p̃mia futura diſponas.
Per dominũ noſtrum. Secreta.

Odoꝛem ſuauitatis ſacrificij
huiꝰ cũ grãꝝ actionibꝰ ſuſci
pe q̃s dñe et p̃ſta: vt quos exaudi-
re et incolumes ſeruare dignatus
es: ab omĩ in poſterũ aĩe et coꝛpo
ris aduerſitate cuſtodias: et ĩ tuo
ſeruitio et amoꝛe cõcreſcant. Per
dñm noſtrum ieſum. Cõplenda.

Deus qui neminẽ in te ſperã
tẽ nimiũ affligi ꝑmittꝫ: ſed
pium preſtas auditum peticio-
nibus noſtris / votiſqꝫ ſuſceptis
optatis: grãs agimus dona liba-
mus te piĩſſime dep̃cãtes: vt per
hec que ſũpſimꝰ a cũctis aduerſis
eripi mereamur. Per dominum

